NOTITIA CARDINALATVS

in qua nedum

DE S.R.E. CARDINALIVM

Origine, Dignitate, Preeminentia, & Priuilegijs, ſed de præcipuis

ROMANÆ AVLÆ OFFICIALIBVS

vberrimè pertractatur.

Opus nemini iniucundum, at in Romano Foro verſantibus vtiliſſimum.

A IACOBO COHELLIO I. V. C. VRBEVETANO

Et Vniuerſitatum Ditionis Eccleſiaſticæ Agente generali lucubratum.

CAROLI CARTHARII I. C. VRBEVETANI Aduocatorum ſacri Conſiſtorij Decani opera promeritæ luci expoſitum.



ROMAE.

Sumptibus Ioannis Caſonij. M. DC. LIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIMO,

ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

ANTONIO CARDINALI BARBERINO

S.R.E. CAMERARIO &c.

SIGNA certis quibusdam astrorum efficientijs ita obnoxia fingi posse, vt in ea genij habitaturi vltrò immigrarent, fabulati olim sunt Magi, non minus impiè inepti, quàm ineptè impij. At nos verissima rerum ratione confieri videmus, vt virtutum asterismis adlaborantibus, ij aliquãdo Principum Virorum euadant animi, vt ad illos, quasi ad Heroas, genio suo se conferant quæcumque ætatem, approbationemq. ab eruditis expetissunt. Id ego nunc in Te vel maximè expertus sum, ANTONI CARDINALIS EMINENTISSIME, cùm doctũ hunc,

& expolitum librum typis meis vulgaturus, sensi illum suopte ingenio gestientem in tuum sinum conuolare, quasi nusquam ille melius esse possit: Sanè cum de Cardinalis Dignitate, atque Officio luculenter, ac eruditissimè disputet, ad Te vnum ire debuit, qui Eminentissimi Ordins & dignitatem amplissimè sustines, & officiumnumeris omnibus absolutissimè facis. Qui de statuaria scribit, non alibi meliùs, quàm in Iouis Olympij sinum libellos suos possit collocare, vt quod ipse stylo prosecutus lineauit in libro, scalpro id expressum ostendat in signo, geminusque artis Canon veluti coalescat. Haud alitèr hic fieri dicam: Quæ Cardinalatus decora scribēdo Auctor exequitur, ea Tu vita, moribusq. prosequeris, vt ea factis illustribus exprimi posse doceas, & non solù contemplatione, aut præceptione lineari. Non ibo per singula, cum testem habeam Vrbem hanc, nihil admodum mirari, aut laudare assuetam, quæ Te Gallicana ex peregrinatione redeuntem publico, & clarissimo plausu excepit; quasi amoris triumpho esses inuectus; quasi Eminentissimi Ordinis decus, atque ornamentum postliminio recuperasset, quod votis optauerat maximis. Hic igitur liber cum tuo nomini prodit inscriptus, quod longis, atque oppidò eruditis disputationibus latè di-

sper-

ſperdit, totum tuo in nomine colligit: quicumque enim Antonij Barberini genium, ingenium, virtutes introſpexerit, hic optimam Cardinalis ideam intuebitur, delineationemq. aliam non requiret. Huc accedit Cohellij Auctoris libera profeſsio, ſeque, fratremque ſuum Dominicum, Vrbemq. Veterem patriam Tibi, ac nomini Barberino plurimùm debere gloriantis, vtque veteribus nominibus hoc nouellę protectionis accedat, ambientis. Poſtremas hìc ego partes meas eſſe intelligo, ſed non obſequij, & reuerentiæ vltimas. Equidem à Te noſci, tuoſque inter clientes numerari, ſi votis faueas meis, grande meæ huius opellæ pretiũ exiſtimabo. Vale, ac diù Reipublicæ felix viue. Romæ ex Typographæo Idibus Septembris CIƆIƆCLIII.

EMINENTIAE TVAE REVERENDISS.

Obſequentiſſimus Clientum

Ioannes Caſonius.

LE-

LECTORI
BENEVOLO
Iacobus Cohellius S.

AMICIS indulgendum eſt honeſta petentibus. Cum ego per annos plurimos ſim in Romana Curia commoratus, licèt forenſibus detentus negocijs (Vniuerſitatum quippe Eccleſiaſticæ Ditioris Agens generalis, à ſanctæ, recolendæ, immortaliſque memoriæ Vrbano VIII. Pontifice Optimo Maximo, ac Principe munificentiſſimo conſtitutus) cum tamen hæc in varijs Congregationibus ex Eminentiſſimis, ac Reuerendiſſimis S. R. E. Cardinalibus, Illuſtriſſimiſque Prælatis, vt notum eſt, inſtitutis, inſinuanda, & pertractanda eſſent, haud à me alienum, quinimò neceſſarium fore exiſtimaui, Eminentiam, Dignitates, Priuilegia, Preeminentias, Facultateſque tantorum Virorum, quibus cum agendum mihi erat, inquirere, ac de ijſdem, quantum licuit, habere notitiam. Igitur nedum libros reuoluendo, ſed ab amicis inquirendo, fidaque oculorum inſpectione obſeruando, nonnulla collegi, quæ (vt eſt hominum memoria labilis) ne defluerent, velut miſcellanea quædam, certo tamen ordine, dum à foro, & negocijs dabatur ocium, diſpoſui. Hanc autem collectionem CARDINALATVS NOTITIAM inſcribere, atque in duas diuidere partes mihi placuit; ea potiſſimùm adductus ratione, quia in prima quicquid à toto Eminentiſſimo Cardinalium Cœtu inſimul in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ, Romano Pontifici aſſiſtendo, peragitur, perſtringere conatus ſum: quæ verò ſigillatìm ſingulis Cardinalibus incumbunt, ſecunda pars continet. At cum hæc apud me iam ſeptuagenarium, cuius ſpiritus attenuatus eſt, dies breuiati, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum, puluere ſuperinducta iacerent, nec illa denuò percurrere, ſupremaque manu perficere permiſſum eſſet; ſiquidem, vt Gallus Poeta cecinit

Non

Non ſum, qui fueram, periit pars maxima noſtri,
Hoc quoque quod ſupereſt, languor, & horror habet:
Si repeto libros, duplex ſe littera fundit,
Largior occurrit pagina nota mihi.

bono illorum fato ad amici manus peruenerunt, qui meas, longè maiori cura, diligentia, & eruditione vices expleuit: quæris fortaſſe, vbinam gentium amicus iſte, veræ amicitiæ legum religioſiſſimus cultor, his temporibus reperiatur? accipe, libentèr do; hic eſt Vir nobilis D. Carolus Cartharius I.V.D. Vrbeuetanus, filius Iuliui Senatoris Vrbis, nepos Flaminij I.C. præſtantiſſimi, ac eruditiſſimi (quorum ſcripta, quales fuerunt, & quantum de Iuriſprudentia benemeruerint, conteſtantur abundè) celeberrimorum Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatorum Decanus, & Apoſtolici Archiui Arcis S.Angeli Præfectus, cui me tantum debere fateor, quantum perſoluere difficile ſit: huius namque amorem in me ſuum adeo propenſum ſemper agnoui, vt rerum ſuarum poſthabita cura, mearum tantum habere videatur; ipſe igitur hanc nedum Notitiam Cardinalatus in ſuam clientelam recepit, adauxit, copioſiſſimo Indice locupletauit, Typographum inuenit, pactionibus haud mihi inutilibus eundem aſtrinxit, nec illam, quouſque lucem aſpexit, à ſe abdicauit; verùm Comentaria quædam in Iullam ſel. rec. Clementis Papæ VIII. ſuper Bono Regimine rerum, bonorumque Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici, iamdiù à me lucubrata, ſed in eadem naui cum hoc Opere periclitantia, aſſiduis exhortationibus, ne dicam impulſionibus, nec ſine ipſius ope, typis committere compulit, quæ cum adhuc diligenti, prouida, paternaq. Superiorum animaduerſione premantur, vbi primùm facultas emanabit, Legum profeſſoribus, in foro verſantibus, & iuſdicentibus, ni fallor, non iniucunda (vt aliàs me dixiſſe memini) percurrenda dabuntur. Interim hac Eminentiſſimi Senatus Notitia, mi lector fruere; ſi quid autem in illa boni reperies, Omnipotenti Deo, Beatæq. ſemper Virgini Mariæ gratias perage immortales, & iiſdem preces porrige humillimas, vt gaudium cum pace, emendationem vitæ, ſpatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & conſolationem S.Spiritus, perſeuerantiam in bonis operibus mihi peccatori dignentur tribuere. Vale. Ex Vrbeueteri, Menſe Auguſti, Anno reparatæ Salutis quinquageſimo tertio ſupra milleſimum ſexcenteſimum.



All'Illuſtre Sig. il Sig. Giacomo Coellio
Roma.

ILLVSTRE Signore. Io mi dò ad'intendere, che non harò altra lettera di V. S. per accompagnamento dell'erudita, e copioſa Notitia del Cardinalato, che quella meſſa in fronte allo ſteſſo libro, capitatomi ben guardato dalla diligenza, con la quale mi fù auuiato. Leggo con mio gran piacere queſta fatica di V. S. e mi pare, che ognuno debba applaudergli per la materia, per l'ordine, e per le autorità grauiſſime ſopra vna pieniſſima raccolta di coſe degne d'eſſer ſapute. Ringratio cordialmente V. S. perche in queſta occaſione ancora ha dato credito all'affetto, ch'io le ho ſempre portato, con ſtima della ſua bontà, e del ſuo valore; & aſſicurandola, che tuttauia diuenterà maggiore il mio deſiderio di accompagnarui le opere in ſuo ſeruitio, me le raccommando, con farle augurio d'ogni bene. Ferrara 26. Luglio 1634.

Affettionatiſs. di V. S.

Lorenzo Card. Magalotto.

OPE-

OPERA
D. IACOBI COHELLII I. C.
VRBEVETANI.

VOlumen, cui titulus. Bolle di Sommi Ponefici, Risolutioni, e Decreti, concernenti l'interesse delli Communità dello Stato Ecclesiastico, fatte volgari, eraccolte da Giacomo Cohelli Oruietano. Romæ Typis Camerlibus Anno 1642.

Notitia Cardinalatus, Romæ Typis Ignatij de Lazeris Anno 1653.

De Bono Regimine rerum ad Vniuersitates spectantium, in Bullam X. Clementis Papæ VIII. Commentaria,

De Præfecto Vrbis.

De Præfecto Pontificalis Ærarij, seu de Thesaurario Papæ.

Commentarium ad Statutum Vrbeuetanum.

Historia Vrbeuetana.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Sac. Pal. Apost. Mag.

A. Riualdus Vicesg.

IVssu Reuerendissimi Patris Sacri Palatij Apost. Mag. perlegi Opus hoc elaboratum à Domino Iacobo Cohellio, Viro integerrimo, erudito, ac diù in Romana Curia summa cum laude versato, & in eo nihil reperi, quod orthodoxæ Fidei, & bonis moribus aduersetur. Ideo Typis euulgari posse censeo. In quorum fidem &c. Romæ die 28. Februarij 1653.

Ità censeo ego Ioseph Palamolla Sac. Canon. Lector prim.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Sac. Pal. Apost. Magistri Socius Ord. Præd.

INDEX
CAPITVM
in hoc Opere contentorum.

CAP. I.
De Cardinalatus origine.
CAP. II.
Cardinalis nomen quando inuentum, & quid significet.
CAP. III.
De Cardinalium numero.
CAP. IV.
De triplici Cardinalium Ordine.
CAP. V.
De Cardinalibus Episcopis.
CAP. VI.
De Cardinalibus Presbyteris, eorumque Titulis; & quam habeant in illis iurisdictionem.
CAP. VII.
De Cardinalibus Diaconis.
CAP. VIII.
De Cardinalatus Dignitate.
CAP. IX.
De Cardinalium lectione: & qui ad Cardinalatus Dignitatem promouendi sint.
CAP. X.
De Receptione, & Optione Cardinalium.
CAP. XI.
De Cardinalium Habitu, & Ornamentis.
CAP. XII.
De Officio S. R. E. Cardinalium.
CAP. XIII.
De Officio S. R. E. Cardinalium in electione Pontificis, & Sede Vacante.
CAP. XIV.
De Officio S. R. E. Cardinalium Romano Pontifici assistendo.
CAP. XV.
De Cardinalium Congregationibus.

Congr.

Congr. 1 seu De Consistorio.
Congr. 2 De sacra Inquisitione, siue de Sancto Officio.
Congr. 3 De Propaganda Fide.
Congr. 4 De Immunitate Ecclesiastica.
Congr. 5 Pro sacris Ritibus, & Caeremonijs.
Congr. 6 Super executione, & interpretatione sacri Concilij Trid.
Congr. 7 Pro erectione Ecclesiarum, & Prouisionibus Consistorialibus.
Congr. 8 Pro Consultationibus Episcoporum & aliorum Praelatorum.
Congr. 9 Pro Consultationibus Regularium.
Congr. 10 Pro Indice librorum prohibitorum.
Congr. 11 De construenda, & exornanda Basilica Principis Apostolorum; siue pro Fabrica S. Petri.
Congr. 12 Pro Signatura Gratiae.
Congr. 13 Pro Consultationibus negociorum Status Ecclesiastici, sacra Consulta nuncupata.
Congr. 14 Pro grauaminibus tollendis.
Congr. 15 De bono regimine, rectaque administratione bonorum cuiusque Communitatis Ecclesiasticae Ditionis.
Congr. 16 Pro vijs, pontibus, & aquis curandis.
Congr. 17 Pro vbertate Annonae.
Congr. 18 De Classe paranda, & seruanda ad Status Ecclesiast. defensionem.
Congr. 19 Pro Vniuersitate Studij Romani.
Congr. 20 De Typographia Vaticana.
Congr. 21 De Confinibus Status Ecclesiastici conseruandis.

CAP. XVI.

De Priuilegijs S.R.E. Cardinalibus concessis.

Priuil. 1 De electione Romani Pontificis.
Priuil. 2 Pontifex Cardinalium consilio vti debet.
Priuil. 3 Cardinales in locum Senatorum Romani Imperij subrogati sunt.
Priuil. 4 De iuramento fidelitatis.
Priuil. 5 Quanta sit adhibenda fides Cardinalibus.
Priuil. 6 Patria potestas expirat in Cardinali.
Priuil. 7 Cardinalatus Dignitas iam collata an reuocari possit.
Priuil. 8 Excommunicatio non impedit Cardinales in electione Papae.
Priuil. 9 Cardinales sunt dignores Episcopis in administratione.
Priuil. 10 De honore Cardinalibus exhibendo.
Priuil. 11 De delatione Insignium Episcopalium, & collatione Ordinum.
Priuil. 12 De collatione Beneficiorum.
Priuil. 13 De receptione fructuum Beneficiorum absentia non obstante.
Priuil. 14 De iurisdictione Cardinalium in Ecclesijs Titularibus.
Priuil. 15 Pontifex si reddatur inhabilis, Cardinalis in administratione adiungitur.
Priuil. 16 Legati de Latere ex Collegio Cardinalium tantùm eliguntur.
Priuil. 17 Cardinalium lites solus Pontifex appellatione remota dirimit.
Priuil. 18 De facultate testandi Cardinalibus concessa.
Priuil. 19 De reuerentia Cardinalibus exhibenda.
Priuil. 20 De familiarium, & inseruientium numero Cardinalitiae Dignitati necessario.
Priuil. 21 De priuato carcere Cardinalibus permisso.
Priuil. 22 De confugientibus ad Palatia Cardinalium.
Priuil. 23 Offendens Cardinalem laesae maiestatis reus efficitur.

Priuil.

Priuil.24 *Intrusum in Papatu possunt* Cardinales *expellere; sicut etiam simoniacum, & haereticum Papam deponere.*
Priuil.25 *Cardinalium Collegium famā restituere potest.*
Priuil.26 *Cardinales tanquam speciali nota digni sub generali dispositione non sunt comprehensi.*
Priuil.27 *Occursus Cardinali liberat ductos ad supplicium.*
Priuil.28 *Causarum cognitones solus Pontifex Cardinalibus committit.*
Priuil.29 *Cardinalis assertioni standum esse in causis sibi commissis.*
Priuil.30 *Cardinales non citantur per edictum, nec inhibetur illis sub Censuris.*
Priuil.31 *Cardinalis quocumque crimine inculpatus per procuratorem auditur.*
Priuil.32 *De succeßione feudi Cardinalibus non prohibita.*
Priuil.33 *De retentione Beneficiorum post promotionem ad Cardinalatum.*
Priuil.34 *De colatione Ordinum in aliena Diœcesi Cardinalibus Episcopis permissa.*
Priuil.35 *Vnus Cardinalium honori sacro Collegio concesso renunciare non potest.*
Priuil.36 *Quæ clausula in Commissionibus causarum apposita Cardinales non comprehendant.*
Priuil.37 *De scrvturis à Cardinalibus in Conclaui receptis.*
Priuil.38 *Cardinalis Legatus, vel alius si in Legatione, vel alibi moriatur sumptibus cuius sit parentandus, & in quo loco.*
Priuil.39 *Memoriæ, & famæ Cardinalium mortuorum à Summis Pontificibus consultum.*
Priuil.40 *De Cardinalium funere.*
Priuil.41 *De optione Cardinalium.*

CAP. XVII.
De Vicecancellario.

CAP. XVIII.
De Prothonotarijs Apostolicis.

CAP. XIX
De Auditoribus Rotæ.

CAP. XX.
De Cancellaria Apostolica.

CAP. XXI.
De Cancellariæ Regente.

CAP. XXII.
De Abbreuiatoribus vtriusque Parci.

CAP. XXIII.
De Secretarijs Apostolicis.

CAP. XXIV.
De Scriptoribus Apostolicis Breuium, Archiuij, & minoris gratiæ.

CAP. XXV.
De Solicitatoribus, siue Iannizeris, & illorum Præfecto.

CAP. XXVI.
De Registratoribus, Magistris Registri Bullarum, & Custode Registri.

CAP. XXVII.
De Bullatoribus, seu Plumbatoribus, & Collectoribus Plumbi.

CAP.

CAP. XVIII.
De Senescalco, siue Custode Cancellariæ.
CAP. XIX.
De Cubicularijs, & Scutiferis.
CAP. XXX.
De Militibus S. Petri.
CAP. XXXI.
De Militibus S. Pauli.
CAP. XXXII.
De Militibus Pijs.
CAP. XXXIII.
De Militibus Lauretanis.
CAP. XXXIV.
De Militibus de Lilio nuncupatis.
CAP. XXXV.
De Præsidentibus, & Portinarijs Ripæ Vrbis.
CAP. XXXVI.
De Summatore Literarum Apostolicarum.
CAP. XXXVII.
De Datario Papæ.
CAP. XXXVIII.
De varia Vicecancellarij nomenclatura, quiuè hanc Dignitatem obtinuerint.
CAP. XXXIX.
De Cardinali Camerario, eiusque dignitate, officio, & facultatibus.
CAP. XL.
De Vicecamerario, & Gubernatore Vrbis.
CAP. XLI.
De Thesaurario generali.
CAP. XLII.
De generali Auditore Cameræ.
CAP. XLIII.
De Cameræ Apostolicæ Præside.
CAP. XLIV.
De Pauperum Aduocato.
CAP. XLV.
De Aduocato, & Procuratore Fisci.
CAP. XLVI.
De generali Cameræ Apostolicæ Commissario.
CAP. XLVII.
De Cameræ Apostolicæ Clericis.
CAP. XLVIII.
De Zeccarum Præside.
CAP. XLIX.
De Carcerum Præside.
CAP. L.
De Grasciæ Præside.
CAP. LI.
De Præfecto Annonæ.

CAP.

CAP. LII.
De *Archiuiorum Præfecto*.
CAP. LIII.
De *ijs, qui* S.R.E. *Camerar munus exercuerunt, & quorum notitia haberi potuit*.
CAP. LIV.
De *Summo* Pœnitentiario.
CAP. LV.
De *Vicario Papæ*.
CAP. LVI.
De *Signatura Iustitiæ, eiusque Card. Præfecto*.
CAP. LVII.
De *Referendarijs*.
CAP. LVIII.
De *Cardinalibus Archipresbyteris Basilicis Vrbis addictis*; *& primò de Archipresbytero Basilicæ Lateranensis*.
CAP. LIX.
De *Archipresbytero Basilicæ* Vaticanæ.
CAP. LX.
De *Archipresbytero Basilicæ* S. *Mariæ Maioris*.
CAP. LXI.
De *Basilicis* S. *Pauli, & S. Laurentij extra muros*.
CAP. LXII.
De *Sacri Collegij Cardinalium* Decano.
CAP. LXIII.
De *Cardinalibus* Regularium *Ordinum Protectoribus*.

A.M.D.G.

A. M. D. G.

A **IACOBI COHELLII**

I. V. C. VRBEVETANI.

N O T I T I A

B **CARDINALATVS.**

P A R S P R I M A.

C A P V T I.

De Cardinalatus Origine.

C

EMINENTISSIMVM Cardinalatus Ordinem à Iure Diuino originem duxisse, testantur Abbas Panormitanus, & alij, *a* colligentes hoc ex verbis Innocentij III. qui ait. *b Sunt autē Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione Sacerdotalis officij Coadiutores existunt*. Quæ verba reassumit, & magis apertè declarat Eugenius I V. *c Et si huius Dignitatis nomen* (inquit) *quod modò in vsu est, ab initio primitiuæ Ecclesiæ non ita expressum fuit; officium tamen ipsum à Beato Petro, eiusquè Successoribus institutum euidens inuenies. Imò, vt inquit Innocentius III. ex veteri Testamento iussu Dei traxit originem; asserit*
D *enim id, quod Deuter. 17 dicitur, vt pro difficultate, & ambiguitate iudicij accedatur ad Sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediatur ipsorum iudicio, & qui præsunt loco, quem Dominus elegerit, de Summo Pontifice intelligendum esse, & Fratribus eius, idest S. R. E. Cardinalibus, qui ex iure Leuitico in executione Sacerdotalis officij coadiutores existunt*. Ita Eugenius; cui assentitur Ludouicus Romanus, *d* alioquì dicto Pontifici parùm amicus; nam Pio II. teste *e* Abbas Panormitanus, & Ludouicus Pontanus Concilio Basiliensi interfuerunt tanquam Alphonsi magni Regis Oratores contra Eugenium IV. verba autem Ludouici sic se habent. *Si enim intellexerunt* (de Archid. & Oldrad. loquitur) *de Cardinalibus, idest Romanæ Ecclesiæ Consiliarijs, & Papæ Coadiutoribus in executione Pontificalis Officij, illi semper fuerunt, licèt non sub Cardinalium nomine, sed*
E *sub alio vocabulo; primo enim tempore vocabantur Sacerdotes Leuitici generis &c.* Et hanc esse magnorum virorum sententiam testantur Manfred. *f* Iacobacius, *g* & Mosconius. *h*

Et ab ipso Christo Saluatore nostro institutum fuisse Cardinalatus Officium, nonnulli colligunt ex Beati Lucæ Euangel cap. 6. vbi habetur, Christum Dominum elegisse duodecim ad substinendum onus cum ipso, quos Apostolos nominauit. Antonius enim Pagan. *i* affirmat Apostolos prius Cardinales Christi lateri assistentes, quàm Episcopos fuisse, nondum enim Pastores, & Episcopi fuerant instituti. Fauet etiam huic sententiæ Paleot. *K* dum ait. *Alij autem eos in locum Apostolorũ, qui Christo Domino nostro adsistebant, successisse tradunt, quæ magnorum virorum est sententia, & magna probabilitate nititur: certum enim est Christum Dominum*

a c. per venerabilem, qui fil. sint legit.
b d. c. per venerabilem.
c in Constit 15. §. 4. Bullar. nou. tom. 1. pag. 282.
d In sermone habito in Conc. Basilien. n. 12.
e In sua retractatione b. 4. vers. adiuerunt, bullar. nou. tom. 1. pag. 324.
f De Cardinalib. decis. 77.
g De Conc. lib. 1. ar. 1. n. 244. trac. diuers. to. 13. p. 1.
h De Maiest. mil. Eccles. lib. 1. p. 1. c. 5. in prin.
i De ord. iurisd. & resid. Epis. sect. 2. circ fin. pag. apud me 77.
K De sacr cõsist. consult. memb. 5. c. 11. vers. porro de eorum orig. pag. 365.

Redemptorem nostrum, cum in terris versaretur, sibi duodecim Apostolos, & septuaginta duos Discipulos habuisse, qui sibi assisterent &c. Hæc Paleottus. Poteris etiam, si lubet, videre, quæ scribit Ciacconus. *a*

Ex præcitatis igitur Scriptoribus, alijsque per eos congestis, satis probatum videtur, Cardinalatus Officij originem ex Iure Diuino, tam ex veteri, quàm nouo Testamento deduci posse: ex veteri, quia Sacerdotes Leuitici ordinis repræsentant Cardinales: ex nouo autem, quia in locum Apostolorum Christo Domino assistentium successerunt. Consule etiam Lælium Zecchium, *b*, & Polydor. Virgilium *c* Guidonis Archidiaconi Bononiensis verba rescribentem, quæ nos etiam supra ex Constitutione Eugenij IV. retulimus, & ideo nunc consultò duximus omittenda. Adde, si placet, quæ in sacra Pagina leguntur. *d* *Dixit* Dominus *ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint, & magistri, & duces eos ad ostium Tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tecum, & auferam de spiritu tuo, tradamquè eis, vt sustẽtent tecum onus populi, & non tu solus graueris &c.* Et in locum horum septuaginta virorum in nostra Religione fulgentes purpura Cardinales suffectos esse affirmat Alex. à Turrecremen. *e*

a In vita S Higini Mart. Papæ anno 101.
b De repub. Eccles par. 2. de statu DD. Card. n. 2.
c De rer. inuentor. lib. 4. cap. 9.
d In lib. Numer. cap. 11.
e De fulg. rad. hier. Eccles. lib. 1. p. 2. rad. 26. pag. apud me 24.

Margin letters: A, B

CAPVT II.

Cardinalis nomen quando inuentum, & quid significet.

DIXIMVS supra Cardinalatus Officium à Iure Diuino deductum esse, verùm hoc Cardinalis nomen, quod in Aula Romana splendorem quendam lucidissimi syderis præsefert, & inter alias Ecclesiasticas Dignitates (Summo Pontifice excepto) primum locum obtinet, nondum eo tempore notum fuisse apparet: scribit enim Card. Paleot. *f* in lege veteri Sacerdotes Leuitici generis; in nouo Testamento Apostolos, tertio loco Domini Papæ Consiliarios; postremò S.R.E. Cardinales dictos fuisse. Oportunè igitur factum putaui, si has quatuor denominationes, iuxta sua quæque tempora distinguendo, hoc nomen Cardinalis quando inuentum, & quid significet, inquiramus. Et quod attinet ad Leuitas, patet, hos electos à Deo fuisse, vt ministrent ei, *g* dum hæc in sacra Pagina leguntur. *Accipient Sacerdotes filij Leui, quos elegit* Dominus Deus *tuus, vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius &c.*

Apostolicum verò nomen à Christo Domino nostro inditum, ex Euangelica lectione liquet *h* his verbis. *Exit in montem orare, & erat pernoctans in oratione* Dei, *& cum dies factus esset, vocauit* Discipulos *suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.*

Tertio loco Consiliarios Romanæ Sedis appellatos fuisse probat Romanus, *i* multas adducens Sacrorum Canonum sanctiones, quæ tamen (vt vera loquar) nõ mihi videntur hanc conclusionem probare; siquidem Roman. adducit tex. in c. in parochia, 16. q. 1. ibi, *Filij, & Consiliarij nostri*: hæc autem sunt verba Pelagij, qui Beati Petri sedem habuit 13. Aprilis 556. tex. in c conuenientibus, 1 q 7. cuius verba ex septima Synodo desumuntur act. 1. in eaq; mentio habetur Benedicti Pontificis; qui Dignitatem hanc adeptus fuerat die 17. Maij 575. & tex. in c. Ecclesiasticis, 12. q. 2. cuius verba sunt S Gregorij, qui Theodorum virum eloquentissimum Consiliarem suum appellat: ipse verò S. Gregorius ad Pontificatum euectus fuit die 3. Septembris 590 Et consequentèr non probant, vt dixi, intentionem Romani, & aliorum, qui eum sequuntur, quia in Romano Concilio à Beato Syluestro anno salutis 324 *K* Baronio teste *l* septem Diaconorũ Cardinalium numerus, qui d. Concilio interfuerunt, descriptus reperitur; & Card. Bellarmin. affirmat *m* Atq; in Nicea Synodo, quæ anno sequenti 325. ab eodem Syluestro celebrata fuit, eiusq; sanctiones præter alia loca referuntur in c. Præsul. 2. q. 4. hæc habes *Presbyter autem Cardinalis &c.* Et Volfang. Lazius *n* hanc Cardinalium originem, nomenquè non ineleganter recenset.

Quare si Romanus, & alij sectatores intellexerunt, ante Pelagium, Benedictum, & Gregorium hoc nomen Cardinalis non extitisse, vtique falluntur, vt ex præcitatò Conci-

f De sacri Consist. Consult. p. 1. q. 6.
g Deuteron. cap. 21.
h In Euan. Diui Luca cap. 6.
i d. Sermone, seu consilio vlt. n. 131
K Act. 1. cap. 6. & 7. ibi Diacon. Card. Vrbis Romæ VII.
l In annal. tom. 3. pag. 247.
m In apolog. Regis Angliæ cap. 4.
n In comment. Reipub. Rom. c. 2. post princ. lib. 2.

Margin letters: C, D, E

Concilio Romano,& Nicena Synodo à Beato Syluestro, qui Beatum Gregorium annis fermè 300.in Pontificatu præcessit, celebratis patet.

Neque tamen tunc primùm cœpit hoc nomen, cum illud Concilium non instituat Cardinales, sed solùm iubeat, vt præter Cardinales Diaconos S. R. E. numero
A septem, essent etiam duo Diaconi ad examen Parochiarum, vt aduertit Coqueus *a* post Card. Belarmin. ab eo relatum.

Si verò Romanus, & alij intellexerunt, vltra prædictum nomen, etiam Consiliarios Romanæ Sedis Cardinales dictos fuisse, fortè non errarunt; quia Nicolaus III. *b* sub eadem structura verborum Cardinales, & Consiliarios vocat, ibi. *Decet namquè ipsi Romano Pontifici per fratres suos S. R. E. Cardinales (qui sibi in executione Sacerdotalis officij coadiutores existunt) libera promoueri consilia &c.* Adde etiam, negari non posse, quin amplissima Summi Pontificatus administratio semper adiutoribus, & operarijs indiguerit, atque ideo antiquissimis vsque temporibus aliquos habuerit peculiares ipse Summus Pontifex auxiliarios, qui illi assiduò adsisterent, eumquè opera, & consilio adiuuarent, quocumque nomine tunc hi appellarentur,
B qui deinde proprio vocabulo Cardinales nuncupati fuerunt, vt in Romano Concilio, vbi, Baronio testante, *c* fuerunt hæc veluti quædam Christianæ pietatis encænia de primo Christiano Imperatore summo omnium gaudio celebrata, & publica quædam pro accepto munere gratiarum actio.

Sed ad rem nostram redeundo; satis probatur videtur, hoc Cardinalis nomen, Beato Syluestro Christi vices gerente, vsu receptum fuisse. Quàmuis in hac sententia pedem omnino figere non mihi sinant verba Diui Gregorij, *d* qui vtitur hoc nomine Cardinalis sub alia significatione, qua nos hodie vtimur, vt aduertit Restitutor illius literæ in declaratione verbi *Cardinandum*: dicit enim Cardinare, seu Cardinalem constituere, ita videtur Beatus Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet; nam cum tempore huius Pontificis nullo modo daretur alicui locus
C in Ecclesia, nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus necessitate aliqua in aliam Ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret, in hac secunda Ecclesia dicebatur Incardinari, seu Cardinalis creari, vt verba eiusdem S. Gregorij probant, *e* dum ait. *Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatæ Lissitanæ Episcopum in Scyllitana Ecclesia Cardinalem necesse duximus constituere Sacerdotem.* Et hoc idem innuere videntur verba Leonis Papæ *f* dicentis. *Diligenti cura prouideat ministerium Sacerdotum Cardinalium*; & paulò post. *Prouideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium, &c.* Quibus ex verbis colligi posse videtur, hoc nomen Cardinalis postquam in Ecclesia Dei innotuit, non de solis Cardinalibus S. R. E. prædicatum fuisse, sed quemcumque principalem in loco (ecclesiastico tamen) significasse. Quod etiam
D Volaterrani testimonio *g* comprobatur his verbis. *Cardinalium nomen ab initio episbeti honoratioris appellatio fuit; nam alibi Clericum Cardinalem, & Canonicum Cardinalem legimus, idest præcipuum, & principalem*: ita Volaterranus.

Qua etiam acceptione Episcopi quoque Cardinales dicti sunt ab Arbid. *h* Immo etiam Canonici, vt in Ecclesia Compostellana, Rauennatensi, Mediolanensi, Neapolitana, Mandosio teste. *i* Sed quia sunt Cardinales sine pileo rubro, sunt etiam sine succo, vt Iacobatius ait. *K*

Et ideo Sanctiss. Pontifex Pius V. anno 1568. 13. Kal. Martij harum Ecclesiarum priuilegijs (si quæ aderant) suo diplomate abrogauit, & in omnibus alijs Ecclesijs, præterquam in Romana, hoc nomen penitus extinxit, solosquè S.R.E. à Summo Pontifice creatos Cardinales hoc nomine decorandos esse sanciuit, Moscon. sic attestante; *l* quàmuis has literas in Bullario nouo non inuenerim: licèt longè ante Pium
E V. hoc idem scripserit Ludou. Roman. *m* in hæc verba. *Nouissimè Cardinales nuncupati, quia Dignitas ipsa Cardinalatus solùm in Romana Ecclesia comperitur, quæ est caput, & cardo aliarum*; vt Iustinianus Imperator ad Ioannem Episcopum Vrbis Romæ scribens affirmat, *n* ibi. *Quam esse omnium verè Ecclesiarum caput, & Patrum regulæ, & Principum statuta declarant &c.* Alia ad rem scribit Anastasius Germonius. *o*

Insuper Volaterranus ad probandam huius nominis antiquitatem, refert, *p* se inuenisse apud Ecclesiam Aretinam in antiquis tabulis donationis cuiusdam Zanobij Senatoris Romani eidem Ecclesiæ tempore Damasi Pontificis huius nominis primi factæ, hanc subscriptionem. *Ego Ioannes S. R. E. Diacon. Card. ex parte Damasi*

a In antemoran. par. 2. in antid. contra prog. & opp. miller. inq. quòd Papa, & Cardinales. &c. vers. ad vltimã proposit. pag. 237.
b In c. fundamenta, de elect. in 6.
c In annal. to 3. pag. 246.
d In c. fraternitatem, dist. 71.
e c. pastoralis 7. q. 1.
f In c. ministerium, de off. Archipres.
g In antropolog. lib. 22. in vita Innoc. 4. pag. apud me 255.
h In c. sacrosancta, n. 9. dist. 23.
i In glo. facultat. Regen. §. considerantes, verb. Romana, pag. apud me 31.
K Tract. de Concil. lib. 1. art. 1. n. 171. tract. diuers. tom. 13. par. 1.
l De maiest. milit. Eccles. lib. 1. par 1, cap. 5. vers. quapropter.
m d. cons. vlt. n. 14.
n l. inter claras, C. de sum Trinit. de fide cathol.
o De sacror. immunit. lib. 3. c. 6. à num. 3. vsque ad num. 29.
p Loco citato.

Pontificis laudo, & confirmo. Damasus autem Pontifex die prima Octobris 366. Platina teste Beati Petri sedem obtinuit. Affert etiam idem Volaterranus aliam subscriptionem, quam in alijs tabulis donationis Caroli Magni Cœnobio S. Anastasij Romæ vidisse affirmat, itaut post subscriptionem Leonis Pontificis huius nominis III. (& ad Pontificiam Dignitatem euecti die 26. Decembris anno salutis 795.) & A
ipsius Caroli Imperatoris, sequitur *Ego Guilelmus S. Sabinæ Card. subscribo.* Reprehenditur tamen Volaterranus à Tholosano, *a* quòd dixerit, hoc nomen Cardinalis vsurpari cœpisse sub Benedicto IX. Pont. Max. circa salutis annum 1031 & arbitratur Volaterranum non obseruasse, ante Benedictum IX. Cardinales fuisse dictos temporibus Constantini VIII & IX. C.C. Orientis, & sub Ludouico IV Imper. Occidentis, & Henrico I. Saxone, Othone Magno, & Ioann. II. Pontif. circa annum 930. etenim Luitprandus Ticinensis, *b* qui eo tempore vixit, meminit de Synodo contra Ioannem II. celebrata, & nominat Cardinales Diaconos, Cardinales Presbyteros, & Cardinales Pontifices, qui erant sub Othone Magno: hæc Tholosanus. Verùm (vt mea fert opinio) gratis Volaterranus à Tholosano reprehenditur, quia in meo Codice inuenire non potui, Volaterranum dixisse, sub Benedicto IX. Cardinalis nomen B
vsurpari cœptum, sed affert tantùm antiquas subscriptiones, quas nos supra retulimus

a in syntagm. iur. vniuers. par. 2. lib. 15. cap. 4. num. 11. & 12.

b lib. 4. de reb. per Europ. gest.

Quid autem hoc nomen Cardinalis significet, ex verbis Anacleti Pontificis, *c* à Gratiano relatis *d* ita Archid. *e* testatum reliquit. *Senatus Cardinalium à Cardine nomen accipit, quasi se regat, & alios; sicut enim ostium regitur per Cardinem, ita Ecclesia per istos: & Cardinales Cardines dicuntur in Romana Ecclesia duplici similitudine, vel quia sicut domus habet ostium, & Cardinem, sic Ecclesia habet Papam, qui est ostium Dei, vel Ecclesia, & Cardinales, qui sunt Cardines.* Hactenus Archid. Sed fusius hanc rem prosequitur Lælius Zecchius *f* in hæc verba. *Nomen Cardinalis idem ferè significat, quod principalis, vel is, à quo alij dependent, vt à Cardine ostia pendere solent; vnde, & venti Cardinales, virtutes Cardinales, & puncta* C
Cæli Cardinalia dici solent. Addit Tholosanus. *g Sicut Cardinem vocamus negotij summam rei quæstionem, ita Cardinales Sacerdotes præcipuos, & principales.* Et Diuino quodam afflatū spiritu hoc idem indicasse Profetissam *h* his verbis. *Domini enim sunt Cardines terræ, & posuit super eos Orbem,* existimat Alexan. Turrecremen. *i* à quo etiam alia multa cognosces.

c epist. 3. cap. 3. ad omnes Episcopos.

d in c. sacrosancta dist. 22. ad fin.

e d. c. sacrosancta, num. 7. & 8.

f de Repub. Eccles. par. 2. vbi de Cardinalib.

g in syntag. iur. vniu lib. 15. c. 4. num. 1.

h lib. 1. Regum cap. 2.

i de fulgenti radio hierarch. p. 2. rad. 26. pag. apud me 25.

Verùm Higinio Papa sedente, qui post Beatum Petrum Apostolum Ecclesiæ Romanæ anno salutis 138. Episcopatum gessit, Cardinalis nomen vsurpari cœptum affirmat Panuinus, *K* ex eo quia hic Pontifex Clerum composuit, & gradus distribuit, vt is scilicet esset Presbyter Cardinalis, idest principalis, qui cœteris Presbyteris eiusdem tituli præesset. Hæc Panuinus; & fauet Cassiodorus, *l* dum in formula Principatus Vrbis Romæ hunc Principem Cardinalem appellat his verbis. *Quia Principem nostrum Cardinalem obsequijs nostris deesse non patimur, tu eius locum* D
Vicarij nomine in Vrbe Romana solemnitèr debeas continere &c.

K de septem Eccles. cap. 2. vers. Cardinal. nomen.

l lib. 7. variar. form. 31.

Firma sit denique conclusio, hoc nomen Cardinalis duplicem habere intellectum, seu significationem; alteram, qua alicui Ecclesiæ ex translatione clericus fit deinductus, vt verba S. Gregorij supra relata demonstrant; alteram, qua Presbyterum, aut Diaconum maiorum sedium per antonomasiam designamus, Anastasio Germonio teste. *m*

m de sacror. immunit. lib. 3. c. 6. num. 28.

Sed Paulinum Presbyterum Cardinalem S. Mariæ Transtyberim titulo Calisti anno Domini 494. sub Gelasio Papa in antiquis monumentis illius Ecclesiæ memoratum esse scribit Ciacconus; *n* apud quem etiam videre poteris titulos omnes Cardinalium, ac eorundem nomenclaturam, sub hoc eodem Pontifice, & anno 494. Vetustum quoque S. Gregorij Magni Diploma tabulæ marmoreæ incisum apud Ecclesiam E
SS. Ioannis, & Pauli hoc Cardinalis nomen enunciat his verbis. *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectissimis in Christo filijs. Deusdedit Cardinali &c.* qui postea fuit Summus Pontifex anno salutis 613. retento etiam in Pontificatu eodem nomine Deusdedit. Vide Volfangum Lazium. *o*

n in vita Gelasij I. Papæ.

o in comment. Reipub. Romanæ lib. 2. cap. 2. fol. apud me 137.

CAPVT

CAPVT III.

A

De Cardinalium numero.

Diffinitum non esse numerum Cardinalium dixerunt Tholosanus, *a* Polydorus Virgilius, *b* & alij multi. Quindecim tamen Cardinales propter baptisma, sepulturasq; fidelium ordinatos à Marcello Pontifice salutis anno 304. asserit Archid. *c* & ante sub Pontiano Papa, qui sub anno 245. hanc Dignitatem gessit, 236. Cardinales fuisse nonnulli affirmant, quos Tholosan. loco citato reprehendit, ex eo quia tempore huius Pontificis nomen Cardinalium non erat in vsu, quàmis eadem ratio vigeat etiam in Marcello, quia, vt diximus in c. proximo praeced. an. 324. in Concilio Romano hoc nomen innotuit. Nec antea innotuisse obseruat Oldrad. *d* ex lectura verborum, quibus concipitur donatio à Constantino Imperatore Beato Syluestro, & Romanae Ecclesiae facta; *e* quae quidem donatio paulò ante dictum Concilium fuit, & in ea nunquam hoc nomen Cardinalis inuenies. Quàmuis haec ratio admodum leuis mihi videatur, quia licèt nondum inuentum esset hoc nomen Cardinalis, officium tamen, assistendo scilicet Romano Pontifici in administratione vniuersalis Ecclesiae, vtique aderat, vt dictum est sup. cap. I. & alia congerit Alexan. à Turrecremensi. *f*

B

Sed ad rem nostram redeamus; numerum Cardinalium ad septuaginta duo praefinitum esse scripserunt multi, colligentes hoc ex verbis Anacleti Pontificis, *g* dum ait. *Videntes autem ipsi Apostoli, messem esse multam, operarios paucos, rogauerunt Dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam, inde ab eis electi sunt septuaginta duo Discipuli, quorum typum gerunt Presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia.* Haec Anacletus, qui ex Euangelio Matthaei *h* desumpsit. Et rationi consonum videtur, quia tot linguę, & nationes sunt confugientes ad Sedem Apostolicam, Tholosano teste. *i* Pium verò huius nominis IV. ad septuagesimum sextum Cardinalium numerum auxisse testatur Hieron. Platta. *k* Sed Antonius Capycius *l* affirmat vidisse S. R. E Cardinalium Collegium sexaginta duobus Cardinalibus constitutum: Leo enim X. cum vno die, nempe Kalen. Iulij 1517. triginta, & vnum Cardinales creasset, & antea alij triginta vnus essent, sequitur Ecclesiam Dei habuisse vno tempore Cardinales 62. videlicet Episcopos sex, Presbyteros triginta septem, Diaconos decem ac nouem, iuxta ipsius Capycij supputationem.

C

Sciendum tamen est, ex temporum variatione numerum quoque Cardinalium variasse. Paschalis quippe II. qui Christi vices annos 18. menses 6. dies 7. in terris gessit, in pluribus per eum celebratis Cardinalium promotionibus, ad numerum nonagesimum peruenit, ex quibus Episcopi decem, Presbyteri quinquaginta, Diaconi triginta fuerunt, Platina sic testante in vita huius Pontificis. Sedentibus autem Innocentio II. & Caelestino II. Cardinalium numerus quadragesimum non superauit, deinde ad trigesimum quintum redactus, postmodum ad trigesimum, hinc ad vigesimum quintum, inde ad vigesimum, post ad decimum, demum ex Cardinalibus tantùm octo Collegium constabat; quatuor scilicet Presbyteris, totidemquè Diaconis, vt in electione Nicolai III. qui vnica promotione decem creauit Cardinales, si Platina vera narrat in eius vita. Quare Cardinalium numerus denuò paulatim auctus ad quindecim, inde ad viginti est.

D

A Pontificatu verò Bonifacij VIII. vsque ad Sixti IV. tempora non amplius quàm triginta fuerunt Cardinales, Paleotto sic affirmante. *m* Verùm Raphael Volaterran. *n* dum Vrbani VI. (ad Apostolicam Sedem die 19. Aprilis anno 1378. euecti, & consequenter, qui intra Bonifacium VIII. & Sixtum IV. sedit) gesta recenset, ab hoc Pontifice vna die viginti ac nouem Purpuratos Patres primo numero additos fuisse ac omnes (exceptis tribus) Neapolitanos, testatum reliquit: & ante ipsum Platina circa finem vitae eiusdem Vrbani VI. addit, in quatuor ordinationibus quadraginta & octo Cardinales ab hoc Pontifice creatos fuisse.

E

In Concilio Romano *o* vt septem tantummodò Cardinales Vrbis Romae sint, cautum reperitur. In Concilio Basiliensi, ne Cardinales supra numerum vigesimum quartum sint, sancitum fuisse testatur Laelius Zecchius. *p* Alij in Concilio Constantiensi; sed verè in Concilio Basiliensi, quod Eugenius IV. abrogauit; & legitur in pragma-

a in syntag. iur. vniu. lib. 15. c. 4. num. 9.
b de rer. inuent. lib. 4. c. 9. ad fin.
c in c. vbi periculum, num. 4. de elect. in 6.
d consil. 63.
e Constantinus, 96. dist.
f de fulgen. rad. Hierar. Eccles. par. 2. rad. 26. pag. apud me 33.
g c. in nouo, dist. 21. ad fin.
h cap. 9. ad fin.
i in syntagm lib. 15. cap 4 num. 9.
K de Card. dignit. c. 2. ad fin.
l decis. 114. nu. 12. & decis. 126. num. fin.
m de sacr. Consistor. consult. in concl. oper memb. 3. pag. apud me 345.
n in antropolog. lib. 22. in vita Vrbani VI.
o Can. 6.
p de Repub. Eccles par 2. de statu Cardin. n. 6. vers quo verò ad numerum.

pragmatica sanctione Caroli VII. Francorum Regis à Cosma Guijmier glossata pag. apud me 145. vbi etiam habes sanctionem hanc acceptatam in Cõcilio Basiliensi die 9. Iunij 1435.

Hunc tamen numerũ superarunt Sixtus IV. qui triginta Purpuratos Patres in administratione vniuersalis Ecclesię coadiutores habuit. Alexander VI. quinquaginta plusue minus. Leo X. sexaginta duos. Paulus III. Paulus IV. Pius IV. & Gregorius XIII. maiorem omnium numerum habuerunt, nempe septuaginta sex, Hieronymo Platta, *a* & Mosconio *b* testibus. A

Sed hodie ex Constitutione *c* Sixti V. ad septuaginta tantùm Patres determinatus est numerus, connumeratis etiam insimul Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, itaut Episcopi sex, Presbyteri quinquaginta, Diaconi verò quatuordecim sint; & correspondet Sacra Pagina. *d* Addenda sunt verba Cõstitutionis Ioannis VIII. Pontificis, relata à Baronio, *e* ibi. *Quippe cũ sicut nostram mansuetudinem Moysi* (Pontifex ipse de se loquitur) *ita & vestram fraternitatem* (nunc Cardinalibus sermo dirigitur) *septuaginta seniorum, qui sub eodem causarum negotia diiudicabant, vicissitudinem gerere certum habemus &c.*

Quæsitum tamen est, an Summus Pontifex, hac Sixti Constitutione non obstante, septuagesimum numerum superare valeat: & omnes, nullo penitus discrepante, affirmatiuè respondent, dicentes arbitrio Papæ relictum esse numerum Cardinalium; præcipuè Mart. Laud. *f* Cassan *g* Zecchius, *b* & Mandosius. *i* B

a loco supracit.
b de maiest. milit. Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 6.
c 50. §. 4. bullar. nou tom. 2. pag. 561.
d lib. Numer. cap. 11.
e in annal. lib 10 sub anno 882. pag. 582.
f tract. de Card. lib. 2. num. 2.
g Catal. glor. Mund. 4. par. consi. 12.
h loco sup. cit.
i gloss facult. Reg. §. considerantes, verb. Cardinales vers. Presbyterorum.

CAPVT IV.

De triplici Cardinalium Ordine.

DIximus præfinitum esse numerum Cardinalium, licèt ipsius numeri augumentum arbitrio Papæ reseruatum sit, non incongruè nunc igitur videndum erit, in quot partes numerus hic diuidatur. Et in triplicem ordinem esse distinctum affirmant omnes, resquè ipsa demonstrat. Manfredus enim *K* hanc distinctionem ad similitudinem Cœlestis, & Triumphantis Ecclesiæ factam esse narrat, vbi Omnipotens humani generis Auctor tres summos, & præcipuos Angelorum Ordines instituit; quam rem latiùs prosequitur Card. Paleottus *l* omnino videndus ab ijs, qui huius rei cognoscendæ maiori desiderio teneantur; nobis enim tempus non suppetit eius verba referre. Sed ad rem nostram accedendo. C

Primus est Cardinalium Episcoporum ordo, Seraphin significantium, qui præ cæteris in amore sui Creatoris ardentissimi, & intimi sunt. D

Secundus est ordo Presbyterorum Cardinalium, Cherubin designantium; hi enim sapientia, & eruditione præstantissimi sunt.

Tertius est ordo Diaconorum Cardinalium, qui Thronos repræsentant, vt auctoritate doctrinæ, & iustitiæ rectitudine firmi persistant, vt Mosconius scribit. *m*

Et quoniam triplex hic Cardinalium ordo coràm Pontifice, qui velut summus Sacerdos, & Hierarcha illi præsidet, sæpissimè conuenit ad res pro vniuersalis Ecclesiæ administratione deliberandas, actiones quoque hierarchicas exercet, quibus Christiani Orbis status Seraphin amore velut igne purgetur, Cherubin sapientia, & eruditione illuminetur, & Thronorum authoritate doctrinæ, ac iustitiæ firmitate perficiatur: hierarcici enim actus sunt purgare, illuminare, & perficere, Dinisio Areopagita *n* teste, quem sequitur Paleottus, *o* respondens etiam ad ea, quæ in contrarium adduci possent, videndus: at si plura ad rem cognoscere cupis, Alexandrum à Turrecremensi *p* consule. E

K tract. de Cardin. cap. 4.
l de sacri Consist Consult. in concl. oper. memb. 5. in prin.
m de maiest. militar. Eccles lib. 1. par. 1. c. 5. vers. continet. pariter.
n de Cœlesti hierarch. cap. 3.
o loco sup. cit. vers. & si quis fortè, pag. 363.
p de fulg. rad. Eccles. hierarch. lib. 1. par. 2. rad. 26. vers. quocirca, pag. 36.

CAPVT

CAPVT V.

A *De Cardinalibus Episcopis.*

Dictum est, Cardineum ordinem ex triplici genere initiatum, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum; admonet autem nos Imperatoria sanctio *a* à dignoribus esse inchoandum; sed nulla in Ecclesia Dei (intensiuè loquor) Episcopali Dignitate maior reperitur; ideo de Cardinalibus Episcopis primo loco dicamus.

Verùm vt intelligamus, quo pacto in Ecclesia militanti Cardinalium Episcoporum ordo fuerit institutus, sciendum est, quinque fuisse in Vrbe maiores, & præstantiores Ecclesias ordinatas, nempe S.Saluatoris Lateranensis à loco nunc S Ioannis, S.Petri, S.Pauli,S.Mariæ Maioris,&S.Laurentij extra muros,quibus in Ecclesijs Sum-
B mus Pontifex per se ipsum facta nón rarò persoluebat, vtque decentiùs, & maiori cum maiestate id fieret, septem sibi Episcopos ex vicinioribus Oppidis asciuit, qui post præstitam Pontifici assistentiam, singulis hebdomadæ diebus singuli etiam, præsente, vel absente Papa, super Aram præsertim Ecclesiæ Lateranensis Diuina celebrabant Mysteria; vt autem sunt septem hebdomadæ dies, qui rursus finita hebdomada in se ipsos redeunt, ita septem Episcopi vt supra lecti omnes per singulos dies singuli celebrantes hebdomadam explebant, atque ob hanc causam septem hi Episcopi, postea Cardinales, idest principales dicti sunt, Panuino teste; *b* addendo istorum institutionem vetustissimam esse; siquidem in vita Stephani Papæ IV. qui 112. dictus est, creatusquè Pontifex anno salutis 768. apud Anastasium Bibliothecarium ita scriptum inuenisse ait. *Hic constituit, vt omni die Dominico à septem Episcopis*
C *Cardinalibus hebdomadarijs, qui in Ecclesia S.Saluatoris obseruant Missarum solemnia super Altare Beati Petri celebrarentur, & Gloria in excelsis Deo cantaretur super rugas, per quas ingrediuntur ad Altare, vbi Imagines in frontispicio constitutæ sunt &c.*

a l.1. & 2. ff de albo scriben.

b de septem Vrbis Eccles. cap.1.

Fuere autem hi septem
I. Ostiensis Episcopus Cardinalis.
II. Syluæ candidæ, aliàs SS. Rufinæ, & Secundæ.
III. S.Hippolyti, aliàs Portuensis.
IV. Sabinus.
V. Prænestinus.
VI. Tusculanus.
D VII. Albanus.

Hoc idem scribit quoque Baronius videndus. *c* Insistamus ordine.

EpiscopusCardinalis Ostiensis, qui inter alios primum locum obtinet, Pallio vtitur, Papam consecrando, & Imperatorem de mandato ipsius Papæ vngendo, sacri Collegij Decanus appellatur, cuius sedi adiuncta postea fuit ab Eugenio III. Ecclesia Veliterna, vt Mandosio placet. *d* Hic autem Panuino teste *e* die Solis, vel Dominico Missam Laterani celebrabat. Primum verò locum inter alios obtinere ait Cassaneus, *f* non ex priuilegio tantùm, sed etiam ex merito: illè enim præ cæteris reputandus est,& honorabilior dicitur,qui proximior est domino, vt Episcopus Ostiensis Pontifici; ac licèt sit Episcopus tantùm, Pallio tamen vtitur, quod Archiepiscopis solùm debetur. *g* Obtinuit verò Episcopus Ostiensis Pallij vsum annis ab hinc cir-
E citèr 1297. sedente scilicet S.Marco Pontifice, qui Christi vices anno salutis 336. gessit, si Platina vera narrat in vita huius Pontificis. Quod autem attinet ad consecrationem Summi Pontificis, & Imperatoris vnctionem, consule Rodulphum Cuperf. *h* Vocatur etiam Sacri Collegij Decanus, ex Mandosio loco proximè citato, quæ Dignitas est, vt nos infra suo loco dicemus.

Episcopus Cardinalis Syluę candidę,aliàs SS.Virginū Rufinæ,& Secūdę,aliàs S.Rufinæ, tàm in Basilica S Petri,quàm in Vrbe Leonina, quā nos Burgū S Petri vocamus, absente Papa actus Episcopales exercebat; diequè lunæ,siue feria secunda in Basilica Lateranensi Sacra faciebat.Hæc sedes,deficientibus incolis,Ecclesiæ Portuensi vicinę à Calisto II. vnita est; &ideo postmodū sex tantūmodò fuerunt Cardinales Episcopi.

Episcopus Cardinalis S.Hippolyti. seu Portuensis (cuius Ecclesia vnita fuit, vt diximus,

c in annal. tom. 11. anno 1057. pag. 236. litera B. & seqq.

d in glo. facult. Rogen. §.considerantes, in verb. Cardinales.vers. horum autem

e loco proxime cit.

f in cathal. gloria Mundi par.4. consid.8. & 16. vers. vtuntur etiam.

g toto tit. de auctor. & vsu pall.

h in reper. c oportebat, dist. 79. ar. 3. de Papa consecr num 11 pag. apud me 338.

ximus, Ecclesiæ S. Rufinæ) transtyberim iurisdictionem Episcopalem obtinebat, & feria tertia, siue die Martis in Basilica Constantiniana Sacra peragebat.

Reliqui verò quatuor Cardinales Episcopi reliquis quatuor hebdomadæ diebus, præsente, vel absente Papa, Missas Laterani super Aram maximam celebrabant: hac Panuinus *a* videndus.

Et adeo Cardinalium Episcoporum amplitudo excellit, vt ad inferiorem Dignitatem non eligendi, sed postulandi sint, ad differentiam Cardinalium Presbyterorum, qui etiam ad inferiorem Dignitatem, puta Episcopatum (non tamen ex præno minatis sex) eliguntur, Io. Corasio teste, *b* dum ita testatum reliquit. *Cardinalis verò Episcopus postulari debet, cum eligi prohibeatur, non quia Cardinalis, sed quia Episcopus*: quam sententiam sequuti sunt alij multi relati à Manfredo. *c* A

Hæc autem sententia eo fortasse nititur fundamento, quia multi, nec obscuri nominis authores à Gomesio relati *d* scripserunt, Cardinales fuisse inferiores ordine, & dignitate Episcopis vsque ad Clementis V. et Ioannis XXII. tempora; quod probant ex eo quia post Papam, ante Cardinales Diaconos Episcopi subscribebant; et affirmat Gomes. vidisse literas Apostolicas, quas Bullas vocant, immediatè post Papam subscriptas ante Cardinales ab Episcopis Asculano, Rapellano, Troiano, et alijs multis. Ac legitur in subscriptione sententiæ latæ à Leone Pontifice huius nominis IV. contra Anastasium Card. S. Marcelli apud Card. Baronium, *e* qui primo loco sexaginta sex Episcopos nominatim refert, deinde Cardinales Presbyteros decem et nouem, postmodum Diaconos Cardinales numero sex subscriptos. B

a de septem Vrbis Eccles. cap.1.
b in paraphrasi Sacerd. par.3. c.2 de postul. nu. 14.
c de Cardinalib. decis. 84.
d in proœm. reg. Cancell. q. 1. cap. Episcoporum Dignitatis diminutio.
e annal. tom 10 pag. 102. anno Christi 853.

Nam etsi omnes Cardinales existant Apostolorum successores, nihilominus Episcopi Cardinales magis prænotant primarios Apostolos, Presbyteri septuaginta duorum Discipulorum personam offerunt, Diaconi verò septem Diaconorum spiritu, & sapientia repletorum, (vt de SS. Stephano, & Laurentio dicitur) speciem habent, vt Alex. à Turrecrem. autumat. *f* Et influere Cardinales Episcopos non modicam in eorum ministros honoris prærogatiuam, nam ipsorum Vicarij Vicedomini vocantur, scribit Manfred. *g* post Hostien. & Martin. Lauden. in locis ab eodem Manfredo relatis. Quid autem hæc dictio, Vicedominus, indicet, qui glossarum apparatus composuit, *h* his verbis exponit. *Vicedominus, idest œconomus rerum Episcopalium.* Episcopus enim & Vicedominum, & Maiorem domus habere debet, cum non possit omnia per se ipsum tractare. *i* C

Denique non omittam, dissentire Hieronymum Plat. *k* à Gomes. & Iacobat. referentibus initium Cardinalatus maiestatis, vt ex Episcopis Cardinales crearentur, quod antea Dignitatis diminutio putabatur, ad Clementem V. & Bonifacium VIII. siquidem Plattus circa Alexandri III. tempora contigisse probat; hic enim Pontifex anno 1163. Curradum Archiepiscopum Moguntinum Cardinalem, & Episcopum Sabinum; & in Concilio Lateranensi anno 1179. Vuillelmum Archiepiscopum Remensem idem Alexander creauit, ex Baronio. *l* Ex quo deinde cœpti sunt alij quoque Episcopi ad Cardinalatum euehi; Clemens namquè III. anno 1189 feria 4. Cinerum Ioannem Episcopum Viterbiensem, & Tuscanensem, annoquè 1190. mense Septembris Rufinum Episcopum Ariminensem S.R.E. Presbyteros Cardinales dixit, Ciaccon. teste. *m* D

f de fulgen. rad. Eccles. lib. 1 par. 2 rad 16. ad fin. pag. 36.
g de Card. decis. 81.
h cap. volumus, verb. Vicedominum. 89. dist.
i cap. quia Episcopus, 1. q. 3.
K de dignit. & off. Card. cap. 4.
l in annal. tom. 12 anno 1179. pag. 741. litera D
m in vita Clem. III. in 3. & 4. creatione.

CAPVT VI.

De Cardinalibus Presbyteris, eorumquè Titulis: & quam habeant in illis iurisdictionem. E

Post Cardinales Episcopos sequuntur Presbyteri à Græca dictione sic appellati; latinè verò seniores interpretantur, nedum pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem: *n* Christus enim Dominus noster in suprema Cœna Apostolos fecit Presbyteros, dû cis præcepit. *Hoc facite in meam commemorationem*: reliqua verò ad officium, & Dignitatem Sacerdotis receperunt Apostoli post resurrectionem, cum dixit. *Accipite Spiritum Sanctum*. ita Vitalinus. *o*

Sanctus autem Petrus Apostolorum Princeps ex omnium fidelium multitudine quosdam

n c. cleros. § Presbyter, dist. 21.
o in Clem de reliq. & venerat. sanctor §. ideoq. num 4. per tex. in cap. 4. §. sin autem, 24. q. 1.

quosdam seniores viros, ac probatæ vitæ instituit, hi Clerici dicti sunt, ex quibus partim Presbyteros, partim Diaconos consecrauit, quorum opera Pontifex ipse, siue Episcopus Romanus in instruenda crescente tunc Ecclesia vteretur, cum ei vni tot millibus hominum ad Christi Fidem quotidie venientium consulere non esset integrum. A Porrò autem Presbyterorum, & Diaconorum munia, vt pro se quisque suum officium & nosceret, & impigrè faceret, diuidere in primis conducibile visum est: itaque summum rerum, animarum scilicet curandarum negocium Presbyteris commisit, vt Sacramenta ecclesiastica plebi Dei administrantes, orationi, & ministerio verbi cum Episcopo vacarent. Diaconis verò, vt viduis, pupillis, & alijs fidelibus ægenis, ex Christianorum eleemosynis ab ipsis custoditis subuenirent, curam demandauit, eisquè iniunxit, vt Presbyteris quoque Sacra facientibus præsto essent. Quorum omnium numerus cum antea modicus, & incertus esset, ei modum statuerunt Cletus, & Euaristus Romani Pontifices. Nam Cletus Presbyteros viginti quinque in Vrbe decreuit; Euaristus verò, qui quartus post Beatum Petrum Episcopus Romanus anno salutis 100. renunciatus fuit, Titulos, seu Parochias (quæ partitionem curæ significant ex Lælio Zecchio) *a* primus Presbyteris diuisit, vt singuli à se inuicem secreti B in sua Vrbis regione in suo Titulo, vel Parochia, confusionis tollendæ causa, Diuina Mysteria populum edocerent, & Sacramenta administrarent.

Higinius verò, qui die 13. Ianuarij salutis anno 138. ad apicem ecclesiasticæ Dignitatis euectus fuit, plures in vnoquoque Titulo, siue Parochia Presbyteros ordinauit; & qui pluribus in vno Titulo preerat, Presbyter Cardinalis tanquam prestantior alijs est appellatus. Ita Panuinus, *b* quem sequitur, eiusquè verba refert Mandos. *c* Sed aliam rationem affert Ciaccon. *d*

Post Higinij tempora vsque ad Dionisij Pontificatum, anno scilicet Dominicæ incarnationis 260. Dionisius Papa Euaristi exemplum sequutus, Parochias, seu Titulos suis terminauit limitibus, Presbyterisque curam Cœmeteriorum adiunxit, Platina teste. *e*

C Marcellus inde, qui anno Christi 304. plusue minus in Pontificatu sedere cœpit, Titulos vigintiquinque, quasi Diœceses in Vrbe, ad Baptismatis commoditatem, eorumquè, qui ad Fidem ex gentibus quotidie veniebant, commoditatem, quin etiam vt Martyrum sepulchris consuleret, decreto sanciuit; vt Damasi verba rescribens testatur Panuinus *f* & Ciacconus, *g* qui viginti, & octo titulos enumerat.

Denique Syluester, qui summa Ecclesiæ Dei pace sub Constantino Magno Christiano Imperatore, æternaquè memoria celebrando, anno ab Orbe redempto 314. potitus est, *h* Presbyterorum Titulos augendo, vigesimum octauum numerum præfiniuit; & hunc ad Honuphrij Panuini tempora permansisse, ipse idem loco citato affirmat.

Hi autem Presbyterorum Tituli viginti, & octo per numerum septenarium diuisi, quattuor Patriarchalibus Basilicis ordine subsequenti erant adscripti.

D Ad Patriarchalem Basilicam Sancti Petri Presbyteri Cardinales Sanctæ Mariæ in Transtyberim.

S. Grisogoni.
S. Cæciliæ:
S. Anastasiæ.
S. Laurentij in Damaso.
S. Marci.
S. Martini in Monte.

Ad Basilicam S. Pauli intitulati erant Presbyteri Cardinales
S. Sabinæ.
S. Priscæ.
E S. Balbinæ.
SS. Nerei, & Achillei.
S. Sixti.
S. Marcelli.
S. Susannæ.

Ad Basilicam S. Mariæ Maioris Præsbyteri Cardinales
SS. Apostolorum, qui non per Titulum, sed per Basilicam ex speciali nota nominatur.
S. Ciriaci in Thermis.

a de Repub. Eccles. cap. 18. de Paroche, num. 1.

b de septem Eccles. cap. 2.

c in glo. facult. Reg. 6. consideraptes. verb. Cardinales.

d in vita S. Higinij, vbi de S. R. E. Card. origine agit tom. 1. pag. 46. videndus.

e in vita Dionisij Papa.

f de septem Eccles. cap. 2. vers. cæterùm nō longè.

g in vita Marcelli.

h Baron. in annal tom. 3. pag. 309.

S. Eusebij.
S. Pudentianę.
S. Vitalis.
SS. Marcellini, & Petri.
S. Clementis. A

Ad Basilicam Sancti Laurentij extra muros adscripti erant Presbyteri Cardinales

S. Praxedis.
S. Petri ad Vincula.
S. Laurentij in Lucina.
S. Crucis in Hierusalem.
S. Stephani in Cœlio monte.
SS. Ioannis, & Pauli.
SS. Quatuor Coronatorum.

a in cathal. glor. Mund par. 4. cõsidit 11.
b de maiest. milit. Eccles. lib. 1. par. 1. cap 6. pag. apud me 124.

Quę omnia luculentiùs agunt Cassaneus, *a* & Mosconius, *b* qui addit, Sixtum IV. Titulum SS. Quirici, & Iolitæ in locum S Ciriaci nimia antiquitate collapsi, & in prophanum vsum conuersi, suffecisse; & ideo septem Presbyteros Cardinales cuilibet Patriarchali Ecclesiæ adscriptos fuisse, vt ipsorum quilibet statutum haberet diem in hebdomada ad officia Diuina in Ara principali pro Romano Pontifice persoluenda. B

Hic autem Presbyterorũ Cardinalium numerus ad Honorij huius nominis II. Pontificatum peruenit Verùm Beati Petri Sedem obtinuit Honorius die 14 Decembris 1124 quo tempore decedentibus Cardinalibus, nec alijs denuò promotis, eorum numerus mirum in modum imminutus fuit, itaut Alexandri IV. & Vrbani IV anno à partu Virginis 1261. duo tantùm essent Presbyteri Cardinales, Panuino, *c* & Mosconio *d* sic affirmantibus. Quorum dictis ne penitus acquiescam, me monet Platina, *e* qui ait, multos ab hoc Pontifice sacra Purpura decoratos fuisse, licèt octo tantùm ab eo referantur. In electione verò Vrbani IV. quæ die 29 Augusti 1261 in Ciuitate Viterbiensi celebrata fuit, Cardinales decem, & nouem interfuisse obseruat Panuin. *f* Sed fortè Panuinus, & Mosconius intellexerunt de Cardinalibus Presbyteris tantùm semotis Episcopis, & Diaconis. Cur autem Honorius II. & alij postmodum Pontifices adeo parci in Cardinalibus promouendis fuerint, idem Panuinus *g* hanc rationem affert, quia ob Cardinalium multitudinem multa schismata in Comitijs Romanorum Pontificum celebrandis (nondum enim lex de duabus Cardinalium partibus constituta erat) euenire solebant, quibus vt iretur obuiam, Cardinalium numerus paulatim minui cœptus est. C

c de septem Eccles. cap. 2.
d loco proximè cit.
e in vita Alexandri IV.
f in addit. ad Platinam in vita ipsius Vrbani IV.
g de septem Eccles. cap. 2.

Postmodum se rerum periodo vertente, numerus etiam Cardinalium augeri cœpit, vt diximus supra. *h* Et hanc ob causam post mille annorum interuallum Calistus III. primus omnium Pontificũ nouum Titulum addidit, cui sororis filium Ludouicum Milanum Cardinalem adscripsit anno salutis 1458. Titulus verò fuit

h de numero Cardinal. cap. 3.

S. Calisti. D

prope Ecclesiam S. Mariæ Transtyberim. Verùm (ni fallor) Titulum hunc potius restitutum, quàm denuò institutum arbitror; quia inter Cardinales à Paschali II. creatos vni ex illis Titulum hunc assignatum fuisse legimus; Paschalis verò anno 1099. atque ita annis fermè 400. ante Calistum Pontificatum iniit. Insuper hic Titulus S. Calisti à Sixto V. obliuioni traditus sub Paulo V. reuixit.

Sixtus IV. alium

S. Nicolai inter Imagines.

prope Colosseum anno 1478. erexit; sed hodie non extat.

Leo X in illa vnius ac triginta Cardinalium liberali lectione anno 1517. antiquissimum Titulum

S. Matthæi in Merulana.

qui per mille, & ampliùs annos hunc amiserat honorem, restituit, aliosquè nouos erexit, videlicet E

S. Ioannis ante Portam Latinam.
S. Cesarij in Palatio.
S. Agnetis in Agone.
S. Apollinaris.
S. Laurentij in Pane, & Perna.
S. Syluestri in Campo Martio.
S. Thomæ in Parione.

S. Pan-

S. Pancratij.
S. Bartholomæi in Insula.
S. Mariæ in Capitolio, aliàs de Aracœli.

Iulius III. tres alias Ecclesias Titulares quoque dixit.

A S. Mariæ in Via.
S. Barbaræ.
S. Simeonis.

Ex quibus tantùm primus hodie viget Titulus.

Paulus IV. Fratri Michaeli Ghislerio ex Ordine S. Dominici (qui postea Pius V. nomine Pontifex Maximus renunciatus fuit) in Senatum Purpuratorum Patrum anno 1557. salutis assumpto, nouum quoque titulum assignauit, nempe

S. Mariæ super Mineruam.

Pius IV. Ioannem Antonium Sorbellonum post Purpureum Galerum præfecit Titulo

S. Mariæ Angelorum in Thermis.

B Pius V. anno salutis 1566. in assignatione Titulorum Cardinalibus à Pio IV. antea lectis, tres nouos erexit: sunt autem

S. Triphonis.
S. Hieronymi Illyricorum.
S. Euphemiæ in Vico Patritio.

Habes igitur nouos Titulos XXI. à Calisto III. vnum, à Sixto IV. vnum, à Leone X. vndecim, à Iulio III. tres, à Paulo IV. & Pio IV. vnum pro quolibet, à Pio V. tres, quibus si XXVIII. antiquiores addas, erunt omnes XLIX.

Denique Sixtus V. post Cardinalium numerum præfinitum, *a* Titulos quoque vnicuique ipsorum assignandos duxit, *b* eosquè in tres diuisit gradus: ex antiquis: ex posterioribus: & ex nouis ab ipso additis; antiquos, & posteriores iam retuli-
C mus, nec amplius in hoc tempus terendum puto; noui autem sunt

S. Honuphrij in Ianiculo, illius statu mutato ex Diaconia in Presbyteralem Titulũ.
S. Augustini.
S. Mariæ de Populo.
S. Alexij in Auentino.
S. Blasij de Annulo. Hunc Paulus V. ad Ecclesiam S. Caroli, illinc non longè deceuter extructam, transtulit.
S. Mariæ de Pace.
S. Saluatoris in Lauro.
S. Petri in Monte aureo.
Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio.
D S. Mariæ Transpontinæ.

Ex antiquis verò Diaconijs, quatuordecim tantùm retinendas edixit; sunt autem

S. Mariæ in Aquiro.
S. Mariæ in Cosmedin.
SS. Cosmæ, & Damiani.
S. Mariæ Nouæ.
S. Adriani.
S. Mariæ in Via lata.
S. Mariæ in Porticu.
S. Angeli in foro piscario.
S. Nicolai in Carcere Tulliano.
S. Mariæ in Dominica.
E S. Eustachij.
S. Viti in Macello.
S. Agathę.
S. Georgij ad Velabrum.

Ad hanc materiam Titulorum Cardinalium vide Anastasium Germon. *c*

Post Titulorum enumerationem, quomodo eorundem assignatio nouis Cardinalibus fiat, si quis exquirat, non vtique reprehendendum puto. Hanc autem adamussim docet Auctor Romani Cæremonialis *d* modo infrascripto. *Accedunt Cardinales denuò creati vnus post alium ad Pontificem, qui accipiens annulum preciosum ad hoc praparatum, immittit in digito annulari dextera manus* Cardinalis, *&* hac,

a in Constit. 50. §. quoniam verò.
b Const. 55. bullar. nou. tom. 2. pag. 571.
c de sudulto Cardin. in 9. titulo.
d lib. 1. sect. 8. cap. 12.

aut similia verba profert. Ad honorem Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancti N committimus tibi Ecclesiam Sancti N. cum Clero, & populo, & Capellis suis, secundùm formam, quæ committi consueuit Cardinalibus, qui eandem Ecclesiam in Titulum habuerunt. Noui autem Cardinales quàmuis antea in ecclesiastica Prælatura constituti essent, annulum portare non debent, priusquam illum à Pontifice recipiant. Recepto verò annulo, & assignato Titulo, pedem, & manum Summi Pontificis osculantur, mox Sanctissimus Pater illos ad osculum oris eleuat, nec adstringitur hęc in ordinarijs Consistorijs agere, sed in Circulis,& Congregationibus, si quando Cardinales alijs de causis ad sui conspectum accesserint, perficere valet, vt idem Cæremoniarum Auctor testatur. *a* A

a loco cit. cap. 13.

Tandem memini in titulo huius Capitis me pollicitum fuisse, quam habeant Eminentissimi Cardinales in Ecclesijs suo Titulo assignatis iurisdictionē, edocere; verùm quia rem hanc aptiori loco, inter Priuilegia eorundem Cardinalium pertractandam putaui, ne graueris propterea ad Priuilegium XIV. recurrere. Interim Ciacconum consule in additionibus ad vitam S. Higinij Papæ, in primo discursu originis S. R. E. Cardinalium, vers. Cardinales in suis titulis. *b* B

b tom. 1. pag. 46.

Sed quoniam in enumeratione Titulorum supra facta omisimus Ecclesiam

S. Caij,

quia huius mentionem apud Panuinum non inuenimus, cum tamen certum sit, hanc fuisse Ecclesiam Titularem, vt Ciacconus *c* scripsit, & XXVIII. & vltimo loco posuit, certissimum quoque sit prope Diocletiani Thermas fuisse, hic supplemus. Nam post hominum memoriam immortalis memoriæ Vrbanus VIII. eodem loco, quo prius, nullo penè vestigio existente, Ecclesiam, Titulumquè restituit, atque exornauit; vtquè iam obsoletæ, futuræque memoriæ consultum esset, hæc addita est inscriptio.

c t. in vita S. Marcelli Papæ.

VRBANVS VIII. PONT. MAX. C
DOMVM IN VRBE
S. CAII PAPÆ, ET MARTYRIS
IN ECCLESIAM OLIM CONSECRATAM,
AC IN TITVLVM ERECTAM
SACRAQVE STATIONE CELEBREM
VETVSTATE COLLAPSAM
A FVNDAMENTIS EXCITAVIT
ILLATISQVE EIVSDEM S. CAII RELIQVIIS D
TITVLVM AC STATIONEM RESTITVIT.
ANNO SALVTIS MDCXXXI.

Denique quia Presbyteri Cardinales numerum quinquagenarium excedere nequeunt, ita Sixto V. decernente, vnus Titulus abundat, quod consultò factum est, vt scilicet si contingat Episcopum, aut Diaconum esse Vicecancellarium, occupetq; S.Laurentij in Damaso Titulum, nullus desit alicui Presbytero Titulus, proinde Episcopus, aut Diaconus ille possit Episcopatum, aut Diaconiam cum Titulo S.Laurentij retinere, vt in Alexandro Card. Farnesio Episcopo, & Alexandro Diacono primùm, sed postea Episcopo Card. de Montalto nuncupato, & hodie in Eminentiss. Card. Francisco Barberino contingit; vide Germonium. *d* E

Verùm quia de Titulis Cardinalium diximus, & Lælio Zecchio teste *e* partitionem Curiæ significant, aliam quoque significationem habere mihi testantur auctores: siquidem in Codice Theodosiano, *f* & Iustinianeo, *g* Nouellis, *h* Authen. *i* Iure Canonum, *k* & alijs, Titulus Memoriam, seu Ecclesiam denotat, quòd in loco, vbi Ecclesia erat erigenda, Crux poneretur in Titulum; & Prudentius Poeta Christianus *l* de Titulo hæc habet.

Iam nunc & ossa extinxero,
Ne sit sepulchrum funeris.
Quod plebs gregalis excolat
Titulumque figat Martyri.

d tract. de indult. Card. § tituli, n. 9
e loco supra cit.
f l. vlt. de pagan.
g l. decernimus, C. de Episc. & Cleric.
h Nouel. 117. c. 7. ex Iulian.
i col. 5 tit. 17. vt nullus fabricet.
k c. nemo Ecclesiam, de consecrat. dist. 1.
l hymno 5, de S. Vincentio.

Et

Et de Passionibus Apostolorum in hunc modum *a*

Parte alia Titulum Pauli via seruat Ostiensis.

Romæ autem obtinuit vetus loquendi vsus, vt non omnis Ecclesia, Martyrumuè Memoria Titulus diceretur, sed tantùm insigniores Ecclesiæ, quibus præficerentur Presbyteri Cardinales: ita Baronius. *b*

a hymno 12.

b in Martirolog. sub die 26. Iulij litera F.

CAPVT VII.

De Cardinalibus Diaconis.

VT præscriptum seruemus ordinem, post Cardinales Episcopos, & Presbyteros, Diaconorum Ordinem inquiramus. Diaconus græca dictio est, hebraicè Leuita dicitur, latinè verò ministrum, siue assumptum, siue offerentem designat. *c* Sicut enim in Sacerdote consecratio, ita in Diacono ministerij dispensatio habetur, Durando *d* teste, qui ad hoc probandum inter cætera, quæ Deus Moysi in veteri lege *e* præcepit, hæc in medium affert. *Applica (inquit) Tribum leui, & fac eam stare in conspectu Aaron Sacerdotis, & ministrent ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram Tabernaculo testimonij, & custodiant vasa Tabernaculi seruientes in ministerio &c.*

c c. cleros, §. hi græcè, dist. 21.

d in rationali di minor. officior. lib. 2. cap. 9. num. 2.

e Numer. cap. 3.

Sed recedant vetera, nouæquè legis institutiones inquiramus. Apostolorum tempore Diaconorum Ordinem exordium habuisse, eorundem Apostolorum Acta *f* testantur: cum enim factum esset mormur græcorum aduersus hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum, conuocantes duodecim multitudinem Discipulorum, septem viros ex illis boni testimonij, & plenos Spiritu Sancto, ac sapientia super hoc opus elegerunt, fuerunt autem electi Stephanus, Philippus, Prochus, Nicanor, Thimon, Parmenas, & Nicolaus aduena Antiochenus.

f in actis Apostolor. cap. 6.

Quo ductus exemplo Euaristus Pontifex, ad Episcopos Africanos scribens sic ait. *g Diaconi (qui quasi oculi videntur esse Episcopi) in vnaquaque Ciuitate iuxta Apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiant Episcopum prædicantem, ne aut ipse Episcopus ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à falsis, aut verba Diuina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat feruore, & pax prædicata animi cum voluntate concordet.* Hinc etiam deductum esse putat Durandus, *h* vt septem Diaconi inter Missarum solemnia Summo Pontifici celebranti assistant.

g epist. 1. relata c. 11. dist. 93.

h loco cit. num. 9.

Hunc autem septenarium numerum Diaconorum longo tempore durasse, neque auctum vsque ad mille annos, quia ante id tempus maiorum Diaconorum numerum in Ecclesia non inuenerit, testatur Panuin. *i* Quamuis Platina in vita Sixti huius nominis primi ab hoc Pontifice vndecim fuisse Diaconos ordinatos asserat, Verùm Panuino fauet Ciacconus, *k* & illi addens in nouitèr impresso opere, *l* dum ita in libro de Romanis Pontificibus adnotatum esse ait.

i de septem Vrbis Eccles. cap. 3.

K in vita Sancti Sixti I.

l tom. 1. pag. 43.

Et suadetur etiam, quia cum hi Diaconi Regionarij dicerentur, Vrbis verò Regiones licèt antea XIIII. post Neronis incendium septem tantummodò remansissent, Tacito sic dicente. *In Regiones XIIII. Roma diuiditur, quarum quatuor integræ manebant, tres solo deiectæ, septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant lacera, & semiusta &c.* Quamobrem sicut septem Curatores, aut Capita Regionum Vrbis erant ciuilia tractantia, ita septem primores Diaconi, qui sacram Religionem Christianam promouerent, pauperum inopiæ de ecclesiasticis thesauris, & fidelium oblationibus à Subdiaconis collectis, ab ipsis verò Diaconis custoditis, quantum in se esset, subuenirent, vitaquè, si opus esset, exposita, pietatem tuerentur, ex decretis Symmachi, aliorumquè Pontificum constituti fuerunt: floruit autem Symmachus anno Domini 498. in cuius decretis ita Diaconi Regionarij subscripserunt.

Cyprianus Diaconus S.R.E. Regionis septimæ his subscripsi, & consensi &c.

Anastasius Diaconus Regionis primæ subscripsi.

Citonatus Diaconus Regionis quintæ subscripsi.

Ioannes Diaconus Regionis secundæ subscripsi.

Tertullus Regionis quartæ subscripsi.

Sed ante Symmachum Beatissimum Pontificem Syluestrum primum in Concilio

Romano

Romano intra Thermas Domitianas anno salutis 324. celebrato septem Diaconos Cardinales Regionarios septem Vrbis Regionibus assignasse, constat, Baronio teste, a & cum hoc septenario Diaconorum numero duo deessent, existentibus tantùm quinque, nempe Fabiano, Marco, Liberio, Archidamo, & Iulio, ordinati fuerunt ab eodem Pontifice Priscus, & Theodorus.

a in annal. tom. 3. anno 324. pag. 247.

Sed restitutis etiam XIIII. in Vrbe Regionibus, & aucta Romanæ Ecclesiæ maiestate, nedum Diaconi XIV. singuli in vnaquaque Regione ordinati sunt, sed alij A
multi. Dignior verò, seu antiquior Diaconus Cardinalis, siue Archidiaconus appellatus fuit. Quibus XIV. Diaconis Cardinalibus Regionarijs alij quatuor Diaconi Cardinales, Palatini ad Regionariorum differentiam vocati, quòd assiduò in Palatio manerent, additi fuerunt. Horum autem munus erat Lateranensi, & Vaticanæ Basilicis, vel Romano Pontifici in ijsdem celebranti ministrare, quos & Altaris Lateranensis ministros appellatos se legisse affirmat Panuinus. b

b de septem Vrbis Eccles. cap. 3.

Cæterùm ex collationibus, & legatis virorum, ac matronarum Romana ditata Ecclesia, vt Ammianus Marcellinus c ethnicus attestatur, & prædiorum, domorumque possessionibus à Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus adeptis, non amplius B
Regionarij dicti sunt, sed ex villis, prædijs, fundis, aut agris, à pijs siue viris, siue fœminis ad alendos Ecclesiæ ministros relictis; nomen sortiti fuerunt. Hinc Tituli Equirij, Vestinæ, Pammachij, *Lucinæ*, & similium, quorum mentio frequenter occurrit, ortum habuisse testantur Ciacconus, d & Panuinus. e

c lib. 27.
d post vitã Higinij Papæ, vbi S.R.E. Cardinalium originem refert, tom. 1. pag. 47.
e loco sup. cit.
f loco proximè cit.

Verùm nedum Titulos immutatos fuisse constat, sed numerum quoque auctum, itaut Paulo III. sedente anno Domini 1545. decem & nouem Diaconos Cardinales viuentes se vidisse affirmat Panuinus, f addens postmodum à Pio IV. denuò numerum ad XXV. auctum; quamquàm haud ita multò post quatuor ex ipsis Diaconis in Presbyteros consecrati fuissent. Patet igitur ex prænarratis, Diaconorum numerum pluriès variasse, itaut aliquando VII. quandoque XIV. interdum XIX. & insuper XXV. fuerint.

Sixto autem V. Pont. Max. sedente, vel quia pauci numero; vel quia à Romana C
Curia absentes erant, itaut non raró Presbyteri Cardinales loco Diaconorum contra Patrum instituta Pontifici assistere, & ministrare cogerentur, idem Pontifex Cardinalium numerum iam ad septuaginta firmatum, vt Episcopi VI. Presbyteri L. Diaconi XIV. sint, & esse debeant, suo Diplomate sanciuit. g

g Bullar. nou. tom 2. const. 50. §. quoniam verò, pag 561.

Quod autem diximus de mutatione Tituli à Diaconis Cardinalibus facta, hanc tripliciter euenisse inuenio. Primò enim loco *Diaconi* Regionarij dicti sunt: secundò à domibus, prædijs, alijsuè bonis possessis: tertiò à sacris Aedibus in Diaconias erectis denominationem habuerunt, & hæc tertia ad hæc nostra tempora retenta est. Immo à Sixto V. sancitum h inuenio, vt de cætero in quibuscumque literis Apostolicis, in quibus Cardinalium subscriptio manu propria facienda erit, ijdem Cardinales etiam Tituli, seu Diaconiæ, vel Episcopatus sui Cardinalatus nomine expresso, se sub- D
scribant.

h const. 55. §. insuper. bullar. nou. tom. 2. pag. 573.

Nullam tamen animarum curam, vel Sacramentorum administrationem in Ecclesijs sibi assignatis Diaconos Cardinales habuisse, ex Gelasij Papæ Sanctione i apparet, & affirmant Panuinus, alijq. locis superius adductis.

i c. Diaconos propriam, dist 93.

Quænam verò sint Ecclesiæ in Diaconias erectæ, & Diaconis Cardinalibus assignari solitæ, dictum est supra cap. proximè præcedenti.

Neminem verò in Diaconorum Cardinalium numerum assumendum esse, nisi saltem in XXII. suæ ætatis anno constitutum, vt scilicet intra annum omnino ad sacrum Diaconatus Ordinem valeat, & debeat promoueri, ab eodem Sixto V. k sancitum apparet: hæc autem Sanctio ex Hostiensis l doctrina roboratur, dum affirmat, nullum inter Cardinales esse, quin saltem sit Diaconus.

K d. Const. 50. §. 6. ne posthac.
l c. 2. n. 1. de offic. Archipresb.

Et si Cardinalis in Diaconatus Ordine constitutus non fuerit, ab electione Roma- E
ni Pontificis repellendus erit ex Pij Quarti Constitutione: m quod quidem statutum desumptum videtur ex Concilio Viennensi sub Clemente V celebrato, cuius Sanctionem habes n in hæc verba. *Statuimus, vt nullus de cætero in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis vocem habeat in Capitulo, nisi saltem in Subdiaconatus ordine fuerit constitutus*. vbi glos. 1. etiam ad Cardinales (quàmuis in hoc sacro Collegio Diaconorum tantùm Ordo reperiatur, vt diximus) ex doctrina Hostiensis iam adducta superius extendit.

m Const. 63. §. 25. statuimus etiam. Bullar. nou. tom. 2. pag. 91.
n in Clem. 1. de etat. & qualit.

Et ratio desumi potest ex Epistola Theodosij Imperatoris primæ Synodo Ephesinæ con-

conſcripta, & à Grariano *a* relata. *Illicitum* (inquit) *eſt, qui non ſit in ordine ecclesiaſticis miſceri tractatibus*. Qui enim ad Diaconatus, vel Subdiaconatus Ordinem promotus non eſt, à Clericali ſtatu recedere poteſt; *b* vt de Henrico Cardinali ad Regnum Luſitanum, & Ferdinando Mediceo ad Magnum Etruriæ Duca-
A tum aſſumptis teſtatur Paleottus; *c* & nos Ferdinandum Gonzagam, Paulo Quinto ſedente, ſacra dimiſſa Purpura Mantuanum Ducatum accepiſſe vidimus; atque recentiſſimè idem egerunt Mauritius Princeps à Sabaudia, Camillus Princeps Pamphilius, & Ioannes Kaſimirus de Polonia, de quibus omnibus latè pertractat Carolus Cartharius Conciuis meus, & Aduocatorum Sacri Conſiſtorij Decanus in Syllabo eorundem Aduocatorum, ab ipſo elaborato.

a c. ſacis euiden. ter. diſt 96.
b c. 1. de cleric. coniug. c. cum ex eo, de elect in 6.
c de ſacri Conſiſt. Conſult. concluſ oper. memb. 3. cap 1. pag. 345.

Verùm cum hæc iuris poſitiui tantummodò habeant aſſiſtentiam, illis aliquando Summi Pontifices abrogarunt; nedum quoad ætatem, ſed etiam quoad vocem in electione Pontificis; quam rem fuſius infra, vbi de Cardinalium lectione agendum erit, pertractabimus.

Interim noſſe ne pigeat, quæ Iacobatius, *d* & Manfredus *e* ſcriptis mandarunt,
B Cardinalem ſcilicet maiorem eſſe adminiſtratione Epiſcopo, & ideo vnus ex Diaconis Cardinalibus Pallio induit Archiepiſcopum (præcedente prius inſtantia facta in ſecreto Conſiſtorio per vnum ex Aduocatis Conſiſtorialibus) Panormitano *f* teſte. Et Cardinalem Diaconum, etſi nullum ex Ordinibus ſacris habentem, benedicere tamen ſolemnitèr poſſe, Mart. Lauden. *g* affirmat.

Neque facienda vis eſt in verbis Theodoſij Imperatoris, quia ex lectura conſtat de Candidiano Comite à quacumque eccleſiaſtica dignitate ſeiuncto ipſum fuiſſe loquutum; & ideo nulla adeſt cum S. R. E. Cardinalibus proportio, quippe qui cum Summo Pontifice vnum corpus conſtituunt, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentant.

d de Concil. lib. 1. art. 1. n 94 vſq; ad num. 254.
e deciſ 88.
f in c. ſignificaſti, num. 9. verſ. quia vnus, de elect.
g tract. de Card. q. 21 lib. 2.

Tandem ex eadem Sixti V. Sanctione *h* notandum erit. Si quis Cardinalium
C Diaconatus Ordine inſignitus ex deuotionis feruore (prout ad Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo Franciſco Diacono Card. Barberino ſan. me. Vrbani Octaui ex germano fratre nepote factum fuiſſe ſcimus) ad Presbyteratus Ordinem promotus fuerit, nihilominus in eodem Diaconatus miniſterio permanebit, quoſque ex denuò creandis Cardinalibus alij Diaconi præfinitum numerum XIIII. ſuppleant, & in eius ſubrogentur locum. Hæc autem vbi expleta fuerint, Diaconus ille Cardinalis ad Presbyteratus Ordinem promotus Cardinales omnes Presbyteros poſt eum ſacra Purpura decoratos antecellere debet, ex Clementis Octaui Sanctione *i*

h Conſt 50. §. Diaconorum.

Sed cum aliquando interrogatus fuiſſem, an præter Diaconos Cardinales fuerint etiam Cardinales Subdiaconi; prima fronte negatiuè reſpondi, quia ex iam dictis triplex tantùm Ordo Cardinalium apud probatos Scriptores reperitur; verùm cum Ciacconem, illiquè addentes in vitis Pontificum, & Cardinalium denuò reuoluerim,
D inueni Fridericum Lotharingium à Victore II. ſacra Purpura decoratum anno 1057 Cardinalem Subdiaconum nuncupatum, eodemquè quoque titulo inſignitum Hildibrandum Soanenſem inter Cardinales à Nicolao II. creatos ſub num. 4. ita deſcriptum. *D. Hildibrandus Bonicij filius Soanenſis Tuſcus Monachus, & olim Prior Cluniacenſis, ex Abbate S. Pauli extra Vrbem via Oſtienſi, & S R E. Card. Subdiacono, & Oeconomo Apoſtolicæ Sedis Archidiaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica factus eſt*. Hæc Ciacconus, & ante ipſum Panuinus: atque hi duo Cardinales Beati Petri Sedem adepti fuerunt, hic Gregorij VII. ille Stephani IX. nomen habuere. Vlterius apud Baronium *k* Papæ Alexandri III. Nuncios fuiſſe R. Diaconum Sancti Georgij, & R. Subdiaconum Apoſtolicæ Sedis Cardinales, inuenio: & Guglielmus Tyrius *l* Ioannem Subdiaconum Cardinalem S. R. E. com-
E memorat.

i Conſt. 48. bullar nou. tom. 3. pag. 65.
k annal tom. 12 anno 1177. fol. 721 ſub litera E.
l hiſt. ſacra lib. 22. cap. 12.

CAPVT VIII.

De Cardinalatus Dignitate. A

Voniam diuisio ex Rethorum traditione est, per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit, & per quam exponimus, quibus de rebus dicturi sumus, vt audientium animus praeparetur, ideo Cardinalatus Dignitatem in triplicem Ordinem diuisam supra retulimus, sequitur modò, vt de ipsa Dignitate dicamus.

Est autem Cardinalatus Dignitas adeo sublimis, & eminens, vt nulla prorsus in Ecclesia Hierarchia maior (Summo Pontifice excepto) reperiri valeat; nam etsi Episcopalis Ordo. siue gradus, vti Sacramentalis est, superioritatem quandam potestatis supra alios Ordines Sacerdotales habeat, administratione tamen, qua S.R.E. Cardinales in vniuersali Ecclesia regenda, & in maioribus causis definiendis Romano assistunt Pontifici, Episcopis profectò digniores esse dicuntur, Antonio Paga. *a* teste, qui ex Diuo Augustino *b* desumpsit, dum ita D. Hieronymo scripsit. *Quanquàm secundùm honorum vocabula, quae iam Ecclesia vsus obtinuit, Episcopatus maior Presbyterio sit, tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est.* Haec Augustinus, cuius minoritatem interpretatur Ludou. Roman. *c* quia S. Hieronymus Damaso Papae assistebat in administratione vniuersalis Ecclesiae, Augustinus verò vni tantùm Ecclesiae praeerat. Et hac ratione motus Staphil. *d* scribit, nobiles Venetos nobiliores esse nobilibus Ragusinis. B

Immo nedum Episcopo, sed etiam Patriarchae de consuetudine Romanae Curiae (quae seruanda est) Cardinalis, quamuis Presbyter, seu Diaconus praefertur, ea ratione, quia Cardinales vnà cum Papa iudicant omnes, & consequentèr etiam Patriarchas; sunt etiam Cardinales Coadiutores Pontificis in executione Sacerdotalis officij; ita Lancellot. Corrad. *e* qui multa quoque alia congerit; videndus est etiam Cassaneus, *f* & alij per eum relati, dicentes vnum corpus constitui ex Papa, & Cardinalibus; atque hoc suo Diplomate roborauit Eugenius IV. *g* in haec verba. *Ipsos praeterea Cardinales pro honoris, ac dignitatis eminentia partem sui corporis Summi Pontifices appellant. Ex quo sine vlla dubitatione ostenditur, post Caput Ecclesiae, quod est Papa, contigua sui corporis membra, quae sunt fratres eius Cardinales, prae ceteris Ecclesiae membris, ac partibus honorari debere &c.* Huc vsque Eugenius, cuius sententiae si nondum acquiescis, audi Henrici VII. Imperatoris Sanctionem, post receptum in Vrbe à Clemente V. Sacri Imperij Diadema anno salutis nostrae 1313. Pisis editam. *Henricus VII. Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Augustus ad aeternam rei memoriam. Reddentes honorem, & debitam reuerentiam summae, & indiuiduae Trinitati, cuius prouidentia, & miseratione benigna Romani Imperij Diadema suscepimus, & gubernamus Imperium &c* omissis alijs. *Quapropter Romanum Pontificem, & ipsius Ecclesiae Cardinales, qui sunt eius corporis pars praeclara, ab omni iniuria esse praecipimus alienos &c.* caetera videnda sunt apud Cherubinum iuniorem. *h* C D

Nec leue mihi videtur argumentum deductum à simili, nempe ab Electoribus Imperatoris, qui summa Dignitate pollere dicuntur, eò quia sit illis huiusmodi facultas attributa, ad S.R.E. Cardinales, qui non Imperatorem, rerum scilicet temporalium Dominum, sed Iesu Christi in terris Vicarium, Beati Petri Successorem, & sub cuius potestate spiritualia cuncta locantur, eligendi facultatem habent. *i* Tantò autem spiritualia temporalibus sunt praeferenda, quantò anima praefertur corpori; eaq. collocanda est inter Pontificē Maximū, & Imperatorem, ac Reges differentia, quae inter Solem, ac Lunam adesse videtur, vt est Innocentij III sententia ad Imperatorem Constantinopolitanum scribentis *k* in haec verba. *Praeterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento Coeli, luminare maius, vt praeesset diei, luminare minus, vt praeesset nocti, vtrumque magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum igitur Coeli, hoc est vniuersalis Ecclesiae fecit Deus duo magna luminaria, idest duas instituit Dignitates, quae sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas; sed illa, quae praeest diebus, idest spiritualibus, maior est, quae verò carnalibus minor, vt quanta est inter Solem, & Lunam, tanta inter* E

Ponti-

a de Ordin. inrisd. & resid. Episc. sect. 2. in fin. vers. Cardinalium autem.
b epist. 19. prope fin. ad D. Hieronymum, relata in c. quanquam. 2. q. 7.
c in sermone habito in Concilio Basilien. nu. 19.
d in tract. de liter. gratia, tit. de praerog. expect. in 6. par. princip. n. 28 pag. apud me 99.
e in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 2. §. 3. de excellent. Card. num. 3.
f in cathal. glor. Mund. consid. 10 & 11. par. 4.
g Const. 15. §. 6. bullar nou. tom. 1 pag. 282.
h in compend. Bullar. ad Const. 15. Eugenij IV. schol. 2 pag. 58. tom. 1.
i c. oportebat. c. nullus. dist. 79.
K c. solitae, § praeterea de maiorit. & obed.

Pontifices, & Reges differentia cognoscatur. Et supra. *Non negamus, quin praecellat Imperator in temporalibus illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia, sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quae tantò sunt temporalibus digniora, quantò anima praefertur corpori*. Hactenus Innocentius hic: scribens verò ad Patriarcham A Constantinopolitanum, *a* vt aliam inter Pontificem, & Principes assignaret differentiam, hæc ait. *Caput Pontificis chrismate consecratur; brachium verò Principis oleo delinitur, vt ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem &c.* Si plura desideras, consule Amadeum à Ponte, *b* & Iulium Cartharium Conciuem meum, & dudum almæ Vrbis Senatorem, in sua copiosa Disputatione, pro ecclesiastica immunitate lucubrata, & à Carolo ipsius filio typis euulgata, vbi ad saturitatem de huiusmodi preeminentia perleges. Nos autem nostrum reassumendo argumentum, dicimus, nedum à simili, sed etiam à fortiori procedere, quia ex ipsis Electoribus regularitèr non eligitur Imperator; sed ex sacro Cardinalium Collegio Summus Pontifex constituendus est, vt in Basilica Constantiniana, Stephano III. Pontifice præsidente, sancitum legimus. *c*

B Verùm quia de Cardinalatus Dignitate, & eminentia multa dicenda sunt infra, vbi de priuilegijs Cardinalium agendum erit, non hic vlteriùs immorabor: omittenda tamen non sunt, quæ Petrus Damianus à Sigonio *d* relatus scribit. *Romani Cardinales* (inquit) *Romanum Pontificem principalitèr eligunt, & quibusdam aliis prærogatiuis non modò quorumlibet Episcoporum, sed etiam Patriarcharum, atque Primatum iura transcendunt, saluo quippe vniuersalis Ecclesiæ Sacramento, isti sunt oculi vnius lapidis, ipsi lucerna vnius candelabri*.

Quædam verò Cardinalium attributa referre non inutile duxi. Dicti enim sunt Filij primi gradus, Patres spirituales, Fratres Pontificis, Cardines Orbis, Consiliarij, Auditores, Consultores, Assessores Romani Pontificis, Principes illustres, superillustres, Columnæ Ecclesiæ, lumina Ecclesiæ, Stellæ, Cardines, & Caput vniuersæ Ec-
C clesiæ, Apostolorum Vicesgerentes, Pars Corporis ipsius Papæ, sic se habentes ad Papam, vt Senatores ad Imperatorem, scripti in Diademate Principis, Regibus æquiparantur, similes Præfecto Prætorio, Maximi, Splendidissimi, Potentissimi, Eminentissimi, Diui, quoniam eorum Senatus Diuinus est, Lucernæ ardentes, & Candelabra lucis, decoris, præstantiæ, atque splendoris, Filij dominaturi vniuersæ Terræ, non Vrbis, sed Orbis vniuersi pondus substinentes, Summorum Sacerdotum, ac Leuitarum vice fungentes, vniuscuiusque iudicio veritatem, & integritatem vitæ elucentes. Hæc, & alia multa Cardinalium attributa obseruarunt Manfred. *e* Roman. *f* Paleott. *g* Iacobat. *h* & Lancell. Corrad. *i*

Non omittam hic etiam referre, quod velut animaduersione dignum refert Gomesius, *k* Cardinalatus quippe Dignitatem non adeo illustrem, vt hodie est, aliquando fuisse, sed Episcopali inferiorem, itaut Dignitate minui, & gradu deprimi existima-
D rent Episcopi ante Clementis V. & Ioannis XXII. tempora, si ex Episcopis in Cardinalium Collegium cooptabantur; habebant enim Episcopi prærogatiuam, vt immediatè post Pontificem ante Cardinales in literis Apostolicis se subscriberent.

Comprobatur hoc ex Bulla Ioannis xv. *l* qua in Sanctorum numerum relatus est Sanctus Vdalricus Episcopus Ciuitatis Augustanæ anno salutis 933. hic enim vides post Pontificis subscriptionem.

Ioannes Episcopus S. Anagninæ Ecclesiæ consensi.
Benedictus Episcopus S. *Pipernensis Ecclesiæ consensi.*
Dominicus Episcopus S. Ferentinæ Ecclesiæ consensi.

Deinde sequitur.

Crescentius Episcopus S. *Syluæ Candidæ Ecclesiæ consensi &c.*

E Hunc autē Episcopatū diximus supra *m* inter septem Episcopos Cardinales adscriptū fuisse, & secundo loco, post Ostiensem scilicet sedisse. Et sequitur deinde subscriptio Cardinalium Presbyterorum, atque Diaconorum. Aliam similem subscribendi formam videas apud Baronium. *n*

Ex hac autem subscribendi forma in dubium reuocari videntur, quæ diximus supra ex Pannino, anno scilicet 768. cōstitutos fuisse septem Episcopos Cardinales hebdomadarios, qui in Ecclesia S. Saluatoris obseruarent Missarum solemnia &c. Constat enim hanc Ioan xv. Bull. Canonizat. editā fuisse post prædictorū Episcoporū institutionē an. 225. nec alius ex illis subscriptus appatet, quā Episcopus Syluæ candidæ, & hic nec etiā se Card. appellat, vt fecerunt subsequentes Presb. & Diaconi Cardinales.

C Quare

a c. 1. § vnde in veteri de vnct. sacr.
b in quæst. land. tit. qui feud. dare poss. à n. 6. vsque ad 18.
c c. oportebat, dist. 79.
d de Regno Italiæ lib. 9. sub anno 1059.
e decis. 42. vsque ad 70.
f d. sermone habito in Concil. Basil.
g de sacr Consist. cōsult. par. 1 q. 5.
h de Concil. lib. 1 art. 3. nu. 159 & seq.
i in templ. omn. iudic lib. 2. cap 2. § 3.
k in proœm. regular. Cancell. tit. Episcoporum dignit. diminutio
l Bullar. nou. tom. 1. pag. 9.
m de Cardin. Episcop. cap. 5.
n in annal. tom. 11. anno Christi 1092. in fin. pag. 640.

Quare alterum de duobus dicendum putarem; aut non erat tunc temporis isti septem, vel vt hodie sunt, sex Episcopi Cardinales, aut dedignabantur Episcopi hoc nomine Cardinalis vti, vt Gomesius scribit; addens hoc idem seruatum fuisse in quibusdam literis Apostolicis Vrbani II. Salerni datis 14. Kal. Octobris 1092. quæ apud Baronium *a* videndæ sunt. A

a loco sup. prox. cit. annal. tom. 11 an. Christi 1092 pag. 640.

Verùm cum Paschalis huius nominis II. Canonicis Regularibus S Augustini Lateranensem Ecclesiam perpetuò concessisset, & hoc literis Apostolicis, sacrosancto Cardinalium Collegio comprobante, roborasset, post ipsius Pôtificis subscriptionem hæc sequuntur.

Ego Lambertus Ostiensis Episcopus interfui. & subscripsi.
Ego Vincentius Portuensis Episcopus subscripsi.
Ego Cinthius Sabinensis Episcopus interfui.
Ego Denigo Tusculanus Episcopus &c.
Ego Corradus Prænestinus Episcopus &c.
Ego Leo Albanensis Episcopus &c

Sequuntur deinde subscriptiones Presbyterorum, & Diaconorũ Cardinalium, vt videre est in Bullar. nouo; *b* Paschalis verò II. die 22. Augusti 1099. Summus Pontifex Romæ renunciatus fuit; bulla verò prædicta edita 6. Kal. Ianuarij, Incarnationis Dominicæ anno 1106. Pontificatus 7. Quamobrem ex vicinitate temporis, quia immediatè post Vrbanum II. Beati Petri Sedem Paschalis II. ascendit, argumentari licet, modum hunc, & ordinem subscribendi Episcoporum Cardinalium primò, deinde Presbyterorum, & Diaconorum, ipso Paschale sedente cœptum fuisse. B

b inter Const. Paschalis II. Bullar. nou. tom. I. pag. 16.

Tandem, vt vnde discessit, nostra reuertatur oratio, ad huius Cardinalatus Dignitatis fulgorem illustrandum non parum conferre videntur, quæ Card. Paleottus *c* obseruat, vbi de Cardinalium creatione agit. *Quamuis* (inquit) *Episcopi quibuscumque anni diebus, & temporibus creari possint, Cardinalium tamen promotio statis tantùm mensis Decembris ferijs celebratur. Etsi nouas quotidie Ecclesias erigi, atque Episcopos nouos creari ad propagandam Religionem sit necesse, Cardinalium tamen Collegium certo numero regulariter concludi solet. Episcopus vnusquisque Ecclesiæ suæ tanquam sponsæ adscribitur, à qua quæ sibi ad sustinendam Dignitatem, pauperemquè gregem suum alendum sunt necessaria, tanquam coniugalem dotem suscipit; Cardinales verò ad vniuersalem Ecclesiam, Pastoremquè illius adiuuandum instituti, nullo certo loco sollicitudinem suam circumscriptam habent, sed Papa ipsi adsistunt, aut quò ille iusserit, se transferunt, & ab ipsius, tanquam Ecclesiæ Capitis, benigna manu vnusquisque subsidia necessaria consequi debet. Episcoporum nominatio, aut præsentatio quandoque ad Reges, Principes, aut Canonicorum Capitulos pertinet; verùm auctoritas Romani Pontificis in Cardinalium creatione adeo propria, & præcipua existit, vt nulli prorsus, quocumque ille gradu, aut dignitate fulgeat, tribuatur.* C D

c de sacr. consist. consult. par. 4. q. 8

Ex quibus, & alijs multis, quæ adduci possent, colligendum puto, consuetudinem Romanæ Curiæ, vt Cardinales Episcopis, cæterisquè ecclesiasticis Dignitatibus præferantur, optimis esse fultam, innixamquè fundamentis, quorum pars videnda erit apud Lancellot. Corrad. *d* & alios ab ipso relatos.

d in templo omnium iudic. lib. 3. cap. 2. §. 3. de excell. & potest. Cardin.

CAPVT IX.

De Cardinalium lectione: & qui ad Cardinalatus Dignitatem promouendi sint.

Postquam vidimus, quanta sit eminentia Cardinalatus, & quantus splendidissimæ huius Dignitatis in Romana, & vniuersali Ecclesia radius, quinam sint ad hanc Dignitatem promouendi, quiduè in Cardinalium lectione à sacris Concilijs, Sanctis Patribus, Summorumquè Pontificum Sanctionibus pro lege tradatur, nunc cognoscendum erit. E

Sciendum est igitur, duplici via posse Summum Pontificem Cardinaliũ creationẽ celebrare, altera scilicet de plenitudine potestatis, de iure autem ordinario altera; in vtraque tamen ea, quam res ipsa postulat, prudentia, maturaquè animi deliberatione vtitur, vt loco, muneri, aut Ecclesię indigenti consulatur, non vt inde homines, aut familię illustrentur, vel quia amicitię, aut similes causę vinculum aliquod adstrin-

adstringat; hæc etenim in negocijs publicis peragendis Sancta Sedes non sequitur, iuxta ea, quæ Diuus Hieronymus scripsit ad Titum *a* in hæc verba. *Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus est, potuit vtique successores Principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere Dignitatem; sed extraneus*
A *de alia Tribu eligitur IESVS, vt sciremus Principatum in populos non sanguini deferendũ esse, sed vitæ &c.* & Gregorius huius nominis IX. hæc monumentis tradidit. *b Nos igitur attendentes, quòd non genus, sed virtutũ nobilitas, vitæ honestas gratũ faciunt Deo seruitorem, ad cuius regimen non multos secundũ carnẽ nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, & pauperes, eo quòd non est personarũ acceptio apud ipsum &c.*

Nec solùm Sanctis Patribus, & quibus rerum spiritualium incumbit sollicitudo, hęc veritas innotuit, sed etiam iis, quorum administratio in temporalibus potissimùm versatur, Imperatoribus scilicet cordi fuit: siquidem Leo, & Anthemius hanc inter alias Sanctiones literis commedarunt. *c Castus, & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, vt quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet; nec precio, sed precibus ordinetur Antistes: Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat; sola*
B *illi suffragetur necessitas excusandi; profectò enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus &c.* Quam sententiam ferè iisdem verbis suis voluminibus inserere dedignati non sunt Diuus Gregorius, *d* & S. Bernardus: *e* ille quidem his verbis. *Sicut locus Regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus; & sicut scriptum est, ne quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Hæc Gregorius. Bernardus verò. *Non inconsideratè eligendi quique, seu colligendi sunt in opus ministerij huius; sanè huic negotio non ingerat rogans; consilio, non prece id agendum est: adulantem, & ad placitum cuiuscumque loquentem vnum de rogantibus puta, etiamsi nihil rogauerit: pari pondere existimaueris eius humilitatem, qui timet, & eius, qui sperat: itaque non volentes, neque currentes assumito, sed cunctantes, & renuentes etiam collige; illos compelle intrare.*
C Hactenus Diuus Bernardus.

Nec dicatur prædictos Auctores de Episcoporum, non autem Cardinalium electione loqui; quia Sacrosancta Oecumenica Tridentina Synodus *f* ea omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, cæterisquè qualitatibus constituta sunt, eadem quoque in creatione S.R.E. Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, exigenda sanciuit, quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis Nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos reperit, assumet. Cur autem ex omni Natione eligendi sint Cardinales, Gomesius *g* respondendo ad ea, quæ Iacobatius, & alii quidam scripserunt, non consueuisse scilicet Ecclesiam Romanam Cardinales de Alemania assumere, ne ipsius Ecclesiæ secreta Imperatoribus pandantur, hanc ex Diuo Bernardo rationem affert. *Vt*
D *vnusquisque scilicet genti suę, cuius mores, & aditus notiores habet, facilius, & certius valeat iustitiam ministrare: quis enim negabit, originarios melius conditiones hominum suę Patriæ cognoscere, quàm quiuis alius? iudicat enim quis facilè de his, quæ nouit, vt primo Ethicorum dicitur.* Hæc Gomes. Quam etiam rationem reddere, & in literis Apostolicis inserere dedignatus non est Sixtus V. *h* dum statuit, ex omnibus Christiani Orbis Nationibus, quantum commodè fieri poterit, assumendos esse Cardinales, vt Regnorum, Prouinciarumquè mores, res, & negocia, promptè, & fideliter pro rerum emergentium opportunitate Pontifex ab illis cognoscat &c. Verùm alia multa ad rem affert Paleor. *i* videndus.

Pręterea Cardinalis nomine, & dignitate decorandos putat Albanus, *k* quos singularis industria, explorata fides, morum maxima grauitas, & sapientia ad hanc
E sacrosanctam euexerit Dignitatem, quæ mutuatus est à Baldo, *l* dum ita scripsit. *In Præfectis Pretorio eligendis tria debent esse pręcipua, industria singularis, fides explorata, & morum maxima grauitas; idem in Cardinalibus, addite sapientiam.* Hęc Baldus. Non oportet enim qui Episcopi sunt, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores, vt Constantinus Cypri Episcopus *m* affirmat.

Sed audi, quę nouissimè Sixtus V. edixerit. *n Cęterùm vt non solum honore, sed etiam re ipsa Cardines sint, statuimus, vt lectissimi, & pręcellentes viri in ipsum Collegium adscribantur, & quorum vitę probitas, morum candor, præstans doctrina, & eruditio, eximia pietas, & erga salutem animarum ardens studium, & zelus in dandis consilijs, sincera fides, & integritas, in rebus gerendis singularis pru-*

a cap. 1. relata in c. Moyses, 8. q. 1.
b c. penult. vers. nos igitur, de praebend.
c in l. si quemquam, C. de Episcop. & Cleric.
d lib. 6. epist. 4. relat. in c. in scriptis. 8 q. 1.
e lib. 4. cap. 4. & 5. de consider. ad Eugen.
f sess. 24. de reformat. cap. 1. vers. ea omnia.
g in reg. de idiomat. q. 1 post prin. pag. apud me 113
h Const. 50. §. vt autem.
i de sacr. Consist. Consult. par. 3. q. 1. pag. 149.
k tract. de Card. q. 8. col pen. vers. hæc enim.
l in l. 1. num 2. C. de off. Praef. pretor.
m d. c. conuenientibus, 8 q. 7.
n Const. 50. §. 14

C 2 dentia

dentia, constantia, & auctoritas, & alia qualitates à iure requisitæ, tam ipsi Pontifici, quàm uniuerso Collegio cognitę, & probatę sint. Hæc Sixtus. Videre quoque poteris Epistolam Petri Damiani à Baronio *a* relatam.

Quibus ex verbis, iunctis etiam alijs supra deductis, satis dictum videtur, quænam potissimùm requirantur, quæuè à Summo Pontifice in Cardinalibus creandis obseruanda erunt. Quamobrem si quæ inter Sanctorum Patrum documenta, summorumquè Pontificum Sanctiones, ne quis scilicet inter hos Purpuratos Patres adsciscatur, legitima viderentur impedimenta, recenseamus, non iniucundum, vt opinor, erit. A

Offert autem se nobis primo loco Iulij III. Constitutio, *b* qua cauetur, ne vllo vnquam tempore in S. R. E. Cardinalem aliquis assumatur, qui sit frater germanus alterius Cardinalis viuentis, itaut eodem tempore duo fratres germani in eodem Collegio non sint.

Hanc verò Sanctionem comprobauit, auxitquè Sixtus V. *c* dum ad fratres ex vtroque, vel alterutro parente natos, ac etiam patruele, vel amitino, aut consobrino Cardinali viuente, alter eius patruelis, vel amitinus, aut consobrinus ad Cardinalatum valeat promoueri, legem ampliauit.

Et pari ratione, ne patruo, aut auunculo Cardinali viuente, eius ex fratre, vel sorore Cardinali existente, illius patruus, aut auunculus, nec vllus denique alius, qui mo, aut secundo tantùm gradu consanguinitatis alicui Cardinali viuenti coniunctus, quamdiu is vixerit, in Cardinalem assumi possit, & si assumatur, irrita sit electio; & prohibita dispensatio, sanciuit. *d* Sed apud ethnicos quoque, Romanos scilicet priusquam veram agnouissent Fidem, cautum fuisse, ne duo ex eadem gente in eodem Collegio Sacerdotes essent, ex Dio. scribit Rosinus. *e* B

Præmissorum ratio assignatur, *f* vt factionum fomes, & simultatum ansa, quantum eum Domino possit, in hoc sacro Cœtu rescindatur.

Et ne viri sacrarum rerum penitus imperiti, & rudes velut in Ecclesia Dei hospites, & peregrini tanto muneri præficiantur, qui antea clericali charactere insigniti, & in quatuor saltem Ordinibus minoribus constituti non sint, & habitum, ac tonsuram per annum gestauerint clericalem, ad Cardinalatus honorem assumi nequeunt. *g* C

Nec etiam Diaconus Cardinalis pronunciandus erit, qui saltem in XXII. suæ ætatis anno non fuerit constitutus; itaut intra annum omnino ad sacrum Diaconatus Ordinem valeat, & debeat promoueri; quibus minimè seruatis, inhabilis habeatur ad omnia; *h* itaut in electione futuri Pontificis actiua, passiuaquè voce careat, Pio IV. iubente. *i* Aetas enim congrua in vnoquoque Magistratu necessaria creditur, ad latè tradita per Mastril. *k* dum pro vtraque parte disputat, an sint minores ad Magistratum admittendi. Nec spernenda sunt, quæ scripsit Menochius, *l* dum quærit, cuius ætatis eligendus sit Senator, & quid in aliis Iudicibus, & Magistratibus sancitum legatur. Quantum verò tribuatur ætati, docet Tiraquel. *m* & alia congerit Paleot. *n* apud ipsos videnda.

Illegitimi, etiam per subsequens matrimonium legitimati, aut etiam super defectu natalium auctoritate Apostolica dispensati, etiamsi essent magnorum Principum, Ducali, aut maiori, Regia scilicet, & Imperiali auctoritate fulgentium, filii, quamuis ex soluto, & soluta, inter quos tunc matrimonium constare posset, geniti, ad Cardinalatus Dignitatem promoueri minimè debeant, ex eadem Sixti V. Sanctione, *o* Manfred. decis. 246. Consule quoque Mastrillum, *p* vbi de illegitimis, seu bastardis à Magistratibus remouendis agit: & alia cognosci possunt ex Gambar. *q* Refert enim ad rem Gomesius, *r* quendam spurium ab Eugenio IV. in Cardinalem assumptum, ante receptionem pilei quasi miraculosè rebus humanis ereptum. D

Prohibentur etiam inter Purpuratos Patres adscribi, qui corpore vitiati, aut quibusuis aliis impedimentis ad sacros Ordines iuxta canonicas Sanctiones promoueri non possunt, etiamsi auctoritate Apostolica cum ipsis dispensatum fuerit. Eadem quoque lege repelluntur, qui alicuius criminis, aut infamiæ nota respersi fuerint inuenti, eodem Sixto V. mandante. *s* E

Qui verò filios ex legitimo quoque matrimonio susceperit, cum nequeat certum suæ continentiæ testimonium exhibere, verendumquè sit, ne erga proprios filios naturali affectu nimia propensione feratur, ac multiplici liberorum cura distentus, Ecclesiæ negocia sibi credita aut negligentèr tractet, aut minus sollicitè, & fidelitèr, quàm par est, eiusdem Ecclesiæ iura tueatur, adde si nepotem, seu neptem ex filiis habeat, nullatenus sacra Purpura decoretur. *t*

a in annal. tom. 11. sub an. 1057 pag. 237. litera C.

b Const. 22. Bullar. nou. tom. 1. pag. 715.

c Const. 50. §. 18

d d. Const. 50. §. 18

e antiq. Roman. lib. 6. cap. 17. pag. apud me 269. litera B.

f d. Const. 50. §. 17.

g d. Const. 50. §. 15.

h d. Const. §. 6.

i d. Const. 63. §. 25.

k de magistrat. lib. 2. cap. 9.

l tract. de arbitr. iudic. casu 540.

m de iure primog. in præfat. à num. 99. vsque ad 106.

n de sacri Consist. consult. par. 4. q. 1. pag. 150.

o d. Const. 50. §. 12.

p de Magistrat. lib. 2. cap. 12 à num. 37. ad 46.

q de offic. & potest. legat. lib. 7. num. 69 & seqq.

r ad reg. Cancellar. de trien. possess. q. 2. post prin.

s d. Const. 50. §. 13.

t d. Const. 50. §. 16.

Et

Et cum per ſexcentos, & amplius annos à Clemente, Anacleto, Euariſto, Alexandro, aliiſquè Romanis Pontificibus continuata ſerie obſeruatum fuerit, vt menſe Decembri dumtaxat, in ipſis temporibus, ſeu ieiuniorum diebus Cardinalium creatio, ſeu promotio fiat, eandem legem ab eodem Sixto innouatam habes. *a*

A A Romana Curia abſentes in hoc ſacroſancto Purpuratorum Patrum Senatu aſciſci non debent, niſi conditione adiecta, vt intra annum ad ipſam Curiam accedere, & Apoſtolorum limina viſitare teneantur.

Nec biretum rubrum, quod à Romano Pontifice de more benedici, ac per certum Nuncium mitti ſolet, eis tradatur, illorumuè capiti imponatur, antequam iurent in manibus Perſonæ alicuius in eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, ſe intra annum à die præſtiti iuramenti numerandum, omni mora poſtpoſita, ad Vrbem, vel aliò, vbi Romana Curia eo tempore fuerit, perſonalitèr aduenturos; & ſi hoc iurare recuſauerint, biretum rubrum eis denegetur, ac inhabiles ad huiuſmodi Dignitatem vlterius conſequendam declarentur, eodem Sixto V. ita mandante, *b* qui huius Sanctionis rationem reddens hæc addit. *Proprium Cardinalium munus eſt*
B *Chriſti in terris Vicario aſſiſtere, eique in regenda Eccleſia Catholica conſilium, & operam præſtare; abſurdum propterea videtur, procul ab ipſo Summo Pontifice S.R.E. Cardinales vitam agere, & locum, manſionemquè ſuam in Eccleſia Dei adeo præcelſam, contra huiuſmodi officij debitum, & in ſuarum perniciem animarum negligere, ac deſerere.*

Nulla quoque, & irrita reputabitur electio illius, ſeu illorum Cardinalium, quæ vltra ſeptuagenarium numerum fiat, itaut Epiſcopi VI. Diaconi XIV. Presbyteri verò ſint L. Vltra prædictum numerum ſeptuagenarium promotus, ſeu promoti non erunt pro Cardinali, ſeu Cardinalibus reputandi, nec vllum ius, ſeu titulum ex tali promotione acquirant, niſi ex poſt facto, deficiente ſcilicet vno, vel pluribus Cardinalibus, quo caſu promotio conualeſcat. *c*

Nec inter prædictos ſeptuaginta Purpuratos Orbis Cardines præter egregios vtri-
C uſque iuris, aut Decretorum Doctores, inſignes aliquot viri in ſacra Theologia Magiſtri, præſertim ex Regularibus, & Mendicantium Ordinibus aſſumendi, ſaltem quatuor, non pauciores deſiderandi erunt, *d*

Verùm quæ diximus de ordinaria Summi Pontificis poteſtate, procedunt ita, vt ex quadam honeſtate hæc ſeruare teneatur; lex enim Pontifici indicari quidem poteſt, ſeruandi verò neceſsitas nulla imponitur, Paleotto teſte. *e*

Poteſt enim Summus Pontifex prædeceſſorum Pontificum Conſtitutionibus abrogare, vt latè tradunt Natta, *f* Oſaſchus, *g* Seraphinus. *h* Et de poteſtate abſoluta, cum nullis legibus, aut Conſtitutionibus ligetur, dum Beati Petri Sedem retinet, omnia quidem poteſt, vt communi voto teſtantur Paleottus, *i* & alii ſcribentes, *k* multaque congerit Petr. Auguſt. Morla. *l*

D Exemplis verò res clarior apparebit. Sixtus IV. non expectato menſe Decembri, nec ieiuniorum tempore, die 7. Maii Cardinales octo creauit, vt Cœremoniali Romano *m* legitur; Et hoc idem feciſſe alios etiam, qui poſt ipſum Sixtum V. Apoſtolicam Sedem tenuerunt, nulla temporum habita ratione, ſed quandocumque S.R.E. vtilitatem adeſſe putarunt, res ipſa demonſtrat.

Et quòd plures fratres, patrui, & auunculi in hoc ſacro Collegio vno tempore aſſumi poſsint, optimè facit Pauli I.C. reſponſio, *n* vbi pater, & plures filii, & fratres poſſunt eſſe de Conſilio Ciuitatum, & in ſuffragiis ferendis non vti domeſticę perſonę, ſed tanquam Decuriones conſiderantur.

Nec etiam illa Cardinalium Diaconorũ ætatis determinatio attenditur, quemadmodum nec antiquis temporibus ſeruata fuit. Petrus enim Belfortis, qui ad Ponti-
E ficatum euectus, Gregorius XI. appellatus fuit, à Clemente VI. patruo in decimoſeptimo ſuę ętatis anno Cardinalis creatus, ad Iuriſprudentiam ſub Baldo addiſcendam Peruſiam mittitur, Platina, & aliis id atteſtantibus. Raphael Santonius eodem ętatis anno decimoſeptimo à Sixto IV. in ſacrum Collegium cooptatus fuit. Ioannes Mediceus, qui in Pontificatu, Leonis X nomen aſſumpſit, in decimotertio ſuę ętatis anno ab Innocentio VIII. ſacra Purpura decoratur. Robertus de Nobilibus Politianus in eadem ętate conſtitutus, à Iulio III. inter S. R. E. Senatores aſſumitur, Ciaccon. Garimbert. aliiſquè teſtibus; quod etiam apud S.Petrum in monte aureo ex ipſius epitaphio innoteſcit. Alexander Perettus vix pubertatem excedens, ab eodem Sixto V. qui legem tulit, in Cardinalium Collegium relatus, S. R. E. Vicecan-

cellarius,

a d. Conſt. 50. §. 10.

b d. Conſt. 50. §. 19.

c d. Conſt. 50. §. primum igitur.

d d. Conſt. 50. §. 9.

e de ſacri Conſiſt. coaſule par. 1. q. 3. art. 2. per tot.

f conſ. 112 nu. 2

g deciſ. 139 n. 20

h d. deciſ. 291. n. 12.

i loco cit. art. 3. per tot.

k in c. 1. de Cõſtit. c. per venerabilẽ. §. rationibus, qui fil. ſint legit.

l in emp. ver. iur. tit. 1. de legib. q. 1.

m lib. 1. ſectio. 8. cap. 1.

n in l. 7. ff. quod cuiuſque Vniuer. nomin.

cellarius, & Summator eligitur. Odoardus Farnesius à Gregorio XIIII. Andreas Perettus, Ioannes Baptista Detus, Syluester Aldobrandinus à Clemente VIII. ante præfinitam ætatem in albo Cardinalium fuerunt descripti, sicut & alij multi, quorum nomina referre superuacaneum duco.

Neque in similibus Summorum Pontificum actionibus hæsitandum erit: nulli etenim dubium sit, tales ab ipsis eligi, qui moribus, & ingenio ætatem antecellant, itaut tanto muneri sint apti satisfacere, sed etiam eidem sacro Collegio maximo sint ornamento futuri: legimus enim in Eccl. *a* *Melior est puer pauper, & sapiens, quàm senex stultus*. Et in sacra Tridentina Synodo *b* habes. *Aetas ornata moribus, illustris scientia, fecunda consilio, & futurarum rerum prospectrix, & quorum probata vita senectus sit queritur*. Et vt B. Ambrosius *c* ait. *Sanctus Ioannes quamuis adolescens, & puer, quòd vsque ad Traiani vixerit Imperium, & post Passionem Domini sexagesimo octauo anno dormierit, in Apostolorum Collegio cooptatus fuisset, nulli tamen seniorum secundus fuit, cum in eo morum senectus venerabilis esset*. Et Deus loquutus est cum puero Samuele, omisso Heli octuagenario, vt doceret, quantum iuuentus ornata virtute polleat. Plura si cupis, Paleottum, *d* & Mastrillum *e* consule.

a cap. 4.
b sess. 23. cap. 12.
c lib. 2. offic. cap. 20.
d loco cit. par. 3. q. 4. prin. pag. apud me 115.
e de magistrat. lib. 2. cap. 5. n. 83. 84. & 85.

A

B

Nec etiam qui vxorem habuit, liberosquè suscepit, adeo scrupulosè à sacra Purpura arcendus erit, vt diximus supra. Nam si Christus Dominus Beatum Petrum vxoratum, & filiam Petronillam habentem, & socrum, nedum Apostolum, sed illius sacratissimi Cœtus Principem ordinauit, cur ab ijs, qui eiusdem Christi vices in terris gerunt, Cardinalatus ordine, quem Apostolorum typum gerere diximus, matrimonio, & cœlibatu æquè probati repellendi erunt? Et Clementem IV. Pontificem vtique sanctissimum, vxorem, filiosquè habuisse, testantur Platina, & alijs in eius vita. Qua moti (ni fallor) ratione Iulius III. Fabium Mignanellum, Pius V. Hieronymum Albanum, Vrbanus VIII. Laudiuium Zacchiam, ac Theodorum Triuultium Cardinales crearunt.

C

Recessit etiam ab aula solemnitas illa, quam in Cœremoniali Romano legimus, *f* de voto aliorum Cardinalium à Summo Pontifice in Consistorijs petendo, vbi noui creandi sint Cardinales: Summus etenim Pontifex nullo alio, seu paucorum postulato suffragio, in vnico Consistorio, & quocumque tempore viros sibi optimè notos Romanæ Sedis Consiliarios eligere, & sacra Purpura decorare potest, Iacobatio teste, *g* qui hanc quæstionem optimis argumentis discutit; & videndus est etiam Abbas, *h* qui in fortioribus terminis, nempe in rebus ad Fidem pertinentibus posse Papam, prætermisso Cardinalium consilio statuere concludit. Quandoque tamen sacro instante Collegio Cardinales creatos fuisse, lapis apud S Laurentium in Panisperna super sepulchrum Cardinalis Sirleti testatur his verbis, alijs omissis. *A Pio IV. Pont Max. sacro instante Collegio Cardinali creato &c.* Non enim personas ignotas, & secundùm humanum sensum debita requisita non habentes Romanus Pontifex eligit, vniuersi namque Orbis agrum ante oculos gerens, lectissimos quosque flores, in hac, vel illa Regione nitentes, suo tempore excerpit, vt ex ijs splendidissimam sibi Consultorum, Assessorumquè coronam, vniuerso Orbi gratam, ac salutarem contexat, vt Mosconius *i* obseruat, cui fauet, quod in Ecclesiast. *k* legitur. *Multi pacifici sint tibi, & Consiliarius sit vnus de mille*.

f lib. 1. sect. 8. cap. 1.
g de Concil. lib. 7 art. 5. num 117. in tract. diuers. tom. 13 par 1.
h q. 1. num. 13. & 14. ac alibi.
i de maiest. milit. Eccles lib. 1. par. 1 cap 5.
K cap. 6.

D

Immo & illegitimum, cum quo dispensatum sit, quiuè prudens literatus, religione, bonisquè moribus præditus sit, posse ad Cardinalatum assumi, pluribus probat Gambar. *l* videndus; & Paleott. *m*

Verba autem, quæ in noua Cardinalium creatione ab ipso Pontifice proferuntur, nulla certa lege ligantur, sed ad libitum sunt, eodem Musconio teste. *n* Verùm in Cœremoniali Romano *o* hæc habes. *Auctoritate Dei Patris Omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra N. Episcopum* (exprimitur enim Dignitas, quam candidatus habet) *assumimus in Presbyterum, vel Diaconum S. R. E. Cardinalem*.

E

Illud autem non omittendum censeo, Cardinales in secreto Consistorio pronunciatos non esse pro talibus habendos, quosque Cardinalatus insignia per Pilei rubri traditionem, Tituliquè assignationem, nec non annuli in digito de more immissionem realitèr sint impressa, Eugenio IV. ita mandante. *p* In cuius facti contingentia consulti Corneus, & Iason, contrarium responderunt, ille *q* relatus à Cotta *r* in suis memorab. hic *s* autem à Menoch. *t* dicendo, sæpe Pontifices huic Constitutioni

l de off. & potest. legat. lib. 7. n. 84. & seq.
m de nor. & spur. cap. 57. n. 7
n loco cit.
o lib. 1. sect. 8. cap. 3.
p Const. 1. §. 2. Bullar. nou. to. 1. pag 270.
q cons 278. lib. 3
r verb Cardinalium cœtus.
s Ias. cons. 145. lib. 2.
t de arbitr. lib. 2. cas. 185 num. 42

tutioni derogasse, ea potissimùm ratione, quia Papa solo verbo creare potest Episcopos, & Cardinales, vt notant Angelus de Perusio, *a* ac Iason. *b* & faciunt, quæ dicuntur infra priuileg. 7.

a in l. 1. num. 2. in fin. C. de sent. pass.
b loco cit. num. 1.

Sancitum quoque fuit ab eodem Eugenio IV. *c* Cardinalem, cui os solemni ritu A apertum non fuerit, in electione noui Pontificis vocem actiuam non habere. Verùm huic etiam parti abrogauit Pius V. die 26. Ianuarij 1571. & idem quoque sancitum fuisse à Gregor XV. *d* testatur Iulius Lauorus; *e* cuius quidem abrogationis tenor est, qui sequitur. *Die 26 Ianuarij* 1571. *Quia aliquando dubitatum est, vtrum Cardinales, quibus os clausum fuißet, si antequam illud eis aperiatur, Sedis vacatio euenerit, vtrum inquam in Summi Pontificis electione votum haberent, Sanctitas sua, requisitis Reuerendissimorum Dominorum sententijs, de eorum consensu, & assensu decreuit, quòd cum potissima Cardinalis facultas in Romano Pontifice eligendo consistat, quæ sanè ipsis propter insignium, & Cæremoniarum defectum auferri non debet, ob eam causam Sanctitatem suam statuere, vt postquam aliquis S. R. E. Cardinalis creatus fuerit, honoremq; acceperit, & consensum suum dederit, is sta-* B *tim vocem, & ius eligendi Romanum Pontificem habeat, & consequenter, etiamsi Cardinalatus galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, aut si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit: videtur enim huiusmodi oris claudendi ritus ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinere, sed cæremoniam quandam esse ea de causa introductam, vt Cardinales antequam in Consistorijs, & Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & alijs actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur &c.* Habes decretum hoc impressum apud Cherubinum iuniorem. *f*

c d. const. 1. §. 3.
d in sua Constit. super elect. Pontif. edita. §. porrò capitula.
e de elect. canon. git. 4. cap. 6. n. 21.
f in compend. noui Bullar. ad præcitatã Const. Eugenij IV. tom. 1. pag. 55.

Pulchram quoque excitat quæstionem Iacobat. *g* numquid Cardinales à Summo Pontifice, dum Concilium habetur, electi, sint veri Cardinales, & in Conclaui admittendi: ac post multa, pro decisione quæstionis ait. *Si Concilium contra Pontifi-* C *cem coactum sit, vel propter hæresim, vel aliud grauius malum, tunc non esse veros Cardinales; verùm si ob aliam causam, non tamen contra Pontificem habeatur Concilium, veros tunc esse Cardinales affirmat; non enim tunc Papa subiacet Concilio, sed potius Concilium ab eo omnem auctoritatem sumit:* Et Iacobatium refert, sequiturque Manfredus. *h*

g de Concil lib. 7 art. 1. num. 165. in 7. dub.
h de Cardinal. decis. 388.

Denique non omittendum puto, per promotionem ad Cardinalatus Dignitatem, omnes Ecclesias, & Beneficia quæcumque, cuiuscumque nominis, & tituli sint, adde etiam officia in Romana Curia, quæ vacabilia vocant, & pecunia comparantur, vacare, vt post Cæremoniale Romanum *i* à Sixto V. *k* sancitum legimus. Plerumque tamen à Summis Pontificibus per literas Apostolicas dispensando conceditur promotis eorundem Beneficiorum retentio, vt in d. Cæremoniali; & hoc de consue- D tudine Curiæ seruari dicit Lancellottus. *l* Hæc autem Beneficiorum retentio conceditur, si talia sint Beneficia, quæ Cardinalitiæ Dignitati non repugnent, vt in eadem Sixti Constitutione cauetur, enarrando etiam, quæ sint Beneficia, in quibus dispensari non possit; vt essent Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & similia, cum obtinens huiusmodi Beneficia teneatur residere in Choro, & locum habere post Episcopum, Cardinalis Dignitati non conuenientem.

i lib. 1. sect. 8. cap. 14.
K in Constit. 79. Bullar. nou. tom. 2 pag. 627.
l in templ. omn. iudic. lib. 2 cap. 1. §. 3. num. 31.

CAPVT X.

De receptione, & Optione Cardinalium.

E Creatis S. R. E. Cardinalibus, receptio eorundem in sacrum Collegium celebratur; postmodum inter eos Titulorum optiones fiunt: quomodo autem hæc peragantur, paucis absoluam.

Fit igitur Cardinalium receptio in publicis Consistorijs hoc ordine, si nouitèr creati in Vrbe fuerint: statim atque in secreto Consistorio à Papa pronunciati fuerint, ad Sanctitatem suam celeritèr per nonnullos Eminentiss. Cardinalis eiusdem Pontificis vt plurimùm Nepotis familiares, eodem habitu, quo antea vtebantur, ad ipsum Cardinalem Nepotem ducuntur, qui illos Summo Pontifici præsentat, ab eoq; biretum rubrum in camera recipiunt; exinde in eodem Palatio conuiuio excepti, à prandio domum reuertuntur, ibiquè publicè visitandi non sunt, *m* quousque in

m ex Cæremon. Rom. lib. 1 sect. 8. cap. 5.

in publico Consistorio rubrum galerum receperint, vt mox dicemus.

Die Iouis, siue Sabbati, vel etiam Martis, vt Summo placuerit Pontifici, publicum Consistorium indicitur; summo mane, nulloquè extrinseco comitatu noui Cardinales ad Palatium veniunt, ibiquè antiquiores Patres expectant; quibus omnibus congregatis, Pontifex cum pluuiali, & mitra preciosis, præcedente Cruce, & Cardinalibus, A ad publicum exit Consistorium, Cathedram ascendit, & Cardinales antiquos, obsequium more solito exhibentes, recipit: mox omnibus consedentibus, Pontifice iubente, noui vocantur Cardinales, & hi inter Diaconos Cardinales, si adsint, sin minus, Presbyteros iuniores, ad Sanctissimi conspectum, & Cardinalium ducuntur; vbi autem hùc peruenerint, detecto capite se profundè inclinant, Cæremoniarum Magistro docente, qui eosdem postea in scamno, vbi sedent vltimi Cardinales Presbyteri, ante Pontificis faciem detecto capite locabit, iuxta ordinem, quo fuerint à Pontifice in creatione nominati: Summus verò Pontifex his, vel similibus verbis illos alloquitur. *Maxima, dilectissimi filij, & excellentissima Dignitate donati estis, ad Collegium Apostolicum vocati Consiliarij nostri, & Coniudices Orbis terrarum eritis: inter causam, & causam, inter sanguinem, & sanguinem, inter lepram, & lepram discernere vos oportebit: successores Apostolorum circa thronum sedebitis:* B *vos Senatores Vrbis, & Regum similes eritis, veri Mundi* Cardines, *super quibus militantis ostium Ecclesiæ voluendum, ac regendum est. Cogitate animo, quos viros, quæ ingenia, quam integritatē hæc Dignitas requirat; humilitatem, non superbiam; liberalitatem, non auaritiam; abstinentiam, non ebrietatem; continentiam, non libidinem; scientiam, non ignorantiam; virtutes omnes, nullum vitium hic honor exposcit. Si fuistis hactenus vigilantes, nunc vigiletis oportet aduersus malignum hostem, qui nunquam dormit, cogitans quem deuoret. Si liberales fuistis, nunc opes in rebus honestis profundite, & maximè in alendis pauperibus Christi. Si cibi, potusquè abstinentes, nunc præcipuè luxuriam fugite, absit auaritia, facessat crudelitas, exulet arrogantia. Sint libri sacri semper in manibus vestris, dies, noctesquè aut* C *discite aliquid, aut alios docete. Opera perficite, per quæ lux vestra coram hominibus luceat. Et denique tales estote, quales esse debere Cardinales diiudicastis, antequam hoc culmen ascenderetis &c* Hæc à Pio II. prolata fuisse legimus, *a* & referuntur etiam ab auctore Cæremonialis Romani. *b* His dictis, Diaconi Cardinales, qui Candidatos duxerunt, eodem ordine, quo venerant antea, eosdem ad Pontificem ducunt, antiquiot procedit, & nouos gestus, nouaquè exhibet obsequia; pedem, deinde manum Pontificis osculantur; Pōtifex verò eos alleuans ad oris osculum recipit; inde à Diaconis ad alios antiquiores Cardinales deducuntur, quibus stantibus, à primo ad vltimum pacis osculo excepti sunt; exosculatis omnibus, Cæremoniarum Magister ad subsellia, iuxta cuiusque illorum ordinem, & nominationem locando, perducit: his cœremonijs moram facientibus, aliqua breuis causa ab Aduocatis Consistorialibus referri solet, præcipuè vbi Cardinales omnes, Cantoribus cantantibus *Te Deum lau-* D *damus &c.* Episcopi primùm, deinde Presbyteri, mox Diaconi, noui autem medij inter vltimos, relictis Diaconis duobus senioribus apud Pontificem, ad proximum Sacellum vadunt, ibiquè versiculos, & orationes pro facti contingentia recitando, vt in Cæremoniali Romano *c* videre est, morantur; quibus peractis, reuertuntur ad Sanctissimum Cardinales, ordine, quo discesserant, seruato; stantibus verò antiquioribus in circulo ante Pontificem, prior ex Candidatis nominatus genuflectit, cui Pontifex galerum rubrum super caput imponens, talia proferre solet. *Ad laudem Omnipotentis* Dei, *& S. Sedis Apostolicæ ornamentum, accipe galerum rubrum, insigne singulare Dignitatis* Cardinalatus, *per quod designatur, quòd vsque ad mortem, & sanguinis effusionem inclusiuè pro exaltatione Sanctæ Fidei, pace, & quiete populi Christiani, augumento, & statu Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ te intrepidum exhibere debeas, In Nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus Sancti. † Amen.* E

a in comment. Pij II. lib 4. circa fin. pag. apud me 99.

b lib. 1. sect. 8. cap. 6.

c lib. 1. sect. 8. cap. 7.

Hæc, si noui Cardinales fuerint in Romana Curia; si verò sacra Purpura in absentes conferatur, tunc per vnum ex Summi Pontificis familiaribus biretum rubrum mittitur: vbi verò ad Vrbem pro receptione galeri per Tusciam, aut viam Flaminiam venerit, in Cœnobio S Mariæ de Populo nuncupato, siue in Laterano Palatio, si per Appiam, aut Latinam viam iter fecerit, licèt per aliquot ante dies Vrbem ingressus, tamen non secus ac si eo die aduentasset, Cardinalatus ornamentis, galero tantùm excepto, indutus, moratur, quousque à Cardinalibus in Vrbe existentibus, phaleratas mulas equitando, argenteis clauis, & hippoperis cum gentilitijs stegmatibus

ab

ab acupictoribus auro,& argento redimitis per duos ex familiaribus equo insidentes præmissis, magno etiam procerum, ac nobilium virorum comitatu,militum quoque vtriusque custodiæ Pontificis cohorte præcedentibus, ad Apostolicum Palatium, nouus ipse Cardinalis solemni pompa, & equitatu perducatur, vt latè prosequitur
A auctor Cæremonialis. *a* Quò tandem peruentus, eodemquè modo, quo supra retulimus, in publicum Consistorium à Summo Pontifice exceptus, & rubro galero decoratus, conuiuio tandem ab Eminentiss. Cardinali ipsius Pontificis sanguine coniuncto, & in Palatio commorante excipitur; à prandio surgens carpento vectus, ad ædes mulierum agnatione, vel consanguinitate Pontifici coniunctarum, visitationis gratia, solet accedere, postmodum sacri Collegij Decanum, exinde alios omnes Cardinales visitat; qua visitatione expleta, eosdem parem gratiam referentes in proprijs ædibus recipit. Modus verò in huiusmodi visitationibus seruandus adeo notus est, vt in eo exponendo vlterius immorari superuacaneum duxerim; si quis autem Romanæ Curiæ nondum tyrocinium compleuerit, & hæc cognoscere cupiat, Cæremoniale Romanum *b* legat: nos ad alia transeamus.

a lib. 1. sect. 8. cap. 21.

b lib. 1. sect. 8. cap. 9.

B Post receptionem pilei clauditur, & aperitur os nouis Cardinalibus: oris conclusio fieri solet à Summo Pontifice in primo Consistorio post publicum, in quo galerus rubeus assignatus fuit, inhibetquè nouis Cardinalibus, ne quid loqui præsumant in Consistorijs, aut Concilijs, quousque de consilio fratrum duxerit eis aperire os. In secundo verò, aut tertio Consistorio, postquam omnes tam antiqui, quàm nouiconsederint Cardinales, Pontifex iubet exire nouos, qui exeuntes extra Consistorium in loco condecenti expectant, quousque idem Pontifex antiquis Cardinalibus proponat, an illis videatur os nouum aperiendum esse, quibus sigillatim consentientibus, reuocantur noui, suisquè in locis sedent; assurgunt autem, vbi Pontifex illos verbis paterna charitate plenis alloquitur; oratione peracta, ad aperitionem oris accedens, talia, vel his similia verba profert. *Aperimus vobis os tam in collationibus,*
C *quàm in consilijs, atque in electione Summi Pontificis, & in omnibus actibus tam in Consistorio, quàm extra, qui ad Cardinales spectant, & quos soliti sunt exercere, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus Sancti. † Amen.*

Sequuta oris aperitione, Titulorum assignatio, annulorumquè traditio fieri solet in hæc verba. *Ad honorem Dei Omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & S.N committimus tibi Ecclesiam S. N. cum Clero, & populo, & Capellis suis, secundùm formam, qua committi consueuit Cardinalibus, qui eandem Ecclesiam in Titulum habuerunt.* Et est notandum, nouis Cardinalibus, quamuis antea Prælatis, non esse permissum portare annulos, antequam illos à Summo Pontifice recipiant in digito annulari dextræ manus: receptis verò annulis, & Titulis, pedem Pontificis, & manum osculantur, à quo ad oris osculum eleuantur.

D Hæc autem omnia, quæ de aperitione oris, annulorum traditione, Titulorumquè assignatione diximus, extra Consistorium ordinarium, nempe in Circulis, & Congregationibus, si quando Cardinales pro aliqua causa vocentur, expediri possunt: modus tamen supra relatus semper seruandus erit.

Nec omittendum erit, in receptione Cardinalium seruari consueuisse, vt posterior receptus, si maior sit ordine, præferatur alijs ordinem illum non habentibus, exempli gratia recipitur Cardinalis Presb. hic Diacono antea recepto præfertur; quod nedum stilus hodiernus obseruat, sed auctoritate Sac. Rotæ Rom. apud Verall. *c* cōfirmatur.

Verùm stilus hic licèt in receptione seruetur, haud tamen in optione locum habet, siquidem si quarta vacatio sex Ecclesiarum Episcopalium contingat, exuluso ea tantùm vice antiquiori Presbytero, prior Diaconorum Cardinalium, qui præsens in Vrbe fuerit, & in ætate legitima constitutus, vel illo nolente, aut legitimè impedito,
E sequens Diaconus ijsdem qualitatibus insignitus ad eam promouetur: ita Sixti V. Sanctione *d* cautum habes. Et ita deinceps in huiusmodi vacationibus sex Ecclesiarum prædictarum perpetuò seruandum, vt post tres Presbyterorum ad Ecclesias prędictas promotiones, quarta occurrente, prior Diaconorum, aut sequens in Episcopum præficiatur, idem Pontifex mandauit. Et nos vidimus ab Alexandro Cardinali Montalto nuncupato, & Emanuele Card. Pio seruatum, qui ex Diaconorum Ordine ad Episcopalem Dignitatem elati fuerunt.

c decis. 357. sub 1. in verb. preeminentia, nu. 3. par. 4.

d in const. 50. §. vt verò, Bullar. nou. tom. 2. pag. 561.

Sciendum tamen est, hoc non esse permissum omnibus Cardinalibus Diaconis, quamuis primi, vel sequentes sint, sed illis tantùm, qui per integros annos saltem decem, & non pauciores, in suo Diaconatus ordine permanserint, & in illius ministerio

perseuerauerint. Nec integer decimus quartus Diaconorum Cardinalium numerus requiritur; sat enim erit, si decem ad minus Diaconi in Sacro Collegio remaneant, vt eidem Sixto placuit. *a* Præterea Diaconus Cardinalis, antedictis qualitatibus prædıtus, si ad Presbyteratus ordinem promoueatur, ante illos omnes Cardinales Presbyteros, qui post illum ad sacram Purpuram promoti fuerant, locum obtinet, ita Clemente VIII. mandante. *b* A

Qui quidem optandi modus cum in sacro Cardinalium Collegio tantùm seruetur, & contra aliarum optionum regulas sit, Ioannes Petrus Moneta *c* aliquam huius stili rationem afferre nititur, dum ait. *Cum in hoc sacro Collegio ius optionis, & præcedentia non detur ratione alicuius seruitij, in aliquo ordine ecclesiastico præstiti, sed generalis obsequij, quod Romanæ, & vniuersali Ecclesiæ, cuius sunt Cardines, diutiue in huiusmodi Dignitate præstant, propterea inter eos attenditur simplicitèr antiquitas promotionis*. Et adducit simile in optionibus domorum, quæ fiunt inter Canonicos, in quibus non attenditur distinctio ordinum Subdiaconorum, Diaconorum, seu Presbyterorum, sed simplicitèr qui antiquior est inter Canonicos, licèt Subdiaconus sit, in optione domus vacantis, quæ non sit annexa præbendæ, præfertut iuniori Diacono, vel Sacerdoti, eodem Moneta *d* teste. B

Vlterius in optione Cardinalium, præter antiquiorem promotionem, vt sint in Curia præsentes, requiritur, aliàs non datur optio ex Pauli IV. Sanctione. *e*

Quo verò tempore inter S.R.E. Cardinales optio habuerit exordium non, dum certas scribentium opiniones inueni. In Concilio Pisano, Alexandro V. sedente, anno à partu Virginis 1410. sancitam fuisse affirmat Mosconius, *f* sequutus Panuinum, *g* qui ita scriptum reliquit. *Apud veteres per mille, & ducentos continuos annos consuetudo in Romana Ecclesia vsurpata fuit, vt neque Diaconi Diaconias semel acceptas, neque Presbyteri Titulos, neque Episcopi Cardinales Episcopatus suos mutarent, qua ratione fiebat, vt Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Cardinales Diaconias, Titulos, & Episcopatus suos magis colerent, & exornarent, restituerent, & augerent, quos dum viuerent, essent retenturi. Nunc Cardinales optionis lege multos Titulos, & Diaconias obtinere possunt, cuius rei initium ortum est tempore Alexandri V. in Concilio Pisano anno Dom MCCCCX. in quo cum ob schisma contigisset Sacerdotia Cardinalitia duos ad minus habere Cardinales, vnum vnius obedientiæ Auenionensis, alterum alterius Romanæ, sublato schismate, vnitisquè vtriusque Collegij Cardinalibus, & nouo Pontifice creato, has mutationes fieri tum necesse fuit, vt vnus ex duobus, qui in schismate Episcopatum Tusculanum obtinebat, eo alteri dimisso, Sabinum tunc vacantem optaret; ita in Titulis, & Diaconijs factum est; quæ res quamquàm necessaria tunc esset, in exemplum tamen tracta postea frequentari cœpta est; atque hac ratione factum videmus, vt aliquando Cardinalis Diaconus initio creatus tres, & quatuor Diaconias, post Presbyter factus, totidem Titulos, demum Episcopatus omnes cooptauerit.* Hæc Panuinus loco citato. Quod à Card. Io. Bapt. Deto factum fuisse vidimus, qui cum xv. Kal. Ianuarij an. 1596. inter Diaconos Card. à Clemente VIII. relatus esset, anno 1631 sacri Collegij Decanus, & Episcopus Ostiensis hominem exuit: alia antiquiora refert exempla Flaminius Platta, *h* qui Panuino assentitur quoad originem optionis, in d. scilicet Concilio Pisano, & primum fuisse tradit Iordanum Vrsinum sub eodem Alexandro V. qui Sancto Martino in Montibus relicto, Sanctum Laurentium in Damaso tunc vacantem optauit; idemquè postea Eugenius IV. cum esset Episcopus Albanus, Sabinum obtinut; eiusquè exemplo Antonius Corarius dimisso Portuensi, Ostiensem, quia opulentior erat, consequutus est; sed rarius adhuc, & parcius vsque ad Sixtum Quartum, qui non solum huiusmodi mutationes crebetrimè vsurpauit, sed etiam, quod nunqnam antea factum fuerat, Diaconias Presbyteris, Titulos Diaconis assignare non dubitauit. Verùm hoc, quodcumque erat, totum arbitrio Pontificis gerebatur. Ita Sanctus Bonauentura à Gregorio Decimo Cardinalis, & Episcopus Albanensis creatur; Pius Secundus Ioannem Carauagial Cardinalem Sancti Angeli, qui bis contra Turcas maximo labore, ac vitæ discrimine de latere Legatus fuerat, ex Diacono Episcopum Portuensem dixit, & Sixtus Quartus Rodericum Boriam Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalem, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, Episcopum primò Albanensem, deinde Portuensem ordinauit, vt auctor Cæremon. Romani *i* testatum habet: Clemens VII. Marcum Cornelium Archipresbyterum fecit: Demum Paulus Quartus Franciscum Pisanum

ad

a in declaratione d. Constit. 50. §. 26 pag. 364.
b in Constit. 58. bullar. nou. tom. 3 pag. 65.
c tract. de option. cap. 7. num. 36.
d loco cit. n. 37.
e Const. 5. bull. nou. tom. 2. pag. 7. 22.
f de maiest. milit. Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 6.
g de septem Vrbis Eccles. cap. 3. ad fin.
h tract. de Card. Dignit. & off. cap. 2.
i lib. 1. sect. 8. cap. 17.

C D E

ad Albanensem Episcopatum euexit, Platta sic attestante loco proximè citato, qui addit, quia vterque illorum Pontificum ab his Cardinalibus, vt Archidiaconis fuerat coronatus.

Verùm quod supra diximus de optionis origine, Flauius Cherubinus *a* sequutus A Marsilium, *b* à Panuino, & Platta dissentit, ac tempore Martini V. introductam fuisse optionis legem inter Cardinales affirmat; eò quia ipse Marsilius satis verisimilem causam afferat, ob quam optio huiusmodi tunc fuisset introducta. At de optione iam satis.

Cum autem aliquando eueniat, vt propter eminentiam, & sublimitatem viri ad sacram Purpuram promoti, puta si fuerit filius, aut frater Imperatoris, aut Regis, nedum biretum, sed etiam galerus speciali forma per Nuncium mittatur, prout à Paulo V. factum fuisse scimus post cooptatum in sacrum Collegium Ferdinandum Austriacum Regis Catholici Philippi III. filium, Hispaniæ Infantem, cui statim Diaconiam S. Mariæ in Porticu attribuit, annulumquè, & pileum (amplissimæ Cardinalitiæ Dignitatis Insignia) mittendum decreuit; & san. me. Vrbanus VIII. eodem ductus exemplo, B Ioanni Alberto Poloniæ Regis fratri post sacram delatam Purpuram Diaconiæ S. Mariæ in Aquiro, à Card. Antonio Barberino dimissæ, vt aliam S. Agathæ, per assumptionem ad S. Laurentij in Damaso Vicecancellariæ perpetuò vnitam Cardinalis Francisci Barberini Vicecancellarij vacantem optasset, curam commisit, & annulum, pileumquè speciali Nuncio in Poloniam misit; quod cum paucissimis à Pontificibus factum leges, id insignis familiæ claritudo, & merita postulasse videntur: si quæ seruanda erunt, dum ita galerus extra Vrbem mittitur, cognoscere cupis, auctorem sacrarum Cæremoniarum *c* consule.

a in compend. ad bull. 55. Sixti V. schol. 2.
b de Eccles. redditi par. 1 cap. 17.
c lib. 1. sect. 8. cap. 16.

CAPVT XI.

C

De Cardinalium Habitu, & Ornamentis.

QVoniam Eminentissimorum Cardinalium creatio, & receptio, præter alia, sit (vt diximus) per traditionem bireti, & impositionem purpurei galeri, quæ cæteris Cardinalitijs ornamentis correspondere debent, vt habitus, qui maiestatem continet, Regemquè demonstrat, honestatem, ac reuerentiam præferat, statuique, ordini, & officio correspondeat, vt Mastrillus obseruat. *d* De ornamentis igitur, & habitu eorundem Cardinalium nunc dicere incipiam.

Vt autem insistamus ordini: In principio nascentis Ecclesiæ, & per quamplures D etiam subsequutos annos nullam ad fuisse inter Cardinales, aliosuè Clericos habitus, vel indumentorum distinctionem, sentit glos. *e* quam refert, aliosquè citat Ambrosinus, *f* sed vt cuiusquè libitum, & possibilitas obtinebat (in nihilo tamen honestate clericali posthabita) togam, seu aliud vestimenti genus induisse existimandum, vt indicat glos. *g* licèt loquatur in Monachis. Menochius *h* tamen fusius de habitu Clericorum scribit, videndus; & Ambrosinus. *i* Vbi autem magnus Imperator Constantinus *k* Reuerendiss. Clericis in diuersis Ordinibus S. R. E. seruientibus illud culmen singularitate, potentia, & præcellentia habere sanciuit, cuius amplissimus Senatus gloria adornatur, idest Patritij, & Consules efficiuntur, vt amplissimè Pontificale decus præfulgeat, Clericorum eiusdem R. E. manipulis (seu vt Tholosano *l* placet, mapulis) & linteaminibus, idest candidissimo colore decorari equos; ita & equitare decreuit; tunc, ni fallor, Cardinalium (quibus hæc priuilegia ab Imperatore concessa E multi quidem affirmant) ab aliorum Clericorum habitu, & ornamentis differre cœpit.

Quod D. Gregorij *m* auctoritate roboratur, dum Ioanni Rauennati Episcopo ita scribit. *Illud autem, quod pro vtendis à Clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est Clericis fortitèr obuiatum, dicentibus, nulli hoc vnquam alicui Ecclesiæ concessum fuisse, nec Rauennates Clericos illic, vel in Romana Ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse, nec si tentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari; sed etiamsi in qualibet Ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola surreptione præsumitur.* Hæc

d tract. de Magistrat. lib. 5. cap. 2 nu. 10. & seq.
e in c. 1 de vit. & honest. cleric.
f de immunit. Eccles. cap. 23. n. 8.
g in Clem. 1. in verb. vel habitus de elect.
h tract. de arbitr. cas. 392. per tot.
i de immunit. Eccles. cap. 23. nu 10. & seq.
k c. Constantinus dist. 96.
l partit. iur. can lib. 4. tit. 8. cap. 2. sub litera R.
m lib 2 Epist. 54 & in dist 93. c. 23 à Gratia. relat.

Beatus Gregorius. Quibus ex verbis satit apertè patet differentia ornamentorum inter Clerum Romanum, & alios. Et quàmuis hic de mapula, seu mappa tantùm loquatur, quæ, vt notat glos. *a* est linteus, quo cooperitur equus Cardinalis; & illius ethimologiam explicat Tholosanus loco proximè citato. Tamen quia Constantinus Senatoribus, & Consulibus æquales esse Cardinales sanciuit, certum autem sit, Senatores, & Consules purpureis vestimentis vsos fuisse, Petro Rebuffo *b* teste, dum ait, apud Romanos Purpuram fuisse in duplici differentia, quædam erat, quæ murice tincta erat, & hæc Patricijs in vsu erat, maximequè Patricium ordinem à plebe diuidebat, Tribuno enim plebis, vel plebeio homini purpuram induere nulli fas erat, nisi adulterinam, non murice conchilio, & cocco, sed herbarum succis infectam; Cardinalibus quoque, vti Patricijs, & S. R. E. Consulibus purpuram murice tinctam ab ipso Constantino concessam dicendum erit; quàmuis tunc temporis in vsum deductam fuisse non ausim affirmare. A

Præsertim quia ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi in Vigilia Natiuitatis Dominicæ anno 1244. contra Federicum II Imperatorem celebrato, Cardinalibus XII. creatis galerus rubeus, vt cognoscerent pro defensione Christianæ Legis spontè sibi mortem subeundam fore, concessus fuit, Cassaneo, *c* alijsquè multis id attestantibus; & ex hac purpurei galeri concessione purpuram Cardinalibus in quotidiano vsu permissam Tholosanus *d* affirmat. Quàmuis post annum quinquagesimum, plusue minus, à Bonifacio quippe VIII. qui salutis nostræ anno 1249. Summus Pontifex renunciatus fuit, purpurei coloris vestimenta Cardinalibus concessa scripserit Ciacconius *e* in hæc verba. *Cardinalatus Dignitatem admodum auxit, grauissimas pœnas ijs irrogans, qui Cardinalem re, aut verbo, aut opere læsissent. Quibus & purpurei coloris vestimenta dedit &c.* B

Et post Bonifacij tempora Franciscus Petrarcha, qui anno Virginei partus 1374. die 18. Iulij diem clausit extremum, de Cardinalium purpura loquutus est, *f* Philippo Episcopo Sabinensi ita scribens. *Qui* (de Cardinalibus quibusdam illius temporis loquitur) *exiguo rubenti panno mortalitatis obliuione capiuntur, non mortales tantummodò illi quidem, sed quodammodò moribundi; non solum hoc panniculo non superbis, sed nec qualibet purpuram, aut corona &c.* C

Quibus ex verbis in dubium reuocare cogor quæ scribit Mandosius, *g* ante Paulum II. qui Beati Petri locum habuit anno 1464 veste talari manicata violacea antea Cardinales vsos fuisse, & ab hoc Pontifice rubrum birerum, ac nonnulla alia purpurea ornamenta, nec non equitare mulas phaleratas, & clauam argenteam ante se deferre Cardinalibus concessum fuisse: quia rerum à Mandosio narratarum partem non modicam Cardinales prius habebant. Verùm Mandosio fauent Platina, *h* & Panuinus, *i* & alijq; à Platta *k* relati.

Sed quicquid sit de origine, certum est hodie S R.E. Cardinales, qui Regibus æquiparantur, Regia quoque purpura ad quotidianum vsum, vnde & purpurati Patres appellati sunt, iure quidem merito decorari. Et omissa ethnicorum, prophanorumquè auctorum vlteriori de purpura indagatione, eum Sacrosanctus hic Cardinalium Ordo, & Magistratus magis ad sacros, quàm prophanos ritus sit referendus, dicamus primò purpurea Cardinalium S.R.E vestimenta designare mysterium Saluatoris nostri, qui etiam à iudæis purpura indutus, ab eisdem postea præter eorum intentionem Rex appellatus fuit, vt sacra testatur Pagina. Hinc Hostiensis *l* desumpsisse videtur, Cardinales debere esse rubicundiores ebore antiquo, quoad charitatem, & Passionis Christi memoriam; eosdemquè vitam exponere pro Christiani sanguinis augenda posteritate, arctari; hoc enim denotat purpureus, sanguineusq; color. Et D. Antoninus *m* sic testatum habet. *Meritò purpura bis quasi Regibus data, cuius color in galero eximiæ charitatis est simbolum, cuius igne ita ardere debent, vt semper pro defensione, & bono Ecclesiæ sanguinem fundere sint parati.* D E

Iure igitur merito purpurea Cardinales induunt vestimenta, non ad corporis pompam, aut superbiæ causa, sed vt ostendant, se præ cæteris excellere, & ad extollendam Romanæ Ecclesiæ gloriam paratos esse, nec non vt internæ eorum Dignitati hæc etiam externa species respondeat.

Sed videamus, quænam sint Cardinalium propria vestimenta. Et primo loco se offert Toga talaris oblonga, caudata, manicata, lanea maximi precij, quandoque etiam serica; huiusmodi enim vestes longæ, quæ totũ contegunt corpus, candorem, & puritatem totius vitæ indicant, Platta *n* sic affirmante. Supra togam superpelliceum

a in c. nonnulli, §. compagis, dist. 93.

b tract. de pannis aureis, in princ.

c in cathal. glor. mund. par. 1. conclus. 4. vers. Innocen. IV.

d loco cit. sub litera L. vers. cæterùm color.

e in vita Bonifacij VIII. pag. 806. tom. 1.

f lib. 15. Epist. famil. Epist. 4.

g in glos. facult. Regen. §. considerantes, verb. Cardinales, vers. Paulus deinde.

h in vita Pauli II.

i in addit. ad Plat. in vita Innoc. IV.

k de Cardin. dignit. & off. cap. 3. ad fin.

l in summa de pœniten. § cui cõfitendum, vers. cui Cardinales.

m in 3. par. sum. tit. 21. cap. 1. §. 2.

n de Cardinal. dignit. cap. 3. ad fin.

liceum induunt; denotat autem superpelliceum (Rocchettum vocant) cum sit candidissimum, vitæ puritatem, & innocentiam: Quare admonet Hostiensis loco supra citato, debere esse Cardinales quoad mores, & vitæ munditiem candidiores niue, imò etiam Sanctos: nam quæ in Apocalypsi legimus. *a* *Datum est illis, vt cooperiant se Bissino splendenti, & candido*, ad Cardinales referenda putat; iustificationes namque iustorum Bissinum designat, vt Laudensis obseruat. *b* Superpelliceo additur Epithogium ad poplitem vsque dimissum (mantellettum appellant) huic imponitur palliolum quoddam breuissimum, medietatem brachiorum operiens, habetque capitis opertorium annexum (mozzetta vulgò dicitur) ambo ex hircorum, & caprarum pilis (vndulata vestis symballottum vulgò dicitur, qua in re vide Catell. Cott. *c*) seu lana maximi precij contexta: hæc autem, vbi primùm ad Apostolicum Palatium deuenitur Cardinales, deponunt, vt priuatos omnes affectus, & veterem sibi hominem expoliandum esse cognoscant, Paleotto *d* teste. Amictum deinde induunt insigniorem (Cappa lata, seu Pontificalis dicitur) hæc licèt longissima sit, quandoque purpurea, interdum etiam violacea, tamen humeris imposita, pellibus candidissimis in hyeme, æstate verò mollisere (ormesinum nos Itali dicimus) intus exornata; vno tantùm foramine, quo caput exeritur, circa collum crispata, sub ala sinistri brachij recollecta defertur; tunc potissimùm soluitur, quando Summo Pontifici in Apostolica Sede locato obedientiam Cardinales profitentur, & in subsellijs coram eodem Pontifice sedent: eoquè tempore memores potissimùm esse debent plurimùm oneris illis accedere, ad publicam voluntatem, publicam scientiam, publicam omnino personam induere, Senatumque repræsentare Thebanum, quem Alciatus ita describit. *e*

a cap. 19.

b tract. de Card. lib. 2. concl. 30.

c in memoral. in verb. vndones.

d de sacri Consist. consult. in tib. cons. operis memb. 5 pa. 371. ad fin.

e in emblemat. 59. lib. 1.

A B C (margin letters)

Effigies manibus truncæ ante altaria diuum
Hic resident, quarum lumine capta prior.
Signa potestatis summæ, sanctique Senatus
Thebanis fuerant ista reperta viris.
Cur resident? quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec variare leui.
Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se
Pollicitis flecti, muneribusuè sinant.
Cæcus at est princeps, quòd solis auribus absque
Affectu constans iussa Senatus agit.

Nec dedignatus est Paleottus *f* hunc Alciati locum strictiori sermone referre. De galero, biretoquè rubeo dictum est supra, neque bis idem repetendum puto. Habent præterea gemmas annulis alligatas, easque à Summo Pontifice solemni pompa, vt diximus, recipiunt, ac triplicem designare causam affirmat Manfredus *g* videndus.

f loco proximè cit. pag. 272 sub litera A.

g de Cardinal. cap 5. vers. gemmas autem.

D Illud autem non erit omittendum, si ad Cardinalatus Dignitatem assumantur viri ex aliqua Monastica, seu Regulari disciplina, licèt eiusdem formæ deferant indumenta, & ornamenta, color tamen Religionis, à qua fuerint assumpti, non mutatur, nec superpelliceum deferunt, nisi sint Canonici Regulares, qui etiam illud in Religione deferunt.

Nec etiam in istis locum habuit concessio bireti rubri, à Paulo II. vt diximus, facta, in cuius vita hæc habes. *Præterea publico decreto mandauit proposita pœna, ne quisquam biretam coccineam (ita appellant capitis tegmen) prçter Cardinales ferret, quibus etiam primo Pontificatus sui anno pannum eiusdem coloris dono dedit, quo equos, & mulas sternerent, dum equitarent. Ita* Ciaccon. *h* quem vide. Sed elapsis iam annis 127. Gregorio XIV. sedente permissum est, cum antea nigrum deferrent. Gregorius namquè prçdictus die Dominico 9. Iunij festo SS Trinitatis in ædibus Hortorum Quirinalium, antequam ad SS. Apostolorum proximam Basilicam descenderet, vt ibi Pontificio more Sacra persolueret, in executionem Sanctionis in Consistorio secreto apud S. Petrum die 26. Aprilis 1591. factç, Fratri Michaeli Alexandrino, & Fratri Hieronymo Asculano ex Ordine Prçdicatorum, Fratri Constantino Sarnano ex Ordine Minorum Conuentualium, & Fratri Gregorio Montelparo nuncupato ex Ordine S. Augustini rubra bireta perpetuò deferenda more aliorum Cardinalium concessit, habitu tamen in cçteris nihil immutato. *i*

h col. 1237. & 1249. tom. 2.

E (margin letter)

i Gregor. XIV. constit. 9 Bullar. nou. tom. 2. pag. 696

Verùm etiam Monachi, vel Religiosi, dum altra mare tanquam de latere Legati versantur, Religionis habitum mutant, & purpureo vtuntur pallio, Manfredo teste. *k*

k de Cardinal. cap. 5 vers. in pallijs etiam.

Et

Et Pelagium Caluani, ab Innocentio III. die 8. Decembris 1206 inter S. R. E. Cardinales relatum, qui postea ab Honorio III eiusdem Innocentij in Pontificatu Successore, in insigni illa expeditione, qua Damiata capta est, Legatus factus toti illi bello, & Christianorum demum excidio interfuit, vestes, talaria, sagum, frænaq; purpurea gestasse, qui Ciaccono in vita Innocentij IV. addunt in verb. ordini proprium insigue &c. scripserunt. A *a* Et hinc nonnulli Canonum periti colligunt, pôderando etiam verba Innocentij III. *b* in Concilio Generali Lateranensi, dum Patriarchalium Sedium priuilegia innouans, hæc Inter cætera recenset. *Dominica Crucis Vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in Vrbe Romana, & vbicumque Summus Pontifex præsens extiterit, aut eius Legatus vtens insignijs Apostolicæ Dignitatis &c.* ponderando, inquam, hæc vltima verba, colligunt, Apostolicæ Sedis Legatos mare transgressos purpuram gestasse, antequam illius vsus Romæ Cardinalibus ab Innocentio IV. vt diximus, concederetur; quia Apostolicæ Dignitatis insignia, quibus Legati de latere sub Innocentio III. vtebantur, Chlamis purpurea, & coccinea Tunica erat, ex magni Constantini Imperatoris concessione. *c* Et Lancellottus Corradus *d* declarando, quæ sint insignia Apostolicæ Sedis, seu Dignitatis ait. *Puta equo albo, vestimentis rubeis, fræno, & calcaribus deauratis, & similibus vti.* Quibus omnibus B (equo albo excepto) Cardinales hodie in Romana Curia, dum equitant mulas, vtuntur, præmittentes etiam apparitores cum argenteis clauis, & bulgis ab acupictoribus gentilitijs insignibus auro, & argento redimitis, nec non famulos duos pedissequos (parafrænarios vocant) baculis duobus innixos, qui quidem duo baculi virtutes duas eximias, iustitiam scilicet, & mansuetudinem ostendunt, vt parcere subiectis, & debellare superbos agnoscant, Cassaneo *e* teste.

Denique purpura, sacer pileus, galerus, totusquè Cardinalitius amictus, & ornatus nihil aliud est, quàm assiduus muneris illius, rerumquè gerendarum monitor, & interpellator; quemadmodum enim Deus, cum mandata populo dedisset, voluit prætetea varijs signis in ipsis vestimentorum fimbrijs ea repartiri, ne mandatorum obliuionis excusatio vlla relinqueretur, dicens Moysi. *f* *Loquere filijs Israel, & dices* C *ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini.* Sic Cardinalitius habitus sanguineum referens colorem, omniaquè eius insignia, nihil aliud, quàm veluti simbola quædam, debitam ab eo fidem, religionem, iustitiam, publicæq; rei zelum vsque ad ipsam sanguinis effusionem commemorant, Paleotto *g* (qui huius sacrosancti Collegij summa virtute, ac eruditione Alumnus Eminentissimus fuit) sic affirmante.

Possent etiam hic annecti alia indumenta Episcopalia, & Sacerdotalia, quibus Cardinales, dum Summo Pontifici solemni ritu celebranti, alijsq; solemnitatibus assistunt, vti solent; nempe Tiara, siue Mitra, à qua duæ fimbriæ super humeros pendent; Amictus albus ad collum circum actus, & super humeros, pectusquè diffusus; D Alba, seu Camisia corporis membra aptè operiens, Zona, seu cingulo circa lumbos præcincta; Crux pectoralis aurea Sanctorum Reliquijs referta à collo cathenulis alligata defluens; Stola, siue orario ab humeris per anteriora descendens, destrum, sinistrumq; latus adornans; Tunica, quæ & subtile dicitur, bissina, aut iacinthina. Dalmatica, quæ duas habet cordulas sericeas hinc inde, anteriori scilicet, & posteriori parte dimissas. Et hæc Cardinalibus Diaconis permissa. Presbyteris verò Casula, seu Planeta his omnibus imponitur. Verùm Episcopi Cardinales Birro, & Lacerna (Pluuiale vulgò dicitur) vtuntur. Quarum rerum, & verborum interpretationes afferunt Durandus, *h* Cassaneus, *i* & Bulengerius. *k* Episcoporum verò Decanus, qui Ostiensis Episcopus est, præter alios Pallium habet, ex antiquissima S. Marci Pontificis (anno Incarnationis Dominicæ 336.) concessione, Platina sic scribente. E *l* Verùm latius hanc rem prosequitur Baronius *m* Contextum est autem Pallium lana candida, habens desuper circulum humeros contegentem, & duas lineas, ex vtraque parte videlicet ante, & retro pendentes; à sinistris est duplex, & à dextris simplex quatuor purpureis Crucibus decoratum; & tribus acubus figitur: quorum nullum vacat à mysterio, vt post alios multos scribunt Dutand. *n* & Cassaneus. *o* Verùm S. Antoninus *p* ita Pallium describit; *Ornamentum quoddam ad modum Stolæ Sacerdotalis cum quibusdam Crucibus nigris contextis, quod defertur super alia ornamenta, circumdans pectus, & humeros ad modum coronæ ante dependens;* & ibi ponit dies, quibus vtendum est Pallio. Differt autem hæc descriptio quoad

Cruces,

a to.1. pag. 704.
b in c. antiqua, 23. de priuileg.
c c. Cōstantinus, dist. 96.
d in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 26.
e in cathal. glor. Mund. par. 1. conclus. 6. vers. & vt ibi dicit.
f Numer. cap. 15
g de sacr. Consist. consult. in conclus. oper. memb. 3. pag. 344
h in ration. diuin officior. lib. 3. cap. 1. & seqq.
i in catal. glor. Mund. par. 1. cōclus. 3.
k de veste Pont. Epis. & Sacerd. lib. 1 per plura capita.
l in vita S. Marci Pontificis.
m in annal tom. 3. anno 336. pag. apud me 426.
n de ration Diuin. offic. lib. 3. cap. 17.
o in catal. glor. Mund. par. 4. cōsider. 26.
p in sum. par. 3. tit. 20. c. 4. §. 2.

Cruces, quia hic nigras, ille verò purpureas dixit. Sed Isidorus Pelusiota relatus à Baronio *a* huius Amictus mysterium his verbis expressit. *Id autem Amiculum, quod Sacerdos humeris gestat, atque ex lana, non ex lino contextum est, ouis illius, quam Dominus aberrantem quæsiuit, inuentamque humeris suis sustulit, pellem designat: Episcopus enim, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius, ac magni Pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit.* Hæc Isidorus. Sed alia multa cognoscenda sunt ex Durando: *b* nobis hæc retulisse satis.

A

Alia quædam indumenta, seu magis ornamenta Cardinalibus à Paulo II. concessa refert Card. Papiensis, *c* subsellia scilicet altiora tum ad Senatus, tum ad rerum sacrarum consessum; sericeas damasceni operis mitras: indulsit, vt Cardinalibus, qui quatuor aureorum nummum millia singulis annis ex Sacerdotijs non perciperent, centum singulis mensibus darentur; quod in præsentem vsque diem seruatur, & vulgò *il piatto di Cardinal pouero* appellatur. Verùm si alia ex parte Cardinalis ex redditibus Cameræ Apostolicæ centum recipiat, puta si Præfecturas vtriusque Signaturæ,

B

sigillum alicuius Congregationis, vel quid simile consequatur (quibus quidem officijs talis redditus aureorum centum in mense constitutus est) tunc ne duplici onere ipsa Camera grauetur, Pauli II. assignatio cessat.

a annal. tom. 2. sub anno 316. pag. 308.

b In rational. Diuin. officior lib. 3. cap. 17.

c lib. 2. Comment.

CAPVT XII.

De Officio S. R. E. Cardinalium.

EXornauimus iam Cardinalis personam in ijs, quæ foris sunt, vt lucidissimus hic S.R.E. radius coram hominibus luceat; originis quippe, nominis, numeri, ordinis, dignitatis, electionis, receptionis, optionis, habitus denique, & ornamentorum qua potuimus breuitate, & certitudine narrationem prosequendo: nunc igitur ad interna, animi scilicet, mentisq; virtutes, quibus Cardinalis officium, & munus rectè peragatur, deueniendum putaui: hoc autem plures inspectiones habere demonstrat Platt. *d* nempe rationc ordinis, circa Pontificis electionem, eidemque Pontifici in administratione vniuersalis Ecclesiæ assistere.

C

Quod attinet ad Ordinis rationem, licèt etiam ex iam dictis colligi possit, tamen quæ in Concilio Lateranensi *e* Leone X. sedente sancita fuerunt, referre non piget. Cum S.R.E. Cardinales cæteros omnes in ipsa Ecclesia post Summum Pontificem honore, & dignitate præcedant, conueniens, ac debitum est, vt vitæ munditia, ac virtutum splendore cunctis præfulgeant: quapropter non solùm hortamur eos, ac monemus, verùm etiam statuimus, & ordinamus, vt de cætero quilibet Cardinalium pro tempore existens, iuxta doctrinam Apostoli, ita sobriè, castè, ac piè viuat, vt non solum à malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens coram hominibus luceat, Deumque in primis operibus honorificet: sint omnes vigiles, ac Diuinis officijs, Missarum celebrationibus intenti, habeantque Capellas suas in loco honesto, prout facere consueuerunt: sit eorum domus, familia, mensa, supellexque non fastu, aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendique modum licentia inde nascatur; sed vt æquum est, modestiæ, & frugalitatis speculum dici mereantur; illis itaque sint contenti, quę Sacerdotalem pręseferant modestiam, ac Prelatos, & quoscumque alios insignes viros ad Romanam Curiam venientes benignè, honorificeque tam publicè, quàm priuatim tractent, & apud nos, & successores nostros gratiosè, liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant. Episcoporum, & Prelatorum ministerium indecorum in domibus non habeant, ne cæteris præesse instituti ad vilia descendant instituta, passimque Pastoralis officii contemptum inducant; Apud Summum Pontificem piè, & absque vlla partialitate negocia cuncta promoueant: Oppressos, & iniustè grauatos iuxta vires, & officij debitum adiuuent; nam licèt Episcopi, & Cardinales propter eorum dignitatem consulere, vel Aduocati munus exercere non debeant, pro amicis tamen, & miserabilibus personis gratis vtrique possunt, Veronense *f* teste, Valentini, & Valentis, *g* ac etiam Constantini *h* Imperatorum auctoritatibus freto. Tituli sui loca, semel in anno saltem, si præsentes in Vrbe fuerint, per se ipsos, si verò absentes,

D

E

d de dignit. & offic Card. cap. 4. & seqq.

e inserta in Clst. 7. §. 16. & Leon. X. bullar. nou. tom. 1. pag. 474.

f in cautel. 156. num. 7.

g in l. quisquis, C. de postulan.

h l. vnic C. quā. Imp. inter pupil. & vid.

per

per Vicarios visitent. Clericos, & populos illis subditos adiuuent, & eorum vitam
diligentèr explorent. Quilibet Cardinalis in vita, vel in mortis articulo quantum
satis erit ad Presbyterum vnum commodè sustentandum, suo Titulo relinquat. Vè-
rùm si reparatione, aliauè subuentione indigeat Ecclesia, tantum illi relinquat, vel
donet, quantum conscientiæ suæ videbitur; quod etiam à Sixto V. *a* sancitum in- A
uenies. Ecclesiarum bona temerè non effundant, sed ea in pijs, sanctisquè operibus
exponant, ne obtrectatoribus linguas ad dicteria, calamos ad maledicta scribendum
acuant. In Commendis, alijsuè, siue Cathedralibus, siue Abbatialibus Ecclesijs Vi-
carios, Clericos, & Capellanos digna, competentiquè mercede prouideant. Fami-
liæ, Domusquè suæ quilibet Cardinalis optimum se Rectorem, Præfectumquè tam
circa ea, quæ extrinseca omnibus apparent, quàm quæ intus latent abscondita, osten-
dat. Cum autem Cardinalium Domus patens hospitium, portusuè, ac refugium
proborum, & doctorum maximè virorum, & pauperum nobilium, honestarumquè
personarum esse debeat, sint etiam circa modum, & numerum prudentes. Ne ex
alienis vitijs turpem sibi contrahant infamiæ notam, vulgoquè obloquendi, calum-
niandiquè iustas præbeant occasiones, de familiarium qualitate sint in primis curiosi. B
Qua in re vide, quæ scribunt Diuus Bernardus, *b* Mosconius, *c* & alij multi. Inui-
gilandum præterea, & pro viribus elaborandum est Cardinalibus in perscrutandis,
& cognoscendis Regionibus, quæ hæresibus, erroribusquè, ac superstitionibus contra
veram, & Orthodoxam Fidem infectæ sint, & vbi Diuinorum Mandatorum ecclesia-
stica deficiat disciplina: quiquè Reges, ac Principes, seu populi bellis infestentur;
vel infestari timeant: hæc, & huiusmodi scire, ac Romano pro tempore existenti
Pontifici referre operam dabunt, vt his malis, ac pestibus opportuna remedia vigi-
lanti studio excogitari valeant. Quæ Manfredus *d* quoque, Fabius Albergatus, *e* &
alij multi suis consignarunt monumentis. Nouissimè verò Gregorius XV. vt præ-
missa maturius, & ea, qua decet, animi propensione, decernantur, Congregationem
de Propaganda Fide nuncupatam instituit, de qua nos infra, vbi de Cardinalium C
Congregationibus sermo erit, nonnihil dicemus. Insuper nulli Cardinalium, Pro-
uincias, ac Ciuitates Legationis titulo obtinentium, per Locumtenentes, aut Officia-
les quoscumque eas, administrare liceat, sed personalitèr adesse, easdemquè omni
vigilantia regere, & gubernare teneantur, nisi pro grauioribus negocijs, à Summo
Pontifice detenti, Romæ morandum fuerit; quò casu Vicelegatos, Auditores, Lo-
cumtenentes, cæterosquè Officiales debitis cum prouisionibus, & salarijs habeant.
Amare, & obseruare Pontificem Maximum præ cæteris omnibus Cardinales tenen-
tur, grauiterquè, si secus fecerint, delinquunt: sunt enim membra corporis ipsius
Pontificis, magnamquè cum eo communicationem habent, & ideo magis illi fami-
liares, quàm Reges, aut alij Principes esse debent; Manfredo, *f* & alijs ab eo ad-
ductis sic affirmantibus, & ipsius nominis, Legati scilicet de latere, ethimologia,
quasi ab ipsius Pontificis latere diuulsi, designat; atque Eugenij IV. *g* auctoritate D
comprobatur. Et ideo si viuente Pontifice de electione alterius noui Pontificis age-
rent, læsæ maiestatis crimine inuoluerentur, vt scripsit Marsi *h* Præterea cauendum,
& summa animi circumspectione obseruandum est Cardinalibus, ne omisis Euan-
gelijs, Prophetis, & Sanctorum Patrum libris, gentilium legant Comœdias, amato-
ria Bucolicorum versuum verba canant, Virgilium teneant; ne quod in pueris ne-
cessitatis est crimen, in se faciant voluptatis, Diuo Hieronymo *i* sic admonente.
Exemplum verò nunquam memória excidendum referunt Dominicus, & Gloss. *k*
de quodam Petro Card. S. Mariæ nouæ, qua delicijs, ac indulgentia fortunæ luxu-
rians, ac vitijs deditus, dum in Ecclesia Christi Sacratissimum Corpus adoraret,
omnibus videntibus, à dæmone est interfectus: huius facti etiam testimonium ha-
bes ex Barbatia, & Albano relatis à Manfredo. *l* Decorati denique sint Cardinales E
scientia, & conscientia, quia scientia sine conscientia diabolica est, conscientia verò
sine sapientia reputatur insipida, vt Felino *m* placet. Sapientia tamen in Cardinali-
bus non requiritur eminentissima (quàmuis hoc honorario epitheto nouitèr sint
insigniti) sed mediocris sufficit, vt ex Innocentij III. *n* sententia ad Archiepisco-
pum Calaritanum scribentis in hęc verba. *Quanquàm etsi desideranda sit eminens
scientia in Pastore, in eo tamen sit competens toleranda, quia secundùm Apostolum
scientia inflat, charitas autem ædificat, & ideo imperfectum scientię potest supplere
perfectio charitatis.* Et hoc idem Pontifex *o* repetit, Archidiacono, & Capitulo
Capuano scribens, *Licèt* (inquit) *non eminentis, tamen conuenientis literaturæ
electus*

a in Constit. 55. §. 12 Bullar nou. tom. 2. pag. 573.

b lib. 4. de consid. ad Eugen. cap 6.
c de maiest. milit. Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 6.

d de Cardin cap. 7. vers. rursus ipsorum.
e de Cardin. lib. 5 ferè per tot.

f decis. 73.

g Const. 15. §. sunt etiã, in fin.
h tract. de bann. in verb. læsa maiestatis, num. 28.
i epist. 146. de filio prod. ad Damas. Papam, relato in c. Sacerdotes, & c. Legant Episcopi, dist 37.
k c presenti, in verb restringere, de off leg in 6.
l de Cardin decis. 242.
m in c. ex parte, il 2. nu. 1. vers. adde dictum, de off. deleg.
n in c. nisi, §. pro defectu, de renũc.
o in c cum nobis § his igitur, & ibi glo. in verb. literatura, de elect.

electus existit, vt pro defectu scientiæ ab electione non deberet excludi. Atque fauet Diocletiani, Maximianique Imperatorum Sanctio, *a* quæ sic se habet, *Expertes literarum Decurionis munera peragere non prohibent Iura*.

a l. expertes, C. de decurion. lib. 10.

A

C A P V T XIII.

De Officio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in electione Pontificis, & Sede vacante.

QVoniam Cardinalium Officium triplicem habere potest inspectionem; primam scilicet ratione Ordinis, de qua dictum est cap. proximo; secundam circa Romani Pontificis electionem; tertiam ratione assistentiæ Summo Pontifici faciendæ, de quibus dicendum superest.

B Et quia, vt lIricus cecinit Poeta *b*

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas
Regumquè turres.

b lib. 1. ode 4.

Et Claudianus, *c*

Sub tua purpurei veniunt vestigia Reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti,
Omnia mors æquat.

c lib. 1. de rapt. Proserp.

Summis quoque Pontificibus semel mori statutum est; Christiana verò pietas admonet, supremum sepulturæ honorem nec hostibus denegandum esse, vt plura apud Pollidor. Ripam *d* collecta monumenta demonstrant. Eminentissimi ergo S. R. E. Cardinales huic potissimùm muneri vacare debent, vt illius corporis, cuius partes C sunt, ea, quà decet, religiosa, pia, decentique pompa, Summi Pontificis inquam funus celebretur; maiori etenim nexu Cardinales, quàm quilibet alius, cuiuscumque generis sit, erga Pontificem sunt obnoxij, Manfredo *e* teste.

d in comment. de ult. in mort. artic. cap. 39. nu. 10. & seq.

Romano igitur Pontifice vita functo (tunc enim Sedes vacare dicitur) de illius mortalitatis exuuijs parentádis S. R. E. Cardinales solliciti in primis esse debent; quod in Romana Synodo, Bonifacio Tertio sedente sancitum habes anno salutis humanæ 605. & à Gratiano *f* relatum. *Nullus* (inquit) *Pontifice Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suæ, præsumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius adunato Clero, & filijs Ecclesiæ, & tunc electio fiat*. vbi gloss. *g* hæc addit. *Mortuo Apostolico Cardinales in tantum festinabant, quòd nihil curabant de sepultura defuncti, quare statutum fuit, quòd nec Papa, nec Episcopo* D *viuente, nec etiam eo defuncto, electio fiat Successoris, nisi tertia die post sepulturam*: Hæc Glossa.

e tract. de Card. cap. 10. vers. Romano Pontifici.
f c. nullus Pontifice, iuncta glo. dist. 79.
g in figuratione casus.

Qua Sanctione fretus Leo Frangipanius, vacante Apostolica Sede per obitum Calisti II. ausus fuit præcipere Cardinalibus, ne ad noui Pontificis electionem deuenirent, nisi tertia die transacta, non quidem vt hæc seruaretur lex, sed vt animi sui cupiditatem expleret, extollendi quippe ad Apostolicæ Sedis culmen Lambertum Episcopum Ostiensem, vt Platina testatum habet. *h*

h in vita Honor. II.

Verùm cum in electione cuiusuis Episcopi, & in funere peragendo triduum expectandum sit, *i* in eo, qui vniuersalis Ecclesiæ Caput est, & Episcoporum Episcopus appellatur, vtique consentaneum, & dignũ omnino visum est, speciale quid magis, præcipuumquè constituere, & Nouemdiale tempus Romano Pontifici defuncto, priusquam ad Successoris electionem deueniatur, constituere: quod à Gregorio X. E *k* sancitum habes. Et apud gentes hoc idem seruatum fuisse, & N[illegible]mdiale tempus in funere, & ludis insumptum, scripsit Iul. Lauor. *l*

i d. c. nullus.
k c. vbi periculũ §. 1. de elect. in 6.
l de prisc. recent. funer. mor. tit. 2. cap. 15. num. 20.

Nec totũ hoc nouemdiale tempus in sola defuncti pontificis parentatione effunditur, sed multa inter S. R. E. Card. Principũ Oratores, Magnatesquè viros colloquia, vt maturius in re tanti momenti procedatur, fiunt, & vt Cardinalibus absentibus ad Vrbẽ redeundi spatiũ concedatur; quã rem latius prosequutus est Iulius Lauorus. *m*

m in suis lucubration. vbi de Comitijs agit, tit. 1. cap. 9.

Hoc nouemdiali tempore transacto, Conclauis ingressus nulla ratione prorogari, aut differri potest; nec vlterius Cardinales à Curia absentes expectantur, vt quanto citius noui Pontificis electio fiat. *n*

n d. c. vbi periculum; Clem. ne Romani, de elect. Pij 4. Const. 65. Cærem. Rom. lib. 1. sect. 1.

Verùm quia cum ex diuersitate temporum, & varijs militantis Ecclesiæ fluctuationibus,

tionibus, non semper eadem electionis forma seruata fuerit, nonnullas hic ab antiquis seruatas formas recensere placet.

Triplici igitur via Romanos, & vniuersalis Ecclesiæ Pontifices electos, seu creatos fuisse, apud Christianos scriptores inuenio.

Prima fuit per Institutionem. A

Secunda per Substitutionem.

Tertia per viam Electionis.

Institutionis, seu Constitutionis via, & forma semel tantùm seruata fuit in Terris: Christus enim Dominus, Dei Filius, Summus Sacerdos, & Pontifex collatis Clauibus Regni Cœlorum ligandi, atque soluendi Beato Petro, & Successoribus Pontificium tradidit, suosquè in Terris Vicarios instituit, vt ex Innocentij III. verbis innotescit, *a* dum ait. *Nobis autem in Beato Petro sunt oues Christi commissæ* & paulò infra. *Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad Successores ipsius, quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis &c.* Et Caietanus *b* hæc habet. *Coniunctio autem Papatus in Petro, post Petrum primùm à Christo immediatè institutum, non est à Deo, sed ab homine, vt patet, quia hoc fit per electionem hominum &c.* Atque hæc de Institutione. B

Substitutionem verò à Beato Petro introductam fuisse nonnulli affirmant, dum se morti proximum agnosceret; conuocatis enim, qui tunc Romæ Christi fideles aderant, sic effatus est. *c Clemens tanquam qui omnibus præesse te noueris, singulos, prout poteris, iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus, & sollicitudinem portas.* Et latius habes. *d* Atque prosequitur Mandos. *e* subdens, hac substitutione vsum fuisse Lucium I. in personam Stephani Diaconi anno 254. Sed fallitur Mandosius, primò in tempore, quia Lucius anno 256. creatus est Pontifex, Ciaccono, alijsquè testibus: secundò quia Stephanum Archidiaconum non substituit in Pontificatu Lucius, quàmuis illi successerit, sed omnem potestatem Ecclesiæ, dum ad passionem pergeret, eidem Stephano dedit; quod etiam antea fecerat Cornelius Papa, vt Baronius *f* scribit. Et comprobatur, quia si in Pontificatu substitutus fuisset Stephanus, statim à morte Lucij Pontificalia exercuisset; constat autem post dies 35. nempe die 9. Aprilis Pontificem fuisse renunciatum, ijsdem Baronio, & Ciacc. affirmantibus. C

Et ita etiam intelligenda puto, quæ Ruffin. *g* & Platina *h* scripserunt, à Liberio scilicet in exilium pulso Felicem II. in Pontificatu substitutum fuisse; nam hic licèt non sine Diuina Prouidentia inter Christi Martyres reponatur, ex cathalogo tamen Pontificum expungendus, tanquam schismaticus erit, vt ex Ciaccono, *i* & Baronio *k* liquet.

Denique hanc substituendi in Pontificatu Successoris formam sublatam fuisse multis Summorum Pontificum Sanctionibus comprobatur, Hilarij I. in Romana Synodo anno 467. Platina, & Ciacconus in vita scripserunt: & retulit Gratianus *l* alias multas Sanctiones. D

Et licèt postea Bonifacius Secundus in Romana Synodo anno 531. in Basilica Beati Petri celebrata, vt è Gothorum manibus Romani Pontificis eligendi vsurpatam licentiam redimeret, Vigilium sibi in Pontificatu substituisset, & Sacerdotum chirographo, ac iuramento roborasset; attamen eodem tempore iterum Synodo congregata, quia contra Canones hoc factum fuerat, ipse Bonifacius reum se confessus est maiestatis, & chirographum in præsentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus incendio consumpsit, vt legitur in vita huius Pontificis, & apertius apud Baronium. *m*

Et quàmuis non defuerint Scriptores affirmantes, Pontificem Romanum posse Successorem sibi nominare, & substituere, eo potissimùm argumento freti, ex epistola scilicet Clementis ad Iacobum Hierosolymitanum scripta, qua se à Beato Petro adhuc viuente in Episcopum electum scribit, his verbis à Gratiano *n* relat. *Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ finem sibi præsensit, apprehensa manu mea, repentè consurgens in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba. Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado &c.* Contraria tamen sententia, non posse Pontificem substituere Successorem, verior, & magis recepta est, vt latè tradit Iulius Lauor. *o* & ante eum hoc idem scripsit Gomesius. *p* Quinimò nec Beati Petri substitutio in personam Clementis sortita est effectum, nam immediatè post Petrum Linus, exinde Cletus Romanam habuerunt Sedem. Quod ab eodem Clemente Sacerdotibus, & E

Clero

a c. solita. §. nobis autem, de maior. & obed.
b in opusc. de auctor. Pap. & Concil. cap. 20. vers. coniunctio autem.
c c. Clemens, 8. q. 1.
d c. 1. & 2. ead. caus. & q.
e in regul. 13. Cancell. q. 8 num. 38. iuxta secundam impress. & num. 23.
f in annal. tom. 2. anno 255. pag. 475. & an. 257. pag. 489.
g in histor. Eccle. lib. 10.
h in vita Lucij & Liberij.
i in vita huius Felicis in fin. schism. 2. anno 357. pag. 107.
k annal. tom. 3. anno 357. pag. 674. & 675.
l c. 3. 4. 5. 6. caus. 8. q. 1.
m in annal. to. 7 anno 531. pag. 165.
n c. 2. Simon Petrus, 8. q. 1.
o de elect. can. tit. 4. cap. 3. per tot.
p in reg. Cancellar. de infirm. resignan. q. 1. vers. pro resolutione.

Clero persuasum affirmant, ne Successores hoc exemplo ducti, tanquam Summi Sacerdotij hæredes dicerent. *Moyses enim* (vt Diuus Hieronymus *a* ait) *Amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus est, potuit vtique Successores Principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia Tribu eligitur IESVS, vt sciremus, Principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ &c.*

A

Mortuis verò Lino, & Cleto, tunc vno Sacerdotum ore Clemens Christi Vicarius, & Beati Petri Successor eligitur, vt scribit gloss. *b videns (inquit) Clemens, quòd hoc esset perniciosum exemplo, quòd aliquis sibi eligeret Successorem, renunciauit Papatui, & tunc electi sunt Linus, eo mortuo, electus est Cletus, quo mortuo, denuò fuit Clemens electus &c.* Alia ad rem scribit Gomesius. *c*

Atque hinc collige tertiam creandi Pontificis viam, quæ est electio. At electio in genere sumpta est rerum, vel personarum delectus, vt Tolosano *d* placet. Hæc autem ratione formæ in tres partes diuiditur, nempe

Per inspirationem Spiritus Sancti.
Per viam compromissi.
Per viam Scrutinij.

B

Scrutinium verò quandoque solum sufficit, non tardò etiam accessu indiget, vt dicemus infra; & habes Innocentij III. Sanctionem *e* has tres formas comprehendentem. Insistamus ordine, & primò dicamus.

De electione per viam Inspirationis, quæ fit, quando communitèr absque vitio, sed Sancti Spiritus impulsu omnes in vnum consentiunt; prout in electione Fabiani Papæ anno salutis 238. testatur Eusebius *f* in hæc verba. *Post Anteri mortem aiunt Fabianum vnà cum alijs ex agro Romam commigrasse, ibique sua collocasse domicilia; vbi Diuina, & Cælesti gratia largiente, ad Cleri administrationem mirandum in modum euectus est: nam cum omnes fratres causa deligendi eius, qui Episcopatum gereret in Ecclesia, conuenissent, & multi de multis illustribus, & præclaris viris ad illud munus obeundum idoneis cogitarent, quàm Fabianus, qui tum fortè præsto erat, nemini in mentem venerat, de repenti tamen Columbam è sublimi deuolantem, quæ similitudinem Spiritus Sancti super Saluatorem in specie Columbæ descendentis, repræsentare videbatur, eius capiti insedisse memorant: ac propterea populum vniuersum pariter vno Sancti Spiritus instinctu commotum, magna cum alacritate, & vno animorum consensu eum dignum eo Dignitatis gradu acclamasse, & absque mora abreptum illum in Sede Pontificia collocasse.* Hæc Eusebius, quem refert, eiusquè verba rescribit Baronius. *g* Et in electione Archiepiscoporum Rauuenatensium per annos 224 ab electione Aderiti anno Christi 80. vsque ad S. Seuerum, qui anno 304. electus, Diuinitùs prædixit, amplius Columbæ mysterium in creandis Rauennatibus Episcopis expectandum non esse. Hanc formam, inspirationis scilicet seruatam fuisse, testis est Rubeus. *h* Hæc autem inspirationis via quandoque expressa est, vt in Fabiano Pontifice, & Episcopis Rauennatibus per apparitionem Columbæ, vt diximus; quandoque verò præsumpta, quando omnes vno ore consentiunt in aliquem, & non constat auctore Deo factam, sed præsumitur propter concordiam omnium, vt Matthæus de Boijs *i* tradit. Et hoc, omissis alijs, in electione Eugenij III. Sanctorum Vincentij, & Anastasij ad Aquas Saluias Abbatis ex Ordine Cisterciensium à Diuo Bernardo designati, contigisse Ciacconus, *k* aliique testantur: & idem in electione Cælestini V. ante Pontificatum Petrus de Murone dictus, ex Platina, & alijs affirmare possumus; Cælestinus in Pontificatu ideo appellatus, quòd Cælitus missus esse diceretur.

C

D

Verùm ad aliam formam, quæ per Compromissum dicitur, accedamus. Hæc autem seruari solet, quando plures idonei eliguntur, in quos verè omnium certo modo potestas, & facultas transfunditur, vt post multorum Pontificum Sanctiones, *l* Gregorij XV. *m* nouissimam habes, quæ post Cæremoniale Romanum *n* docet formam, & praxim in hac re seruandam. Et quàmuis Matthæus Boijs *o* dicat raro hanc formam in vsu deducendam, quia sapit naturam transactionis, quæ in spiritualibus prohibetur; *p* Felinus *q* tamen hoc speciale esse in electione Romani Pontificis testatum habet. Et per compromissum in sex Cardinales ex decem, & octo, qui tunc Viterbij adetant, suadente, & enixè rogante S. Bonauentura Ordinis Minorum Generali Ministro, Theobaldum Archidiaconũ Leodiensem Kalen. Septembris 1271. electum fuisse, & Gregorium X. appellatum ex Platina, *r* & melius ex Panuino *s* fit

E

a ad Titum cap. 1, relatus in c. Moyses, 8. q. 1.

b in c. 1. in verb. aut ligandi, 8. q. 1.
c in reg. Cancell. de infir. resignan. q. 1. vers. quod tenendum.
d in partic. iur. canon. lib. 1. tit. 29 cap. 1. num. 2. de elect.

e in c. quia propter, 42. de elect.

f in histor. Eccles. lib. 6. cap. 22.

g annal. tom. 2. anno 238. pag. 374.
h in histor. Rauenn. lib. 1. pag. 32 & lib. 2. pag 43.
i in miscellan. de elect. in prin. & vers. tres sunt formæ.
k in eius vita.
l c. in causis, c. cum dilectus, c. causã quæ, c. quia propter. de elect.
m §. secundus modus est.
n lib. 1. sect. 1. cap. 5. vers. in nomine Domini.
o de elect. loco cit.
p c. super eo, de transact.
q in c. capitolũ, nu. fin. de rescrip.
r in vita Gregorij X.
s in notis ad Platin. ibi.

notum :idemquè confirmat Inlins Lanor. *a* addens fimili modo in eadem Ciuitate Viterbij anno falutis 1265. Clementem IV. & anno 1316. Ioannem XXII. electos fuiffe. Verùm de Ioanne non fatis liquet; nam quæ Platina in eius vita fcribit, Lauorij fidem minuunt: narrat enim Platina, & Volaterranus *b* confirmat, poft longam 23. Cardinalinm diffenfionem, Lugduni tandem Ioannem XXII. electum fuiffe, nec vnquam in Italiam veniffe; & Ecclefiafticæ Ditionis gubernium per Legatos adminiftraffe, ex hiftoricis, & Conftitutionibus ab eo promulgatis, & infra fuo loco citandis, *c* liquet. Sed fortè Lauorius de Ioanne XXIII. qui etiam XXII. appellatur, intellexit: verùm neque hic Viterbij electus fuit, fed Bononiæ, neque legitimus iudicatus; nam in Conftantienfi Concilio vnà cum alijs duobus Pfeudopontificibus, Gregorio fcilicet XII. & Benedicto XIII. depofitus; in quorum locum die Sabbati pridie Kalen. Nouembris in publica feffione 40. anno 1417. habito decreto, per omnes Nationes probato, vt quælibet Natio eligeret fex honeftas perfonas ecclefiafticas, & religiofas, ac in facris Ordinibus conftitutas, quæ vnà cum Cardinalibus præfentibus in Concilio pro hac vice tantùm intrarent Conclaue, haberentquè anctoritatem vnà cum Cardinalibus eligendi futurum Papam, & qui à duabus partibus Cardinalium, & à duabus partibus ex deputatis cuiuslibet Nationis eligeretur, ille pro Summo Pontifice haberetur, & teneretur: die igitur lunæ 6. Idus Nouembris eiufdem anni 1417. Otho de Columna Agapeti filius S. Georgij in velabro Diaconus Cardinalis, Romanus Pontifex renunciatus fuit, qua die S. Martini Epifcopi natalitia recolebat Ecclefia, in eiufquè memoriam, & reuerentiam Martinus huius nominis V. appellari volnit; quàmuis III magis, quàm V. dicendus effet, nã duo Marini, non autem Martini fuerunt, vt obferuant Ciaccon. *d* & alij. Ac de Ioanne XXIII. qni XXI & XXII. quoque dictus eft, Iulium Lauor. intellexiffe, patet ex verbis ab eo relatis, nempe hunc Ioannem dixiffe, *Papa fum ego*. Quod etiam refert Coquæus *e* videndus, fequutus Ioannem Villanum, *f* & alios: vide quoque Sanfouinum. *g*

Sed accedamus iam ad tertiam electionis formam, quæ Scrutinium dicitur, quæquè magis freqnens, vt vfu recepta eft. Hęc autem celebratur, præfentibus omnibus, qui debent, volunt, & poffunt commodè intereffe. Cardinales tres de Collegio fumpti, fingulorum vota fecretè, & figillatim diligentèr exquirunt, in fcriptis redacta in communi promulgant: his peractis, collatione habita, ille demum cenfetur electus, in quem vel omnes, vel duæ ex tribus partibus confentiunt, vt Matthæus Boijs *h* docet, ac decem, & octo fubftantialia huic formæ recenfet, quæ tamen non omnia in Scrutinijs Dominorum Cardinalium funt neceffaria: fat enim eft feruare, quæ nouiffimè Gregorius XV. *i* fanciuit, & fan. me. Vrbanus VIII confirmauit; nec diftant ab ijs, quæ in Cæremoniali Romano *k* fub Leone X. compilato leguntur: & alia multa congerit Iulius Lauor. *l* ex eadem Gregorij Decimiquinti Sanctione defnmpta.

Verùm fi per viam Scrutinij electio perfici nequeat, tunc Purpurati Patres, qui in Scrutinio fuffragium non tulerunt, per Acceffum Pontificis electionem perficere valent. Quid autem fit Acceffus, & quomodo fiat, ex eodem Cæremoniali Romano, Gregorij XV. Sanctione, & Iulio Lauor. locis citatis fatis fuperquè cognofces. Illud autem ignorandum non erit, Acceffum ad eum Cardinalem fieri non poffe, qui in Scrutinio vnum faltem fuffragium non tulit; neque ad eum, qni ab ipfomet Cardinali accedere volenti in Scrutinio nominatus fuit. *m* Hinc etiam collige differentiam inter Scrutinium, & Acceffum, vt per folum Scrutinium perfici poffit electio, non autem per folum Acceffum, quia hic fupponit Scrutininm præceffiffe; non enim datur Acceffus Cardinali, qui nullum in Scrutinio fuffragium tulerit, vt diximus, & aduertit etiam Manfred. *n* dum ait, Acceffum habere locum, præcedente Scrutinio.

Aliam quoqne viam per Adorationem dictam, quandoque feruatam in electione Romani Pontificis fcribentes referunt: verùm hæc, fi Scrutinium præceffit, cum Acceffu coincidit; fi verò fine Scrutinio fiat, ad eam formam, quæ per Infpirationem dicitur, referenda erit, vt Cæremoniale Romanum *o* obferuat.

Patet igitur ex hncufque dictis, Romanum Pontificum electionem per initia nafcentis Ecclefiæ ad hæc vfque tempora proceffiffe per viam Inftitutionis, Subftitutionis, Electionis. Electionem verò ratione formæ in tres partes diuifam fuiffe, per Infpirationem, vel quafi, Compromiffum, Scrutinium folum, vel Scrutinium, & Acceffum fimul.

a de elect. canon. tit. 4. cap. 7. n. 29.

b in antropol. in vita eiufdē Ioan. 22. pag. apud me 256.

c in Congregat. 21. de confinib. Status Ecclefiaft.

d in vita Martini V.

e in antimom. par. 2, antid. contra progref. 61. pag. apud me 243 col. 1.

f in hift. lib. 9. cap. 79.

g in hiftor. Famil. Vrfin lib. 3. pag 43.

h in mifcellan. de elect. in prin. num. 3.

i in fua Conftit. de elect. Roman. Pontif. §. tertius modus.

k lib. 1. fect. 1. cap 5. verf. alius modus, & magis vsus.

l de elect. canon. tit. 4. cap. 7. n. 9. & feq.

m ead. Conftit. Greg. XV. § primum itaque actus verf. tertio quod non poteft.

n de Cardinal. decif 103.

o lib. 1. fect. 1. cap 5. verf. quod fi fortè.

Poffem

Possem hic nonnullas formas, vt tempori, loco, & occasioni satisfieret, nec non vniuersalis Ecclesię necessitatibus consultum esset, in electione Summorum Pontificum seruatus referre. Verùm ne verbis potius, quàm rebus insistere videar, satis esse existimaui, ad scriptores, qui hanc rem luculentèr tractarunt, cupidum lectorem
A remittere. Mandosius *a* enim sexdecim varias electionis formas enumerat: at Iul. Lauor. *b* pinguius hanc rem prosequitur, & alias indicat: videri quoque poterit Panuinus. *c*

Quædam verò de auctoritate Cardinalium Sede vacante, hic addere non inutile duxi; potissimùm ex Pij IV. *d* & aliorum Sanctionibus desumpta.

Sciendum igitur est, Eminentissimos Cardinales in ijs, quæ ad Pontificem vincentem pertinent, nullum ius, vel auctoritatem habere, vt est Clementis V. *e* responsum, Pij IV. *f* Sanctione confirmatum; additis insuper.

Gratiam, aut iustitiam facere, factam verò per Pontificem mortuum executioni demandare non valent.

De Statu temporali Romanæ Ecclesiæ, neque de pecunijs Cameræ Apostolicæ, vel Datarij ex quauis causa, præter exceptas, disponere nequeunt.

B Camerario, Thesaurario, Datario, Depositario, Arcis S. Angeli Castellano, alijsquè Officialibus, ne Sacro Collegio, casibus quibusdam exceptis, obediant, in d. § 6. sub refectionis pœna interdicitur.

Pecuniæ verò Sacro Collegio soluendæ erunt: Decem millium ducatorum summa, in patentatione defuncti Pontificis eroganda.

Nec non pro victu familiæ Pontificiæ ante Conclauis ingressum, ac etiam post, per Camerarium, & Priores Ordinum describendæ.

Pro eleemosynis Sede vacante fieri solitis, ob quam potissimùm causam Cardinalis Camerarij Officium non cessat, vt dicemus infra.

Pro regalibus Populo Romano, Magistratibus Custodiæ Vrbis, & Conclauis.

Pro defensione Terrarum, & locorum ecclesiasticæ Ditionis, eorumquè securita-
C te. Quas quidem expensas Cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debent, itaut maioris partis sententia, quod statuendum erit, obtineat,

Si verò vltra prædicta grande aliquod periculum immineat, cui Cardinalibus omnibus præsentibus, iuxta Gregorij X. *g* ordinationem, aut saltem duabus illorum partibus celeritèr occurrendum videatur, tunc sacrum Collegium iuxta maioris partis sententiam per secreta suffragia pari modo obtinendam, oportunum adhibere remedium, necessariam parare impensam possit, & valeat.

Quæsitum est, si fortè Pontifex eligatur, qui nedum à Conclaui, sed absens ab Vrbe fuerit, prout non rarò contigisse constat, an sacro Collegio permissum erit destinare Legatos, vt nouum Pontificem ad Vrbem perducant, & necessarios subministrare sumptus, ex redditibus Cameræ Apostolicæ percipiendos, præmissa Pij IV. Constitutione non obstante? Et affirmatiuè respondet Gambar. *h* quia hoc ad honorem
D electi, & vtilitatem Sedis Apostolicæ fit, & ideo ad Papam, & Apostolicam Sedem expensarum onus pertinet. *i* Et idem dicendum putat Iulius Lauor. *k* in similibus casibus, ex quibus per subtractionem, & denegationem necessariæ impensæ retardari posset electio noui Pontificis.

Gubernatores quoque Vrbis, tam vltra, quàm citra pontem, alijquè pro Ecclesiasticæ Ditionis regimine Officiales creandi, eadem forma, per secreta quippe suffragia seruata, eligantur.

Et cum sacri Collegij auctoritas à Summo Pontifice pendeat, *l* vt scripsit etiam Manfred. *m* multa propterea Sede vacante Cardinalibus denegantur.

Canones condere non valent; hoc enim ad Pontificem pertinet, eoquè mortuo, ad Cardinales non transit, ex Manfredo. *n*

E Collegium Cardinalium quàmuis Pontificem eligat, Cardinales tamen creare nequit; immò nec iam creatis insignia conferre, neque os claudere, vel aperire, neque Episcopos creare, seu creatos confirmare valet, teste Iulio Lauor. *o*

Verùm Iacobatius *p* posse Concilium ex magna necessitate Cardinales creare, scribit.

Legatum quoque extra Curiam ipso inuito mittere, nec missum à Papa reuocare Cardinalibus Sede vacante permittitur, vt Speculatori *q* placuit; Iacobatius *r* tamen, si magna instet necessitas, posse ait: tu vide Zabarell. *s*

Hæc autem ideo Cardinalium Collegio denegata putantur, ne si omnis potestas

penes

a in reg. 13. Cancellar. q. 8. à n. 16 vsque ad fin.
b de elect. canon. tit. 4. cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.
c ad Platinam, in vita Pelagij II.
d Constit. 63. bullar. nou. tom. 2. pag. 91.
e Clem. ne Romani, de elect.
f d. Const. 63. § 6.
g c. 3. de elect. in 6.
h de off. & potest. Legat. lib. 9. num. 185.
i l. 1. C. de cad. tollen. c. qui sentit de reg. iur. in 6.
K de conclaui, & conclauis. tit. 3. cap. 3. nu. 27.
l Clem. ne Romani, § irritum, de elect.
m decis. 372.
n d. decis. 261.
o de conclau. & conclauist. tit. 3. cap. 3 n. 15. & 19
p de Concil. lib. 6 art. 7 in prin. n. 2. & seq.
q tit. de Legato, § finitur, nu. 5.
r d. lib. 6. art. 7. num. 12.
s in Clem. ne Romani, § irritum, num. 3. de elect.

penes ipsum Collegium redacta esset, nullam deinceps Romani Pontificis eligendi curam gereret, quamobrem hæreses, scandala, & vniuersalis Ecclesiæ exterminatio oriri possent, vt Manfredus *a* scribit: aliam quoque rationem ex Iul. Lauor. *b* cognosces.

Ex huc vsque dictis satis probatum puto, quod initio pollicitus sum; officium quippe Cardinalium Sede vacante circa duo potissimùm versari, vt mortuo Pontifici funus solemni ritu ducatur, & nouus præscriptis legibus eligatur. A

Hæc verò electio cum temporibus retroactis tam aperto, quàm clauso Conclaui valida putaretur, ex Iacobatio, *c* & Manfredo; *d* hodie verò ad validitatem electionis requiritur, vt Conclaue sit clausum, ex Gregorij XV. sæpe citata Sanctione. *e* Et hanc Cardinalium inclusionem, quæ Conclaue dicitur, sub Honorio III. primò inuentam fuisse scribit Ciacconus. *f*

At quoniam super huiusmodi Conclauis clausura quædam accidere potuissent, ex quibus validitas electionis in dubium reuocari posset, san.me. Vrbanus VIII. vt omnem dubitandi ansam tolleret, hanc Sanctionis partem ita intelligendam esse edixit. *g Vt statim post clausum Conclaue diligens fiat inquisitio super ipsa clausura, eaquè in effectu reperta, publicum fiat documentum per Cæremoniarum Magistrum, quo peracto, etiamsi postea in totum, vel in parte apertum de facto reperiatur Conclaue, semper tamen clausum, & pro clauso censendum, & habendum, quoad electionis validitatem, donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium per secreta suffragia apertum esse declaretur.* B

Quoniam verò in sæpe citata Pij IV Constitutione *h* statutum est, vt tres Cardinales antiquiores, ex quolibet ordine vnus, addito etiam Cardinali Camerario, vacante Sede, reliquos Cardinales congregandi, & in Congregationibus occurrentes necessitates proponendi, & vt Conclaue ex omni parte claudatur, curandi ius habeant; sciendum est, horum trium Cardinalium officium tertia die post Conclauis ingressum expirare, & alios tres in ordine sequentes tertio quoque die vnà cum Camerario in eodem ministerio succedere. *i* C

Ex Cardinalibus verò in Conclaui existentibus nemo ab electione, nec suffragijs, tam actiuis, quàm passiuis (vt vocant) etiam excommunicatus, & ecclesiasticis innodatus Censuris excluditur, *k* vt dicemus infra latius, vbi de priuilegijs Cardinalium sermo erit. Declara tamen præmissa non habere locum in Cardinalibus schismaticis; hi etenim in Conclauinon sunt admittendi, ex Iacobatij *l* sententia, quam refert, & sequitur Manfredus. *m*

Excluditur etiam ab electione Romani Pontificis Cardinalis, qui saltim in Diaconatus Ordine constitutus non sit, ex præcitata Pij IV. Sanctione, §. statuimus etiam; quam quidem Sanctionem à Sixto V. paritèr confirmatam habes. *n* Verùm exclusio hæc locum habet, si Cardinalis Pontificali priuilegio munitus non sit, vt est Gregorij XV. declaratio. *o* D

An autem Cardinalis, cui nondum clausum, & apertum fuit os (iuxta ritum, & Cæremonias Ecclesiasticas) habeat votum in electione Pontificis, scias, hanc dubitationem exortam fuisse in electione Innocentij VIII. vacante tunc Sede per obitum Sixti IV. aderat enim in Coclaui Cardinalis Sfortia, qui cum in vita Pontificis nondum Romam venisset, non fuerat illi apertum os in Consistorio; verùm Patres tunc decreuerunt, ex eo quia non præcesserat alia cæremonia claudendi os, nec erat illi clausum, dum Pontifex diem clausit, permissum, & licitum esse d. Cardinali Sfortiæ, sicut & alijs, votum habere; vt refert Io. Bapt. Broccardus vnus ex Cæremoniarum Magistris, qui tunc aderat in Conclaui, & omnia, quæ in illo gesta fuerunt, sigillatim, summaquè diligenria scripsit.

Sed numquid conuentiones inter Cardinales in Conclaui existentes factæ necessariò seruandæ sint à Pontifice postea creato; Abbas Panormitanus, *p* si conuentiones contra Pontificiam Dignitatem sint, licèt iuramento roboratæ, ad illas seruandas non teneri ait; cui assentiuntur Barbat. *q* & Mandos. *r* Fallit tamen conclusio, si postquàm Pontificiam assumpsit potestatem, easdem conuentiones ratas habuerit, & iureiurando confirmauerit, vt Card. Tuscus *s* probat; & in Gregorio XII. seruatum testatur Platina; *t* & alij multi: hic enim cum in Conclaui iurasset, se renunciaturum Papatui, quando id Ecclesiæ bono cederet, & hanc quoque promissionem in Pontificatu confirmasset, à Cardinalibus in Concilio Pisano congregatis à Romana Sede deiectus, & gesta per eum irrita, inualidaquè declarata fuerunt. Quàmuis E

non

a de Cardinal. cap. 19. in fin.
b de conclaui & conclauist. tit. 3. cap. 3. num. 8.
c de Concil. lib. 4. art. 4. num. 154. & 155.
d decis. 324.
e in ea parte, vbi Cæremoniæ designantur, § primù hac forma.
f in eius vita in princ.
g in confirmat. Constit. Greg. XV § quoniam autē decreuit.
h Const. 63. § 7. statuimus.
i d. Const. 63. § 8. ipsorum autē.
k Clem. 2. § cæter. de elect. Mãfred. decis. 302.
l tract. de Concil. lib. 7. art. 1. in 6. dub. num. 142. & melius 156. & 157.
m decis. 389. in princ.
n Const. 50. § 6 Bullar. nou. tom. 2. pag. 560.
o in sæpe citata Constit. § porrò capitulo, vers. nisi priuilegio.
p in c. sicut nostris, num. 1. in 3 notab. vers. ex hoc habes, de iureiur.
q cons. 1. per tot. lib. 1.
r super reg. 52. Cancell. q. 5. n. 8.
s in suis conclus. in verb. Papa, conclus. 50. n. 23.
t in eius vita.

non desint Scribentes, qui de validitate talis deiectionis, & an Concilium Pisis congregatum necessaria habuerit requisita, dubitent, vt videre est apud Coquæum. *a*

Liberandi tamen reos à carceribus concessum esse Cardinalibus Sede vacante, ex antiqua, & immemorabili consuetudine, & consequentèr ex titulo præscripto, priui-
A legioquè acquisito, affirmat Mandos. *b* Pomponij I. C. responso *c* fretus, dum ait, *Ductus aquæ, cuius origo memoriam excesserit; constituti loco habetur:* quod etiam exemplis comprobat, & Francisci Soderini Cardinalis Volaterrani nuncupati supplicem libellum sacro Collegio vacante Sede porrectum affert: hic enim ab Hadriano VI. initio sui Pontificatus vnicè dilectus, eundem postea mutata fortuna iratum substinuit; interceptis enim huius Cardinalis literis, quibus Gallorum Regem ad inferendum Siciliæ bellum commonebat, eum in Hadrianam Molem conïecit, & in carcerem trusit, preciosa supellectili in fiscum deuoluta; è viuis autem Pontifice erepto, Cardinalium omnium voto è carcere liberatus, cum alijs in Conclaui ad noui Pontificis Clementis VII. electionem interfuit, Ferdinando Vghello *d* teste: supplex verò libellus à Mandosio relatus ita concipitur. *Reuerendissimi Domini mei Colen-*
B *dissimi humilem commendationem. Arbitror ex processu fabricato, & informationibus factis singulis Dominis satis constare de innocentia mea super obiectis per eos, qui se inimicos professi sunt, & de iure, & consuetudine in omnibus obseruata me esse relaxandum, exemplo Cardinalis de Columna, & de Sabellis, qui diù detenti ex causa læsæ maiestatis, ipso obitus die Xisti IV. fuerunt liberati, & exemplo omnium noxiorum, quibus temporibus istis carceres aperiuntur:* huc vsque libellus, cuius rescriptum iuxta petita emanauit, vt diximus. Hodie tamen pro similibus, & alijs grauioribus delictis, etiam pro ære alieno in summa notabili, non relaxantur rei, sed vt magis cautè custodiantur, è Turris Nonæ, & Curiæ Sabellorum, alijsquè carceribus in Hadriani Molem transportantur, vt vacante Sede per obitum Clementis Octaui, Leonis XI. Pauli Quinti, Gregorij XV. & Vrbani VIII. seruatum vidimus, fideque
C oculata testamur.

a in antimorn. par. 2. antidot. circa progres. 61 vers. vita functo Innocentio, pag. 240. & 241.
b in glos. facult. Reg. 9. vlt. circa fin. in verb. vacante.
c l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æsti.
d in addit. ad Ciaccon. in vita Alexandri VI. Cardinali 37.

CAPVT XIV.

De Officio S. R. E. Cardinalium Romano Pontifici assistendo.

SVperest, vt Officium Cardinalium, assistentiam Romano Pontifici exhibendam respiciens, enodemus; cuius origo à Platt. *e* relata ita se habet. *Ante annos octingentos Romani Pontifices ad grauiora negocia consultanda cogebant*
D *Concilia, quæ nationalia vocabant, idest Italicorum Episcoporum; quibus tamen Concilijs etiam Presbyteri Cardinales intererant, vt ex Diui Gregorij Synodo* *f* *apparet: in ea enim post Episcoporum nomina, Vrbanorum etiam Presbyterorum leguntur. Sed auctis Ecclesiæ opibus, & insuper accessione temporalis Principatus, cœpit Pontifex in singulos dies consilijs, & adiutoribus egere; Episcopi verò tam sæpè euocari non poterant, eapropter Concilia paulatim omissa sunt, totaquè res ad Cardinalium Senatum redacta est.* Hæc Platta. Ex quo Senatores Patres amplissimi, & Patritij Ecclesiæ à Manfredo *g* nuncupantur; qui sicuti Senatores, & Patritij coram Cæsare assistunt, ita etiam Eminentiss. Cardinales coram Pontifice, ex magni Constantini Imperatoris Sanctione, *h* totiusquè Christianæ Reipublicæ administrationi inuigilare debent. *i*

Atque hinc colligunt Doctores, Cardinales esse in quasi possessione, vt Pontifex
E sine ipsorum consilio ardua non explicet; quod Abbas, alijquè multi scripserunt à Deciano *k* relati. Verùm Romano Pontifici non assistunt Cardinales per modum determinationis, sed ministerij, & consilij, eorumquè vota non diffinitiua, sed consultiua sunt, Paleotto teste. *l* Nec mirum igitur, si multa Romani Pontifices sine Cardinalium consilio expediunt, quia de honestate tantùm, non ex necessitate illud exquirunt, vt Manfredus *m* obseruat. Immo non valere consuetudinem, vt Papa non possit sine consilio Cardinalium ardua statuere, quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ, testatur Abbas. *n* Verùm si magis apertam huius quæstionis notionem habere cupis, Paleottum *o* consule, qui post multa concludit;

Quàm-

e de dignit. & off. Card. cap. 6.
f lib. 4. epist. cap. 88.
g decis. 29.
h c. Constantin. dist. 96.
i c. bona il primo & ibi glos. in verb. generali, de post. Prælat.
k tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 15 num. 4.
l de sac. Consist. consult. par. 5 q. 5 pag. 260. sub litera C.
m de Cardinal. decis. 3.
n in c. 2. num. 3. vers. numquid autem, de cler. nō residen.
o d. tract. par. 1. q. 3. per tot.

Quamuis de necessitate non sit à Summo Pontifice petendum Cardinalium consilium, nihilominus præter Consistorium, quod bis in mense (si cessent impedimenta) celebratur, alia multa constituta sunt Cardinalium Congregationes, in quibus Sedis Apostolicæ negocia matura consultatione decernuntur.

Etenim cum ad Romanam Sedem nedum ea, quæ ad Fidem, Religionemquè pertinent, deferantur, *a* sed aliarum quoque causarum quæstiones, & difficultates deuoluantur (est enim Sedis Apostolica velut arbor illa, quam apud Danielem vidit Assiriorum Rex Nabucdonosor, ad cuius ramos aues conuolabant, & sub cuius vmbra reliqua quiescebant animalia) ideo Summus Pontifex, à quo (velut omnium Caput, & Præsul) cuncta suo ordine disponenda sunt, partitis causis, non vni omnia, sed singula singulis, vt omnes cooperatores existant, & tanquam aquæductus, ex pluribus dispositis Cardinalium Congregationibus, negocia ibi discussa, & examinata pro suprema manus impositione ad eundem Pontificem deferantur, vt Mosconio *b* placet. Vt autem hæc veritas magis elucescat, omnes Cardinalium Congregationes explicabimus infra. A

a c. nouit. de iud.

b de maiest. milit. Eccles. lib. 1. cap. 6. pag. 131.

Cardinales verò à Summo Pontifice ad consilium adhibiti, illarum rerum, quæ tractandæ sunt, cognitionem habere debent, ne casu, aut imparati, sed optimè instructi accedant: nullo enim pacto (vt Diuus Basilius *c* ait) negligentes esse oportet eos, qui Deo placere cupiunt, in cognoscendis, ac pertractandis ijs, quæ officij eorum sunt: & magis ad rem Diuus Bernardus *d* ad Cardinales Curiæ scribens: *Agite* (inquit) *pro loco, quem tenetis, pro Dignitate, qua polletis, pro potestate, quam accepistis*: quibus verbis aptissimè indicat, hoc esse Cardinalium proprium; vt pro communi bono excubent aduersus hæreses, vitiorumquè cunctorum armatas acies infractæ Christianæ virtutis propugnaculum se ipsos exhibeant, & ob hanc potissimùm causam datam eis dignitatem, & potestatem, qua pollent, agnoscant; quam nisi huc referant, talento in terram à seruo nequam abscondito, & defosso, *e* cuius culpa tenebris exterioribus fletu, & stridore dentium æterno vindicata fuit, comparanda erit. Neque committendum, vt cuiusquam Principis gratia, siue auctoritas Cardinalitiam eripiat libertatem: qua in re Alphonsum illum Borgiam postea Calistum Tertium magnopere laudatum accepimus, qui cum vt Aragonensis Alphonso Regi subditus esset, nunquam tamen illius gratia se inclinari, aut flecti passus est quò non debebat; quin etiam cum is aliquando instaret, & vrgeret, vt ad Basiliense Concilium, quod sine Pontificis auctoritate fiebat, sese conferret, liberè, ac fortiter recusauit, immo verò Regi persuasit, vt Neapolitanum bellum, quod ille aduersus Ecclesiæ Dignitatem gerebat, omitteret. Sicut è contra non videtur aliqua nota carere Franciscus Cardinalis Soderinus, non solùm quia (vt dictum est supra) Gallorum Regem ad bellum Siciliæ inferendum litteris commonuit, ex quo in Hadriani Molem, & in carceres coniectus fuit, sed etiam quia, vt Iouius *f* scribit dicere solitus esset; nihil homini petenti excelsa, & præsertim in hac aulæ fortuna versanti, vel vsu melius, vel expeditius esse, quàm duabus omnino sellis sedere. B C D

c in moral. reg 9

d epist. 188.

e in Euangel. Matth. 25.

f in vita Leonis X lib. 2. pag. apud me 42.

Sed mittenda sunt hæc, vt ad institutum redeamus, ad Officium quippe Cardinalium, in assistentia Romano Pontifici ad Sedis Apostolicæ negocia exequenda, consistens. Cuius causa Cardinales à Romana Curia abesse, nisi Legationis causa, nō debent; simplex enim Cardinalis in Curia residens cuiuis Cardinali Legato quoad honores præfertur, ex Gomesij *g* sententia, & scribit quoque Cassaneus. *h* Quamobrem Cardinales in Romana Curia commorantes propter assistentiam Papæ in administratione vniuersalis Ecclesiæ, à suorum Beneficiorum residentia excusabantur, eodem Gomesio *i* teste. Et Cardinalem impetrare posse quemcumque Episcopatum, & nihilominus non in Ecclesia sibi commissa, sed in Vrbe residere debere, scripsit Mandos. *k* Verùm ab hac Mandosij sententia cauendum est, quia secus in sacrosancta Tridentina Synodo *l* sancitum legimus; Cardinales scilicet ad Episcopales Ecclesias regendas electos, in ipsis Ecclesijs, siue Diœcesi commorari debere, neque illinc abesse permissum, nisi causæ ab ipsa Synodo exceptæ concurrant; quæ addit insuper, nisi consecrationis munus intra tres menses recipiant, ad fructuum perceptorum restitutionem teneri. *m* Et ob hanc potissimam rationem dixerunt multi, non esse Episcopos ad Cardinalatum promouendos, neque Cardinalibus Episcopales Ecclesias conferendas; nam si ratione Cardinalatus in Romana Curia residere debent, vt Summo Pontifici in administratione vniuersalis Ecclesiæ assistant, ratione autem Episco- E

g Reg. Cancel. vtriusque signat. comp. pag. apud me 157.

h c. in catal. glor. Mund par. 4. consid. 16.

i in reg. de impetr. benef. vacan. per obit. famil. Card. q. 27. pag. 285.

k in reg. 7. de reseru q. 3. num. 8.

l sess. 23. de reformat. cap. 1.

m d. sess. 23. cap. 2.

Episcopatus in Ecclesijs, siue Diœcesi sibi commissis personaliter residere tenentur, manifesta resultat repugnantia, & impossibilitas vtrumque munus adimplendi, Barthol. Caranza *a* teste.

Eoquè magis vrget argumentum, quia Episcopalis residentia à Iure Diuino procedit, vt in Ecclesiast. *b* legitur in hæc verba. *Rectorem te posuere, curam illorum habe*. Et plura congerunt Caranza, *c* Anton. Pagan. *d* & alij: Pontifex autem Ius Diuinum immutare nequit. *e* Certa igitur videtur esse conclusio, non esse Episcopos ad Cardinalatus Dignitatem promouendos, nec Episcopales Ecclesias Cardinalibus conferendas; qua de re si plura cupis, Bartholomæum Caranzam consule. *f* Quibus, & alijs argumentis ad præmissa confirmanda adductis, & adducendis respondere nititur Rodulphus Cupers, *g* nempe Cardinales in Episcopos promoueri posse, nedum ad Episcopales Ecclesias Cardinalatibus vnitas, sed etiam ad Episcopales à Cardinalatibus disiunctas, quem vide, si lubet. Quomodo autem Cardinales à Romana Curia abesse valeant, docuit Rota apud Verallum. *h*

B Vbi verò Cardinales à Summo Pontifice ad consilium adhibentur, liceat illis, vt par est, secundùm Deum, & Conscientiam liberè, ac impunè loqui quodcumque senserint. Si quid in Consistorijs, alijsuè Congregationibus contra vniuersalis Ecclesiæ bonum, vel honorem proponi, referriquè audierint, sine peccato acquiescere nequeunt, apertaquè fronte impugnare tenentur. Et quàmuis Manfredus, *i* alijquè per eum adducti scripserint, Cardinales non teneri ad Consistorium accedere, si pro comperto habeant, rem iniustam ibi tractandam esse; Paleottus *k* tamen contrariam sententiam veriorem dixit, teneri inquam accedere, eorumquè suffragium palàm, & liberè proferre.

Quæ verò in Consistorijs gesta, dicta, vel narrata fuerint, vota quoque, vel suffragia, quæ in odium, præiudicium, siue scandalum alicuius redundare possent, scripto, aut verbo, vel quouis alio modo nullus Cardinalium sub pœna periurij, & inobedientiæ referat, ex Lateranensi Concilio sub Leone X. *l*

Multoquè fortius, si super aliqua re indictum sit à Romano Pontifice silentium, aliquis verò Cardinalium arcana contra Pontificis præceptum promulgauerit, nedum præmissas, sed latæ sententiæ excommunicationem, ab ea non absoluendus, nisi ab eodem Pontifice cum expressione causæ, & in mortis articulo, se incursurum sciat, ex eodem Concilio, siue Leonina confirmatione. *m* Immo & læsæ maiestatis crimen incurrere Cardinales, secreta Sedis Apostolicæ promulgantes, testatur Gigas; *n* & ex hoc capite absolutum fuisse Franciscum Mariam Vrbini Ducem ab homicidio in personam Francisci Alidosij Cardinalis Papiensis commisso; hic enim Cardinalis Bononiæ, atque Ecclesiastici exercitus Legatus Ducibus Gallis contra Romanam Ecclesiam hostilia arma mouentibus Summi Pontificis, & sacri Collegij secreta nunciabat; ex quo maiestatis reus effectus, licere sibi Franciscus Maria putauit,

D districto ense in illum irruere, vt Carolus Ruinus, *o* hac de re consultus respondit.

a de residens. Episcop. cap. 8. vers secundo confirmatur.
b cap 32.
c d. tract. cap 4.
d de iurisd. & resid. Episcop. sect. 8 in fin. sect. 9 in princ.
e c. literas, de restit. spoliat. Abb. ibi. à nobis, nu. 4. de decim.
f de residen. Episcop. cap. 8. vers. præterea alia etiam via.
g in repet. c. oportebat, 79. dist. in verb. Presbyteris, art. 2. à num. 17. ad fin. pag apud me 266.
h decis. 93. nu. 1. par. 1. decis. 86. seu 5. in verb. indultum, par 2.
i decis. 119. 128 & 137.
k de sacri Consist. consult. par. 5 q 8. vers quibus ita constitutis pag 186.
l Bullar. nou. to. 1. Const. 7. §. 30. pag. 477.
m §. 31.
n de crim. læsæ maiest. q. 5. n. 22.
o cons. 4. lib. 5.

CAPVT XV.

De Cardinalium Congregationibus.

Dictum est supra pluribus in locis S.R.E. Cardinales ad hanc sacrosanctam, & ecclesiasticam Dignitatem ideo promotos esse, vt Summo Pontifici in administratione vniuersalis Ecclesiæ tanquam Senatores, & Consiliarij assistant; cum autem ad Sanctam, & Apostolicam Sedem nedum quæ ad

E Fidem, & Christianam Religionem pertinent, deferantur, sed etiam aliarum quoque causarum quæstiones, & difficultates disquirere, cognoscere, ac terminare pertineat; ideo Paleotto teste *p* singulis hebdomadis, vel saltem bis in mense Cardinales omnes coram Pontifice Maximo conueniunt, quem quidem conuentum Consistorium vocant, de quo primo loco dicendum putaui.

p de sacr. Consist consult par. 5 q. 7. pag. 273.

F CON-

CONGREGATIO PRIMA

Seu

De Consistorio.

A

Consistorium, ut Glossatori *a* placet, est locus, ubi Princeps ad audiendum causas, & iudicandum sedebat; huic opinioni fauet, quod legitur in sacra Pagina, *b* ibi. *At ille sedebat super solium suum in Consistorio Palatij contra ostium domus &c.* cui etiam subscribit se Lucas de Penna. *c*

Verùm Iacobus Guther. *d* Consistorium vocat locum, in quo qui sunt in Consilio Principis, consistunt; & hunc differre ab Auditorio aliquatenus putat, nam in Consistorio Principis & publicæ res,& priuatorum tractantur, in Auditorio autem causæ tantùm agebantur, & Princeps sententiam dicebat, vt apud Vlpianum: *e* & in vtroque Consistoriani Comites consilium præbebant, maxima culmina Dignitatum consequuti, Cassiodoro teste *f* in formula Comitiuæ primi ordinis his verbis. *Spectabilitas clara, & Consistorio nostro dignissima, quæ inter Illustres ingreditur.* Et alibi. *g Hoc igitur laudabile præiudicium sententiam gratiosam, militiam domesticam à duodecima indictione Cancellorum sibi decus attribuit, vt Consistorij nostri secreta fideli integritate custodias &c.* Quibus in locis, sicut etiam supra *h* Cassiodorus videtur Consistorium pro Auditorio Principis vsurpasse: Iacobus autem Guther. inter hos Consistorianos Comites aliquam ponit differentiam; nam alijs Cõsistorium Principis ingredi facultas erat, alijs deliberandi; alij etiam fuerunt Comites ordinis primi in Consistorio, alij ordinis primi intra Consistorium, vt ex Romanis inscriprionibus liquet. B C

a in Auth. de appell. §. ad hæc, in verb. Consistorium
b in lib. Esther. cap 5.
c in l. 1. n. 1 C. de Comit. Consist. lib. 12.
d de off. dom. aug. lib. 1 cap 17
e in l. minor. 19. § 1. ff. de minor. 25. ann.
f lib. 6. variar. cap. 12.
g lib. 9. variar. cap. 6.
h lib. 5. cap. 12. & lib. 6. cap. 6.

Memmio Vitrasio Orfito. V.C. nobilitate actibusque ad exemplum præcipuo, Præfecto Vrbi, Proconsuli Africæ, Comiti in Consistorio Ordinis primi.

Et in alia similitèr Romæ.

Saturnino Secundo V.C. Præsidi Prouinciæ Aquitaniæ Magistro memoriæ Comiti Ordinis primi Proconsuli Africæ item Comiti Ordinis primi intra Consistorium. D

Comites in Consistorio multis negocijs interesse poterant, vt si Legati adirent Principem,& audirentur; si Princeps de causis priuatorum cognosceret: & quod Guther. de Regio Consistorio obseruat, nos de Pontificio dicemus, puta in Consistorijs, quæ vocant publica, quibus præter Cardinales Aduocati Consistoriales, alijquè multi in ipso Consistorio intersunt.

At verò qui intra Consistorium sacrum sunt, hi arcanis Principis interesse meruerunt, in contubernium Imperatoriæ Maiestatis adsciti, vt Spartianus *i* loquitur: & hoc in S.R.E. Cardinalibus hodie apud nos verificari certissimum puto, vt ex infra dicendis manifestius fiet.

i Spart. in Hadrian.

Constat enim duplex esse Consistorium, alterum priuatum, publicum verò alterum: publicum vocant, quod omnibus commune est, non solum Cardinalibus, sed alijs quoque Prælatis, priuatisquè viris, siue clericis, siue laicis, vt Clementis V. *k* verba demonstrant, dum ait. *Præfatis itaque Nuntijs in nostra, & fratrum nostrorum præsentia constitutis, ac secundùm dicti tenorem mandati Auinione, vbi tunc eramus cum nostra Curia residentes, in publico Consistorio, in quo erat Prælatorum, & aliorum tam clericorũ, quàm laicorum non modica multitudo &c.* Et in his publicis Consistorijs vt plurimùm Sanctorum Canonizationes præfiguntur, Principum Oratores audiuntur, Galeri rubri, aliorumquè insignium nouis Cardinalibus assignationes fiunt; Legati quoque de latere ex Legatione ad Vrbem reuersi hic solemni pompa recipiun- E

k in Clem. 1. de iureiur.

recipiuntur, vt ex Cæremoniali Romano *a* liquet: & alia ad rem narrant Sarnens. *b* & Vestrius, *c* vbi de Adnocatis Consistorialibus agit.

Secretũ verò Consistoriũ constituitur ex Romani Põtificis præsentia, astantibus tãtummodo S.R.E. Card. vt ex eodẽ Cæremoniali Romano, *d* Et est notandũ, quòd
A quámuis Papa in cubiculo, vel alibi cũ Cardinalibus conueniat, & cum illis loquatur, votumq; petat; nõ tamen hìc discussa, & pertractata determinationẽ habere dicuntur, cũ proprius consultationis locus ex antiquo instituto sacrum Consistorium esse censeatur, tanquã Congregatio Congregationum, vt est Cardinalis Paleotti *e* sententia.

Quæ verò in priuatis Consistorijs pertractentur, summatìm referre placet. Præmittendũ tamen erit, in hoc Sacrosancto Senatu, cuiuis alteri vniuersi Orbis supremo, & eminentiori, vnamquamque Prouinciam, Regulariũ Sodalitia, Regna, Regesquè omnes suos habere Patres tutelares, quos Protectores vocant, quorum munus est, ad Episcopales, Archiepiscopales, Metropolitanas, Patriarchales Ecclesias, nec non Monasteria, & Abbatias, quas Consistoriales vocant, electos Summo Pontifici, & Purpuratis Patribus proponere; Ecclesiarumquè statum, cuius nempe valoris, quas habeat prærogatiuas, an electio ad Capitulum, Ciuitatem, Prouinciam, Regem, vel alios per-
B tineat, breui compendio referre; nec omittuntur alia quæcumque ad Cultum, Fidem, Religionem, Christiani gregis pacem, ad conseruandam nedum spiritualis, sed temporalis quoque Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ Ditionem pertinentia, vt Tholosanus, *f* alijque ab ipso relati testantur. Cardinalium quoque creationes, Titulorum, siue Ecclesiarum assignationes, optiones, oris obsignationes, & aperitiones, Legatorum de latere electiones hic quoque fiunt, vt in Cæremoniali Romano, *g* & nos diximus alias. Imperatoris quoque, Regum, aliorumuè Principum depositiones (si necessitas postulabit) & Imperij, Regnorum, ac Principatuum collationes Eminentissimus hic Senatus decernit; quæ quidem res cum grauissimæ sint, & manifestam, exploratamquè necessitatem expostulent, idcircò Summi Pontifices, nisi prius expositis in Consistorio rationibus, & consentientibus Cardinalibus, tam magnam agitare mo-
C lem, & aleam iacere non assolent, Belarmino *h* teste. Quod etiam obseruatum fuisse à Gregorio IX. *i* in depositione Friderici II. à Paulo III. *K* in Henrici VIII. Angliæ Regis; à Pio V. *l* in Elisabethæ eiusdem Regni occupatricis legimus; aliaquè multa cognosces ex Manfredo, *m* dum agit, de vocatione DD Cardinalium per D.N. Papam facienda in promotionibus Imperatoris, Regum, aliorumquè Principum, atque illorum priuatione, & depositione. Verùm si Cardinalem Paleottum *n* legas, nil vltra de Consistorio, de officio DD. Cardinalium inibi præstando, rebusquè tractandis inquirendum existimo.

Quo tamen ordine Cardinales in Consistorio sedeant, ex Cæremoniali Romano *o* in hæc verba cognosces. *Secretum Consistorium celebratur in aula aliqua Palatij Apostolici remotiori* (*Cameram Papagalli, quæ est in Vaticano, appellant*) *Sedes Pontificalis parieti adhæret in medio; surgit à solo sine thalamo, aut gradibus, scabellum*
D *habet magnum, super quod Pontifex tenet pedes, & aliud paruum, per quod ad maius ascenditur. Scabella pro pedibus* (seu sedibus) *Cardinalium ante Pontificem locantur in forma quadrata à dextra, & à fronte sedent Episcopi, & Presbyteri suo ordine vnus post alium. Prior Episcoporum primus est post Pontificem, deinde alij; à sinistra verò prior Diaconorum primum iuxta Papam obtinet locum, alij deinde sequuntur: vltimus Presbyterorum proximus est vltimo Diaconorum, inter quos nemo Cardinalium sedet. Pontificis Sedes aureo panno est ornata; scabella Cardinalium nuda sunt, sed picta rubeo colore, cum armis Papæ. Locus inter sedem Papæ, & scabella Cardinalium tapetis sterni consueuit: vltimus Diaconorum tintinabulum, seu campanellam retinet, vt signum faciat custodibus Consistorij, si Pontifex, aut Patres ab eis aliquid velint. In angulis ante faciem Pontificis scabella duo hinc inde remouentur, quoad*
E *omnes conuenerint, vt inde tanquam per ostia intrent Cardinales ad sedendum; cum omnes congregati sunt, illa duo scabella restituuntur in locum suum. Pontifex si est pronunciaturus Cardinales, siue Prælatos, consueuit exire paludatus, & mitratus; in alijs negocijs cum suo rochetto, & paruo capputio, quàmuis hodie rarò, nisi in principio Pontificatus, exeat cum pluuiali, & mitra: alij omnes præter Cardinales excluduntur, cum tractare incipiunt Consistorialia. Duo secreti* Cubicularij (quos fortasse antiqui Comites in Consistorio appellabant) *pro foribus Consistorij excubant cum suis capputijs super collum inuersis, vt præsto sint, si signum fiat. Pontifex negotia incumbentia in Senatu proponit, deinde per ordinem sententias rogat; quisque surgens*

F 2 *senten-*

a sect. 8. cap 6. & sect. 9. cap. 1.
b in reg. vtri sig. comp. vers. sed quare Papa, pag. 152.
c in pract. lib. 2. cap. 18.
d lib. 1. sect. 9. cap 3.
e de sacri Consist. consult. par. 3 q. 111. pag. apud me 109
f in syntag. iur. vniu. par. 2. lib. 15. cap. 4. nu. 15.
g lib. 1. sect. 8. ferè per tot.
h de potest Papa in tempor. cap. 12
i Const. 13. Bullar. nou. tom. 1. pag. 59.
k Const. 7. d. Bullar pag 619.
l Const. 101. d. Bullar. tom. 2. pag. 305.
m de Cardinal. cap. 12.
n de sacri Consistor. consultat.
o lib. 1. sect. 9. cap. 3.

sententiam suam dicit, iuxta maioris partis sententiam Pontifex decernit. Hactenus Cæremoniale de Sacro Pontificis, & Cardinalium Consistorio. Cuius vmbram in Valeriano Imperatore delineasse videtur Flauius Vopiscus *a* his verbis. *Cum consedisset Valerius Augustus in Thermis apud Byzantium præsente exercitu, præsente etiam Officio Palatino, assidentibus Memmio Fusco Consule ordinario, Bebio Macro Præfecto Prætorij, Quinto Ancario Præside Orientis, assidentibus etiam à parte leua Auulnio Saturnino Scythici limitis Duce, Murentio ad Aegyptum destinato, Iulio Tryphone Orientalis limitis Duce, & Meceo Brundusino Præfecto annonæ Orientis, & Vlpio Crinito Illyriciani limitis, & Thraciæ, & Fuluio Boio Duce Rhetici limitis, Valerianus Augustus dixit &c.* Hæc Vopiscus. A

a in Aureliani vita pag. apud me 352.

Sed redeundem est in viam: Cum negociorum grauitas, & multitudo in dies magis ac magis ad Apostolicam Sedem deuoluantur, solusque Pontifex omnibus satisfacere, & Consistorium semper, omnesquè Cardinales insimul conuocare sit impossibile, summa quidem prudentia factum videmus, rerum peragendarũ molem in varios, ac inter se distinctos Cardinalium Conuentus (Congregationes appellant) æqua lance diuisam, & iuxta cuiusque rei indigentiam assignatam; itaut Cardinales ipsi non omnes omnibus Congregationibus intersint, sed vt partiti oneris portionem leuiùs ferant, diligentiùs examinent, Pontificem denique pro suprema manus appositione commodius consulant, certi certis fuerint adlecti: quod ex infra dicendis magis apertum erit. B

CONGREGATIO II.

De Sacra Inquisitione, siue de Sancto Officio.

QVoniam Fides, sine qua impossibile est placere Deo, totius spiritualis ædificationis fundamentum est, nam vt Doctor Angelicus *b* cecinit

Ad firmandum cor sincerum
Sola Fides sufficit. C

ideo Sanctæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem vti firmissimum Catholicæ Fidei propugnaculum erecta est Congregatio; cui ob summam tantæ rei grauitatem Romanus ipse Pontifex in Vrbe præsidet, à Paulo III. Ioanne Petro Card. Caraffa ad Pontificatum postea Pauli IV nomine euecto, suadente, *c* primùm instituta; *d* à Pio IV. *e* & Pio V. *f* postmodum aucta, multisquè decorata priuilegijs. Sixtus verò V. cum eodem fermè tempore quindecim Congregationes siue instituisset, siue confirmasset, hanc primam in ordine confirmauit, & omnia, quæ à suis Prædecessoribus, ad illam gratijs, & priuilegijs excolendam, exornandam, & augendam sancita fuerant, nouo, quatenus opus esset, fulcimine roborauit: *g* & pauca quædam addidit quoque Clemens VIII. *h*

Sed antequam hæc instituta esset Congregatio, non defuit tamen Dominorũ Cardinalium cura, & vigilantia, quæ regiones, & loca hæresibus, erroribus, ac superstitionibus contra vetam, & orthodoxam Fidem infecta inquireret, & perscrutaretur, Romanoque Pontifici pro tempore existenti referret, vt salutarem adhiberet medelam; quod ex Concilio Lateranensi Leone X. sedente confirmato *i* innotescit. Quandoque etiã Cardinales de latere Legatos tanto muneri præfectos fuisse constat ex Clementis VI. diplomate, Bertrando tituli S. Marci Presb. Card. anno Dom. 1347. directo, & à Penia inter Apostolicas literas ad hãc rẽ facientes relato pag. apud me 164. D

Archiepiscopis quoque, & Episcopis in eorũ Ecclesijs, & Diœcesibus particularibus, si illas de heresi suspectas habeãt, bis, aut saltẽ semel in anno, per se ipsos, vel alios idoneos, & prouidos Visitatores inquirendi munus iniunctũ habes ab Innocentio III. *k* & innouatum per Sac. Conc. Trid. *l* Quibus etiam Episcopis concessum est, Clericum pro hæresi seculari Curiæ tradendũ, conuocatis Abbatibus, alijsq; Prælatis, & Religiosis personis suæ Diœcesis degradare, ex Greg. IX. Sanctione. *m* Quæ quidem facultates adeo Episcopali Dignitati inhærent, vt licèt Papa super processu contra hæreticos formando aliũ deleget cum clausulis generalibus, non tamen intelligitur derogasse facultatibus Ordinarij; sed super eodem facto Episcopus, & Inquisitor à Papa delegatus coniunctim, vel diuisim sententiã proferre possunt; siquè in ea discordent, Pontifex ipse consulendus erit; quod à Bonifacio VIII sancitum leges. *n* Pro cuius Sanctionis pleniori intelligentia consulendus est Franciscus Penia. *o* Adeo quoque Episcopali Dignitati defertur, vt si aliquis Episcopus hæretica labe infectus deregatur, E

b in hymno augustissimi Sacramenti Stroph. 4.
c Panuino teste in eius vita
d in Constit. 34. Bullar nou tom. 1. pag. 670.
e Constit 79. to. 2. pag 111.
f Constit. 1. pag. 199. const. 22. pag. 200. & const 23. pag 201. eod. tom.
g in Constit. 74. in 1. Congreg. Bullar. nou. tom 2. pag. 6 2.
h Const 76. Bullar. nou. tom. 2. pag. 113.
i in bulla confir. 7. in ordine, 9. 26. bullar nou. tom. 1 pag. 476.
K in c. excomm. §. adijcimus de heret.
l sess 24. cap. 3. de reform
m c. 1. de haret. in 6.
n c. per hoc, de haret. in 6.
o in 3. par. Director. schol. 75. pag. apud me 196

tur, locorum Inquisitores contra eum inquirere nequeant; tenentur tamen hos Episcopos, vel alios superiores Prælatos hoc crimine diffamatos, vel suspectos Apostolicæ Sedi denunciare, eodem Bonifacio VIII. ita mandante, *a* & Eymer. *b* referente; quod etiam Pio V. placuisse legimus. *c*

A Cum autem ad Rom. Curiam multæ causæ sicut hodie, ita etiam antiquiori æuo ab Inquisitoribus, & Episcopis in partibus decisæ per appellationē deuoluerentur, & pro sustinendis eorum sententijs ijdem priuati Inquisitores ad hanc Curiam accedere maximo eorundem dispendio, & negociorum ad Fidem pertinentium periclitatione cogerentur, Eymer. teste: *d* Ideo Vrbanus IV. anno salutis 1263. vt prædictis occurreret sumptibus, & incommodis, omnium primus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano generalem Inquisitorem in Vrbe creauit, quem alij particulares Inquisitores cōsulere possent, vt testatur Franciscus Penia, *e* qui prædicti Vrbani IV. delegationis fragmentum ex Inquisitione Bononiensi acceptum in hæc verba refert. *Periculosa, & grauia impedimenta, quę in prędicto negotio vobis emerserint, dilecto filio nostro I. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. quem eidē prefecimus negotio, significare curetis; super alijs verò impedimentis quibuslibet, quę siue ex defectu sociorū,*

B *siue aliàs ex quacumque causa vobis in ipso negotio emergere fortè contigerit, & personalitèr, si opus fuerit, ad Cardinalē recurratis eundem, & per literas vestras, seu nuntios securè ipsi Cardinali omnia intimare curetis; vt nos per eū sufficientèr super præmissis instructi, contra impedimēta huiusmodi prouideamus de remedijs oportunis &c.* Verùm Alexandrum IV. qui Vrbano IV. immediatè prædecesserat, tres Cardinales Presbyteros, & Episcopum Tusculanū ad audiendum, confutandumquè errores Gulielmi de S. Amore, delegasse, Frater Ferdinandus de Castiglio *f* testatur.

Nec viris tantummodo in Ecclesiastica Dignitate cōstitutis, sed temporali quoque dominatu pręfulgentibus hoc negocium demandatum fuisse constat: habes enim Innocentij IV. literas, *g* Potestatibus, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatū, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Triuisanę, & Romaniolæ directas, nec nō Ale-

C xandri IV. nobilibus viris Baronibus, Castellanis, Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, Antianis, Prioribus, & eorum Officialibus, nec nō Communitatibus Ciuitatū, Castrorum, & locorum Prouinciæ Romanæ, quæ continet Vrbem cum suo Districtu, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Sabinam, Reate cum sua Diœcesi, Campaniam, & Maritimam, eandem materiam continentes literas, *h* editas anno Dom. 1260. quas nonnullæ Ciuitates Ecclesiasticæ Ditioni subiectę in suorum Statutorum voluminibus inferendas curarunt, signantèr Ciuitas Vrbenetana Patria mea; *i* cōtra Patarenos (quorum hæresis Greg. IX. sedente maximè vigebat, vt ex ipsius literis an 1236. editis, & à Penia *k* relatis cōstat) aliosquè hæreticos huic Greg. IX Sanctioni inhærens pœnas edicendo: quod tamen Statutum, sicut & cætera omnia tam ecclesiastica, quàm secu-

D laria contra hæreticos edita, interpretationi huius Sac Congreg. subijciuntur ex Innocentij IV. Sanctione, *l* qui alias quoque Constitut. ad rem edidit, loco citat. Nicolaus etiam IV. propag. Fidei cupidus, an. Pontif. primo in Venusino Comitatu, & in nonnullis Galliæ Prouincijs S. Inquisit. Tribunal instituit; Venetijs an secundo, & id muneris Minoritis dedit; an. tertio in Syria, & Palestina, vt addentes ad Ciaccon. *m*

Sed hodie nihil vlterius in hac re desiderari posse videtur, cum singulari Romanorū Pontificū prouidentia erecta sit Eminentissima hæc Congregatio, cui præter Pontificem ipsum, & S.R.E. Cardinales, quamplures alij doctissimi viri præsident, qui alijs quibusuis huius rei Iudicibus, & Inquisitoribus in toto Christiano Orbe consistentibus consilium, opemquè suppetunt, ac prudentissima responsa decernunt.

Quanta verò sit huius Sac. Congreg. auctoritas, & iurisdicendi facultas, ex iam supra relatis Summorum Pontificum Constitutionibus liquet, & colligit Eymer. *n* Quædam autem præcipua summatim referre haud inutile duxi.

E Inquisitores, vbi Christiana fulget Religio, deputat, appellationes ab ipsorum sententijs audit, contra quoscumque quantumuis priuilegiatos procedit, etiam Prelatos, vt prædictæ Pauli III. *o* & Pij IV. *p* Constitutiones probant.

Cōtra Sacerdotes, mulieres in Cōfessione sollicitātes, idē Pius IV. *q* procedi mādat. Notarios quoscumque etiam Clericos seculares, & regulares in causis Inquisitionis eligit, eodem Pio IV. indulgente. *r*

Dicta testium cōtra schismaticos, & hæreticos examinatorū publicare nō tenetur; neque de processibus alteri, quā Romano Pontifici, rationē reddere; idem Pōtifex. *ſ* Libros prohibitos apud se retinere, & legere, alijsquè retinendi, & legendi licentiā

conce-

a c. Inquisitores, de hæret. in 6.
b in Director. Inquisit. par. 3. q. 17
c in Const. 82. §. 6 bullar. nou. to. 2 pag 280.
d in 3. par. Direct. sub nu 128. & 129 pag apud me 302.
e in schol ad 3. par. Director. lib. 3. schol. 10.
f in histor. Ordin. S. Dominici par. 1. lib. 2. cap. 53.
g in Bullar. nou. tom 1. pag. 60.
h Bullar. nou. to. 1. pag 93.
i in volum. Statutor. lib. 3. cap. 31.
K inter literas Apostolicas Off. S. Inquisitionis cōcernentes pag. 3.
l Const 19 Bullar. nou. tom. 1. pag. 77.
m in vita huius Pontif. col. 790. vers propaganda.
n in suo Direct. Inquis par. 2. in princ. pag. apud me 97. vsque ad 89.
o Const. 34. à §. 3. vsque ad 8.
p in Const. 51. Bullar. nou. tom. 2. pag. 66. & in alia apud Peniā pag. 108.
q Cōst. 31 pag. 46
r Cōst 36 pag. 51
ſ Cōst. 40 pag. 54

concedendi,qui huic Congreg. assistunt,facultatē habent,eodē Pio IV. permittente: *a* quod quidē priuilegiū nulli alteri,etiam Cardinalibus,Episcopis,Prælatis, Imperat.& Regibus cōcessum esse,Prosper Farinac. *b* scribit.Sed ipsis quoq;huic nostræ Congreg. interessentibus quoad opera impij Caroli Molinæi facultatē restrinxit Clem. VIII. *c*

De sortilegijs autem,& diuinationibus(hæresim manifestam non sapientibus)ac de vsurarum quæstionibus non cognoscit,Alexandro IV. vetante *d* Verū contra astrologos,quos vocant iudiciarios,& contra quæcumque diuinationū genera,& huiusmodi libros detinentes,ac legentes procedendū Sixtus V. *e* edixit,& san.me.Vrban.VIII confirmauit: meminit etiam Mart.in tract. de iurisd.par.1.cap 6.n 22.videndus Quorum quidē temeritatem,seu magis insaniam etiā ethnicis displicuisse Principibus Tacitus *f* testatur his verbis. *Genus hominum potentibus infidum,sperantibus fallax, quod in Ciuitate nostra & vetabitur semper,& retinebitur*:& alibi.*Facta de Mathematicis,Magisq; Italia pellendis Senatusconsulta,quorū è numero L. Pituarius Saxo deiectus est*; vbi Lipsius multa obseruat videnda.Et cōtra huiusmodi iudiciorum Dei insanos scrutatores sæuissimas sumpsisse pœnas Valerianū,& Valentem Imperatores, testis est Ammianus Marcellinus. *g* Constantius quoque Imperator,& Iulianus Cæsar hæc ad populū edixere. *h* *Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas, etenim supplicium capitis feret gladio vltore prostratus, qui iussis obtemperare denegauerit.* Alia si cupis,Bulenger. *i* legas,qui ad saturitatem hac de re agit;& Baron. *k* legē contra Aurusplices latam à Constant. Imperatore refert,quæ est in Cod. Theodos. *l* Nec prætermittenda putaui,quæ Iulius Paulus *m* tradidit in hæc verba.*Vaticinatores,qui se Deo plenos assimulant,idcirco Ciuitate expelli placuit,ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur,vel certè ex eo populares animi turbarentur; ideoq; primùm fustibus cæsi Ciuitate pelluntur. perseuerantes autem in vincula publica coniiciuntur,aut in Insulam deportantur,vel certè relegantur.* Et paulò infra; *Qui de salute Principis,vel summa Reipublicæ mathematicos, ariolos,baruspices,vaticinatores consulit,cum eo,qui responderit,capite puniuntur &c* Et sequitur.*Non tantū diuinatione quis,sed ipsa scientia, eiusque libris melius fecerit abstinere : quòd si serui de salute dominorum consuluerint,summo supplicio, idest Cruce afficiuntur; consulti autem si responsa dederint,aut in metallum damnantur,aut in Insulam relegantur.* Hactenus Iul. Paul.

A B C

Contra quoscumque Regulares in causis hæresis,etiamsi eorum Superiores in cognitione præuenerint,cognoscit,& iudicat, ita Paulo V. *n* mandante.

Contra eos,qui ad Presbyteratus Ordines non promoti sacrilega temeritate Missas celebrare,& ecclesiastica Sacramenta tractare audent,ex Greg. *o* XIII. & Clementis VIII. *p* aliorumquè Pontificum Sanctionibus procedit

Prædicantes, aut proponentes scandalosas propositiones, vel à Fide discrepantes, huic Congregationi subijciuntur corrigendi, vt Paulo III. *q* placuit.

Magistratus, & alios quoscumque Officiales ad sententias in hoc S. Inquisitionis Tribunali latas exequendas, ac scripturas quascumque ad rem facientes exhibendas, cogit, Alexandro IV. *r* mandante. D

Bona damnatorum in hæretica prauitate culpabilium repertorum in opus S. R. E. conseruare debet,ex eiusdem Pontificis diplomate. *s*

Notarij, alijquè huius Congregationis Ministri à quouis Sedis Apostolicæ Officiali absque ipsius Sedis expressa licentia excōmunicari,suspendi, vel interdici nequeunt; ita Vrbano VIII. placuit. *t*

Sicut etiam contra Officiales,& Nuncios Sedis Apostolicæ Inquisitores hæreticæ prauitatis Censuras ecclesiasticas fulminare non possunt sine speciali ipsius Sedis licētia;de illorū tamen excessibus informationē capere,& Summo Pontifici nunciare valent: ita à Ioanne XXII. *u* sancitum habes.Hæc tamen restrictio nō vindicat sibi locū in hac nostra Congreg.Pius enim IV. *x* Card.Reipub.Christianæ generalib. Inquisit. in Vrbe contra Prælatos hæreticos,vel hæreticorū fautores procedendi facultatem fecit; Episcopis tantùm exceptis,quorum causæ Pontifici renunciandæ sunt,priusquam ad eorum depositionem,aliasquè pœnas procedatur, ex Pij V. *y* reseruatione. E

Si Christianus tanta dementia capiatur, vt ad iudęorum ritus transire non erubescat,vel iudęus iam conuersus ad veterem insaniam reuertatur, huius Tribunalis notioni subiaceat, ex Nicolai IV. *z* & Gregorij XI. *a* responso.

Hæreticos ad Ecclesias cōfugientes extrahunt Inquisitores, nec ab Ordinarijs Iocorū impediri possunt; immunitate enim non gaudent, vt est Ioannis XXII. *b* decisio.

At

a Const.82 pag. 112.
b tract.de hæres. q.180. §.1.n.11. in 7 ampliat.
c Const.89. §.4. Bullar nou. tom 3 pag.138.
d in c.accusatus § sanè. & §. seq. de h ret. in 6.
e in Constit. 17. Bullar.nou, to.2. pag 510.§.3.& 4
f lib.1. hist. pag. apud me 413. & lib.2.ann pag 65
g lib. 29 paulò post prin.& alibi.
h in Theod Cod. tit 16. de malef. & mathem.lib.9
i de ratione diui nation. lib.1.& 2
k in annal.pag. 198 tom 3.anno Christi 319.
l l.1. de malef.
m lib 5. sentent. recept. tit. 21. de vaticin. & mathemat.
n in Constit.26. aliàs 19. Bullar. nou. tom. 3. pag. 210.
o Constit.31 bullar. nou. tom 2. pag 387.
p Const.81.to.3. pag.128.
q in Constit 30. §.2.to.1 pag.659
r Const 17. & 18 d to. pag.92.
s Const.21. pag. 93.
t Const.4.d to.1 pag. 59.
u in extrauag. cum Matthæus, de hæret.
x in Constit.67. Bullar nou. to 2. pag.97.
y Const-82. §6. d. Bullar.& tom. pag 280
z Const.1 d Bullar to 1 pag.126.
a Constit 2 pag. 220.
b Const. 1. Bullar. nou. tom. 1. pag. 53.

At ad hoc vide Constitutionem Gregorij XIV. super Ecclesiarum immunitate edita. *a*

Armatam Curiam, & Satellitis habere potest hoc Tribunal, ita tamen, vt actus virtute modestiæ sic componat, quòd nemini ad scandalum, vel nocumentum esse possint, vt idem Pontifex edixit. *b*

A Huius Tribunalis iurisdictio per adiunctionem alterius iudicis non diminuitur in procedendo; & contra testes falsum in causis Fidei deponentes procedit, Curiæquè sæculari tradere potest, Leone X. sic iubente. *c*

Christianos Fidem abnegantes, Sacramentis abutentes, maleficijs, & sortilegijs alios lædentes debitis submittit pœnis, ex Hadriani VI. Sanctione: *d* & ab Alexandro VI. quoque editam in hoc Constit. habes ibi.

Inquisitores hæreticæ prauitatis mutuò se ab excommunicatione absoluunt ex concessione Vrbani IV. *e*

Quas verò pœnas incurrant offendentes statum, res, & personas sanctissimi huius Tribunalis, Iulius III. *f* & Pius IV. *g* edixerunt.

Quod à maiori parte eorum, qui huic sacræ Congregationi in Vrbe interesse debent, decretum, & sancitum fuerit, ab omnibus factum censeri iubet Pius V. *b*

B Cardinalibus huius SS Tribunalis obediant omnes alij Officiales, quantumuis in Vrbe, & extra priuilegiati, & iurisdictionis culmine præfulgentes: carceratos quoscumque pro quibusuis delictis, & debitis, etiam atrocibus, ad hoc Tribunal delatos, seu denunciatos, suspensa aliorum criminum cognitione, hic pro delato hæresis crimine retinendos, & expediendos, atque ad suos postea iudices remittendos, voluit idem Pius V. *i*

Causas iam decisas, vt iterum decidantur, hæc sacra Cardinalium Congregatio reassumere potest; sententiæ enim in fauorem reorum de hæresi inquisitorum, non seruato stylo, & dispositione huius eminentissimi Tribunalis, in rem iudicatam non transeunt, eodem Pio V. *k* statuente.

a Const. 7. Bullar. nou. tom. 2. pag 694.
b Constit. 9. d. Bullar pag. 162.
c Const. 43. pag. 542. & Const. 29 pag 521. tom. I.
d Const 2. d tom. pag. 548. Const. 12. Bullar. vet. pag. 148.
e Const. 1. in appendice. 3. pag 7.
f Const. 2. Bullar. nou tom. 2. pag. 703.
g Const. 82. pag. 279. tom. 2.
h Const 23. d. tom 2. pag. 201.
i Const. I. d. Bullar. pag. 177.
k Constit. 22. d. Bullar. pag 200.

Eminentiss. verò Cardinales, alijquè tanto muneri præsidentes bis in hebdomada

C insimul conueniunt ad causas discutiendas, & decidendas; die scilicet Mercurij in Cœnobio S Mariæ super Mineruam, die verò Iouis coram Summo Romano Pontifice; & si alter horum dierum ex vrgentissima causa impeditus fuerit, non intermittitur Congregatio, sed in præcedentes, vel alios commodiores dies transfertur.

Quandoque etiam, vt in carceribus detentos audiant, & expediant, in domo Inquisitionis à Pio V. extructa conueniunt, vbi hanc habes inscriptionem.

PIVS V. PONTIFEX MAXIMVS
CONGREGATIONIS S. INQVISITIONIS
DOMVM HANC
D QVA HÆRETICÆ PRAVITATIS SECTATORES
CAVTIVS COERCEANTVR
A FVNDAMENTIS
IN AVGVMENTVM CATHOLICÆ RELIGIONIS
EREXIT.
ANNO MDLXIX.

CONGREGATIO III.

De Propaganda Fide.

E EVangelica veritate docemur, & intemeratæ veritatis oraculum apud Ioannem *l* extat. *Oues mea vocem meam audiunt; & alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.* Hoc autem vt re ipsa D.N Iesus Christus perficeret, carnem sumere, manibus tradi nocentium, Crucis subire tormentum, & deperditum Mundum sanguine precioso redimere dignatus est; postquam verò à mortuis resurrexit, Discipulis, quos elegerat, apparens dixit. *Euntes in Mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

l cap 10.

Quod quidem præceptum licèt omnes respiceret Apostolos, Petro tamen, qui omnibus præstabat prærogatiua Principatus, & cui soli, vt pasceret oues suas, iniunctum fuerat,

fuerat, præcipuè factum fuisse Successor illius Gregorius XV. existimans, vt quæ illi commissa fuerant, sibi quoque à Christo Domino dicta, suæquè Pastorali curæ iniuncta cognoscens; errantium verò, & dispersarum ouium, quæ Christi ouile, vel nunquam cognouerunt, vel cognitum dolis Sathanæ deseruerunt, numerum esse penè infinitum, vt tantæ animarum iacturæ, quantum in se esset, pro viribus occurreret, medelamquè salutarem afferret, prædecessorum quoque suorum, Leonis X. *a* po- A tissimùm, vestigijs inhærendo, qui omnibus S R E. Cardinalibus, vt Catholicam Fidem conseruandi, & propagandi curam vnà secum assumerent, iniunxit, peculiari sollicitudine permotus, præcipuos aliquot S.R E. Senatores, Prælatos, ac Religiosos viros, ac Secretarium elegit, Congregationemquè hanc de Propaganda Fide nuncupandam instituit, *b* cuius dispositionem infra enarrabimus.

a Const 7.§.26 Bullar.nou.tom. 1.pag.476.

b Const. edita Kalen. Iulij Pōtif. sui anno 2.

Sed longè ante Leonem X anno scilicet humanæ salutis 880. percurrenda sunt, quæ de S Methodio Moraniæ Apostolo Baronius scribit: *c* hic enim rationem Fdei, quam prædicabat, redditurus, à Ioanne Pontifice huius nominis VIII. Romam accitus, sicut olim Paulus *d* ex Arabia venit Hierosolymam Euangelium conferre cum Petro, nec ipse venire distulit, Fidem, quam ipse profitebatur, coram Pontifice palàm exponens, ac verus comprobatus Apostolus, receptis ad illius Prouinciæ Prin- B cipem testimonialibus literis ad opus ministerij, Fidem quippe Catholicam propagandam, reuerti iubetur. Et cum eodem tempore dubitatum sit, an tribus tantùm linguis, hebraica, græca, & latina laudes Domino annunciandæ essent, ab eodem Pontifice sancitum habes, omnibus linguis Dominum esse laudibus cumulandum, auctoritate Regij Prophetæ, *e* dum cecinit. *Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi*. Et Apostoli, *f Repleti Spiritu Sancto loquuti sunt omnibus linguis magnalia Dei*. Et Vas electionis Paulus *g Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in Gloria est Dei Patris &c.* Honorium quoque huius nominis IV. anno sui Pontificatus 2. Parisijs Collegium instituisse, in quo Arabicæ, & aliarum quarundam linguarum peregrinarum cognitio, quæ Propagandæ Fidei vsu esse posset, scribit VVadding. in annal. Minor. sub annis 1285 & seq. relatus à Victorello. *b* C

c annal tom.10. pag.596. num.1. & seq.

d Galat.1.

e Psalmo 116.

f in Act. Apost.2

g Philip.2.

h in addit. ad Ciaccon. in vita Honorij IV. ad fin.

Sed redeamus iam ad Gregorium XV. cuius Constitutione supra indicata cautum est, vt coram Summo Pontifice semel, & in Domo antiquioris Cardinalis saltem bis quolibet mense insimul conueniant.

Omnia, & singula negocia ad Fidem in vniuerso Orbe propagandam pertinentia cognoscant, & exquirant, summa prudentia, animiquè circumspectione decidant, grauiora tantummodò Summo Pontifici reseruando.

Ministros, & operarios eligit, ad ferendam, & colligendam messem toto Orbe diffusam transmittit. Quod à prædecessoribus Romanis Pōtificibus sæpius factitatum legimus, signantèr à Gregorio IV. cuius auctoritate Ludouicus Pius sex Monacos S.Benedicti misit in Daciam, Sueciam, & Gothiam ad prædicandum Euangelium, D qui adeo diligentèr suum munus obierunt, vt breui temporis spatio immanes illas, barbarasquè Nationes ad Christi Fidem, & cultum traduxerint, Ciaccono teste. *i*

i in vita Gregorij IV.

Ne verò Operariorum paucitate Sanctum destituatur opus, Pauli V. prouidentia Carmelitarum Discalceatorum Seminarium in Vrbe sub inuocatione S. Pauli erectum habes, *k* cuius quidem institutum est, vt alumni diuersas linguas, & scientias edocti, ad hæreticorum, schismaticorum, & quorumcumque infidelium conuersionem ab eorum Superioribus mittantur.

K Constit. 78. alids 50. Bullar. nou. tom. 3. pag. 313.§.3.

In Concilio quoque Viennensi, Clemente V. sedente, & in volumine Clementinarum *l* impressam Sanctionē habes, in Studijs Romanæ Curiæ, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, Salamantino hebraicam, arabicam, & chaldæam linguas per duos in qualibet lingua Magistros edocendas esse, vt peritia linguarum huiusmodi qui ad E Euangelizandum mittuntur edocti, infideles ipsos sciant, & valeant sacris institutis instruere, Christicolarumque Collegio per doctrinam Christianæ Fidei, ac susceptionem sacri Baptismatis aggregare.

l Clem.1.de magistr.

m Const 65.§0.3 Bullar. nou. pag. 254.

His quoque linguarū studijs operā dare Regularibus præcepit Paulus V. *m* & scholaribus, qui harum trium linguarum peritiam habuerint, vt cæteris paribus in sui Ordinis honoribus aliis præferantur indulsit, §. 4.

Verùm quia temporalia maximum præbent spiritualibus adiumentum, vt ex ijs, quæ Ioannes XXII *n* edixit, innotescere potest, ideo præfatus Gregorius XV. prę-

n in Extrauag. cum inter, cap.4. de verbor. signif.

ter

ter ea, quæ ex priuata eius Archa suppeditari mandauit, quæuè piorum fidelium liberalitate collata sunt, cum Sanctæ, & Apostolicæ Sedis hoc proprium, ac peculiare sit negocium, certos huic operi redditus à Camera Apostolica persoluendos in perpetuum attribuit, illorumquè administrationem ijsdem Cardinalibus huic Congre-
A gationi præpositis commisit.

CONGREGATIO IV.

De Immunitate Ecclesiastica.

BOni Principis Officium esse Ecclesias, & Ecclesiasticas defendere, ac venerari per-
B sonas, Nicolaus I. Pontifex Theodorico Regi, & Leo IV. Lothario Augusto scribentes demonstrant. *a* Sed nullo pacto reticenda sunt, quæ Athalaricus Rex Clero Romanæ Ecclesiæ, Cassiodoro teste, *b* scribit. *Tanto* (inquit) *Diuinitati plurima debemus, quanto a cæteris mortalibus maiora suscepimus: nam quid simile rependat Deo, qui potitur Imperio? Sed licèt pro tanto munere nihil compensari possit idoneè, ipsi tamen gratia redditur, dum in seruientibus honoratur: itaque flebili aditione causamini, hoc fuisse longæ consuetudinis institutum, vt si quis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientem aliqua crederet accusatione pulsandum, ad supradictæ Ciuitatis Antistitem, negocium suum dicturus, occurreret; ne Clerus vester forensibus litibus profanatus, negocijs potius secularibus occupetur; addentes Diaconum quoque vestrum ad contumeliam Religionis tanta executionis acerbitate compulsum, vt Saius cũ propria custodiæ crederet mancipandum; Presbyterum quin etiam Romanæ Ecclesiæ pro leui-*
C *bus causis assertis criminalitèr impetitum; quod nobis pro ingenita reuerentia, quam nostro debemus Auctori, displicuisse profitemur, vt qui pridem sacris meruerant inseruire ministerijs, conuentionibus irreuerentèr nefarijs expositi iniurijs subiacerent: sed aliorum plectenda subreptio nobis obtulit plenissimæ laudis euentum, vt causa contingeret præstandi, quæ nos Cœlestibus commendarent auxilijs. Atque ideo considerãtes Apostolicæ Sedis honores, & consulentes desiderijs supplicantium, præsenti auctoritate moderato ordine definimus, vt si quispiam ad Romanum Clerum aliquem pertinentem in qualibet causa probabili crediderit actione pulsandum, ad Beatissimi Papæ iudicium prius conueniat audiendus; vt aut ipse inter vtrosque more suæ Sanctitatis agnoscat, aut causam deleget æquitatis studio terminandam. Quòd si quis extiterit tam improbus litigator, atque omnium fuerit iudicio sacrilega mente damnatus, qui reuerentiam tantæ Sedi exhibere contemnat, & aliquid de nostris affatibus crediderit*
D *promerendum, ante alicuius conuentionis effectum, decem librarum auri dispendio feriatur, quæ à Salatinis sacrarum largitionum protinus exactæ, per manus sæpe memorati Antistitis pauperibus erogentur: carensquè impetratis negocijs quoque sui admissione mulctetur. Dignus est enim duplici pœna percelli, qui & Diuinam reuerentiam, & nostra iussa temerarit &c.*

a in c. cæterum, & in c. vestram, dist. 10.
b lib. 8. var. epist. 24.

Alia multa de Clericorum immunitate Belarminus *c* scribunt, & Iulius Cartharius Conciuis meus, dudum almæ Vrbis Senator in sua locupleti Disputatione pro ecclesiastica immunitate elaborata.

c de potest. Pap. in temp. cap. 35.

Ecclesiarum verò priuilegia confirmasse, in contrarium inducta substulisse Valentinum, & Martianum Imperatores eorum indicat Sanctio. *d*

Statuta autem contra libertatem ecclesiasticam ipso iure nulla, & de Statutorum
E volumine abradenda Fridericus Imperator edixit. *e*

d l. priuilegia, C. de sacros. Eccles.
e in Auth. cassa, C. eod. tit.

Verùm quia nedum ipsamet Ecclesia, illiusquè Ministri hoc priuilegio immunitatis gaudent, sed alijs quoque cuiusuis ordinis ad eam confugientibus concedit, quod ab Archadio, & Honorio, alijsquè Imperatoribus indultum fuisse constat; *f* altius hanc rem exquirendam putaui. Et antiquissimum hoc esse priuilegium nedum apud hebræos, & nos, qui veram Christi cognoscimus, & confitemur Ecclesiam, sed etiam apud ethnicos, & barbaras quoque gentes, immo bestias ipsas omni rationis vsu carentes, ex infra dicendis apparebit.

f lib. 1. C. tit. de ijs, qui ad Eccles. confug.

Scribit enim Tiberius Decianus, *g* & post eum Alexander Ambrosinus, *h* amboquè ab Aristotele mutuasse affirmant (sed potius ab Alexandro *i*) in Parthenio

g tract. crim. lib. 6. cap. 25. nu. 3. vers. sed & quod magis.
h de immun. Eccles. cap. 1 num. 8.
i dier. gen. lib. 4. cap. 12.

Monte obseruatum fuisse, vt quæcumque fera ab alia insectata si in Templum Pa- nos Dei aufugisset, ibi tutam fuisse in loco Aula nomine, Aeliano teste, *a* quod etiam in Dianæ luco, in venetis, & montibus, quos Graci Mercalas vocant, obser- uatum teferunt: sed hæc Poetis relinquendo videntur, non longè enim, vt mea A fert opinio, à fabulis distant, nam vt Aristoteles *b* ait irridendo Augures, qui bella ex animalium dissidio, pacem verò ex considio statuunt; ad hæc enim animalia mouentur non alia de causa, quàm ex cibi carentia, vel copia; *cuius rei indicium* (inquit ipse Arist) *facit cura, quam Aegyptij animantibus impendunt; quòd enim apud ipsos cibo non carent, sed copiosè aluntur, ideo collegio vel ipsa efferatissima degunt, mansuescunt enim sui commodi ratione &c.*

Relictis igitur bestiarum asylis, cuius dictionis ethimologiam collige ex Budeo, *c* dum ait, asylum nuncupari immunitatem, & tutelam, quam quis consequitur, ad Aras, siuè Templa confugiens. Et primum apernisse asylum Cadmum, dum Thebas conderet; testatur Alex. *d* Alij verò, vt Statius, *e* ad Herculis prognatos referunt: Statij carmina sunt hæc. B

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse Nepotes,
Sic sacrasse loco commune animantibus egris
Confugium, vnde procul starent iraque, minæquè

Horum exemplum à Romulo imitatum Liuius, *f* Plutarchus, *g* Virgilius, *h* & Ouidius *i* scripserunt; huius autem carmina sunt

Romulus vt saxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Ad Statuas quoque Imperatorum confugientes tutos fuisse constar; qua in re ne vlterius te detineam, Io. Coras. *k* Alex. ab Alex. *l* & Tiraq. ibi; Tiber. Decian. *m* & Ambrosin. *n* consule. Sed neque à Græcis, neque à Romanis hoc immunitatis C priuilegium Templis, & Sacris Aedibus seruatum fuisse, testis omni exceptione maior est D. Augustinus *o* Hæc autem, quæ de Græcis, Romanisquè diximus, ex ijs, quæ in Sacra Pagina leguntur, fortasse deducta fuerunt; dixit enim Deus ad Moysen. *p* *Qui occiderit hominem volens morte moriatur; qui autem non est illi insidiatus, sed Deus tradidit illum in manibus eius, constituam sibi locum, in quo fugere debeat.* Hunc autem locum fuisse constat Ciuitates illas, quæ iussu Iosue constructæ fuerunt, *q* ad quas homicidæ inuoluntarij confugientes, tuti, & immunes erant.

Et hinc deducunt multi, immunitatem, & libertatem ecclesiasticam à Iure Diuino initium habuisse; nam licèt illæ Ciuitates non Ecclesiæ essent, multò magis tamen hoc idem videtur dicendum in Ecclesijs, & satis probatur mentem Dei fuisse, D vt homicidæ inuoluntarij locum aliqnem haberent, in quo confugientes tuti forent. Et Altare quoque tutum reddidisse ad eum confugientem colligitur ex sacra Pagina, *r* ibi. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo euelles eum, vt moriatur.* Quæ verba referuntur in Decretali Gregorij Papæ, *s* vbi Glossator. *t* colligit, immunitatem esse concedendam, per argumentum à contrario sensu, illi, qui casu homicidium commiserit. Sed alia multa ad rem cognosces ex Tiberio Deciano *u* Illud autem Beati Augustini ad Bonifacium, *x* à Gratiano *y* relatum in hæc verba non omittam. *Miror, quomodo tam subitò Fidei murum aries ruperit inimici; noui enim qua Religione semper sis Ecclesiam Dei veneratus: quo instigante facere ausus es? hominem de Ecclesia rapuisti? ergo si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur, Nabucdonosor Regem intende, qui causa superbiæ in bouem ex homine est commutatus.* E *Non vt confundam te hæc scribo, sed vt filium charissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio verò Domus tuæ à Clericis ne suscipiatur, indixi, communionemquè tibi interdico, donec peracta pro ausibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato pro hoc facto corde contrito, & humiliato dignum offeras sacrificium Deo &c.* Cui Bonifacius ipse Rex, seu vt alijs placet, Comes, ita respondit. *Humilis saluto, quod primum est. Suscepi autem tremens Sanctitatis tuæ verba verberibus plena, scio quod venia preparatur, qui ab Augustino perfectissimo Sacerdote corripitur; nec debet Episcopo denegari, quod voluntas facit, aut casus: ipse enim sibi denegat curam, qui suam medico*

non

a in hist. anim. lib. 11. cap 6.
b lib 9. de histor. anim. cap. 1.
c in Pandect. ad l. quis sit fugitiuus. § apud labeonem, ff. de adil. edict.
d dier genial. lib. 3. cap. 20.
e Thebaid. lib. 12
f lib. 1. histor.
g in Romulo.
h lib. 8. Aeneid.
i lib. 4. Faster.
k in miscell. lib. 5. cap. 23.
l dier. genial. lib. 3. cap. 20.
m tract. crim. lib. 6. cap. 25. nu. 5.
n de immun. Eccles. cap. 1. nu. 8.
o lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 4. 5. & 6.
p Exod. cap. 21. Numer. cap. 35. & Deuteron. c. 19
q Iosue cap. 20.
r Exod. cap. 21.
s in c. 1. de homicid. volunt.
t in verb. per insidias etiam.
u tract. crim. lib. 6. cap. 25. nu. 2.
x epist. 187.
y in c. miror. 17. q. 4.

non publicat causam. Hominem ergo, piissime Pater, è liminibus Ecclesiæ raptum tuis sanctis aspectibus iussio mea, furorquè subduxit; aliena non sunt facta ista; consilio Dei, & Sanctorum eius regimine viuo: illum itaque virum morte dignissimum, quem, vt dixi, meus de Ecclesiæ foribus furor abstraxit, vitæ tuis iussionibus donamus
A *illæsum: agnosce culpas, indignæ meæ lachrymæ iungantur tuis fletibus iustis, quo possit hæc nota nigro inscripta titione deleri. Ecclesiæ mihi introitus non negetur: illic spero veniam, vbi admisi culpam.* Hæc Bonifacius, quæ à Cardinale Baronio referuntur. *a*

Et huic sententiæ, immunitatem scilicet Clericorum, & Ecclesiarum esse à Iure Diuino, subscribere se videtur Nauarrus, *b* qui inter corollaria primum ponit, Clericos, & Monachos iure Diuino à potestate laicali in causis criminalibus, spiritualibus, & annexis, ratione clericatus, & monachatus exemptos esse; & hoc à glossa *c* solemni, per Theologos, ac Iurisperitos communitèr recepta, mutuasse affirmat. Et pauló ante respondens ad argumentum, cur magis eximat à potestate temporali character Clericatus, quàm Baptismi? sic ait: quia character Baptismi non est suapte
B natura distinctiuus, & discretiuus ab alijs Christianis, immò congregatiuus, iuxta illud Apostoli *d Non est distinctio Iudæi, & Græci*, & alibi. *e Omnes in Christo vnū corpus sumus*. Clericatus verò, & Monachatus sunt res distinctæ ab alijs Christianis, vt est Diui Hieronymi sententia à Gratiano *f* relata in hæc verba. *Duo sunt genera Christianorum; est autem vnum genus, quod mancipatum Diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi; & ab omni strepitu temporalium cessare conuenit &c. Aliud verò genus Christianorum est, vt sunt Laici: his licet temporalia possidere, sed nonnisi ad vsum; nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deū contemnere: his concessum est vxorem ducere, terrā colere, inter virū, & virū iudicare, causas agere, oblationes super Altari apponere, decimas reddere, & ita saluari poterunt,*
C *si vitia tamen benefaciendo euitauerint.* Hæc Hieronymus, quæ adeo vera sunt, vt Gregorius VII. ad Hermannum Metensem Episcopum scribens *g* hæc à Gratiano *h* relata dixerit. *Quis dubitet Sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumquè fideliū patres, & magistros censeri? nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in Terra, sed etiam in Cœlis se ligari posse, & solui?* Quæ veritas etiam ab ethnicis comprobata fuit, Plauti *i* testimonio

Quis homo est tanta confidentia
Qui Sacerdotem audeat violare?
At malo cum magno suo hercle fecit.

Et Ouidius *k*

D *Vaticinor, moneoquè locum date sacra ferenti,*
Non mihi, sed magno poscitur ille Deo.
Talia Cœlestes fieri præconia gaudent,
Vt sua quid valeant numina teste probent.

Alia multa ad rem congerit Anastas. Germon. *l* omnino videndus: & Iuliuus Cartharius in recensita disputatione de immunitate ecclesiastica, vbi optimè, ac copiosissimè probat, immunitatem ecclesiasticam esse de iure Diuino, & humano.

Sileat igitur Guglielmus Barclaius, *m* & effatire rubescat, Clericos per totum Orbem, quocumque ordine, vel gradu sint, non esse adhuc vllo modo exemptos, & liberos à potestate temporali Principum secularium, in quorum Regnis, Regionibusquè vitam degunt, sed perinde ac cæteri ciues sunt ijs, subiectos esse in omnibus, quæ
E ad politicam, & temporalem administrationem, ac iurisdictionem pertinent, inquè eos ius vitæ, ac necis, sicut in cæteros subditos ad eiusmodi Principes pertinere &c. Cui quidem blasphemiæ, præter ea, quæ Eminentissimus Cardinalis, & prudentissimus, omniquè semper laude cumulandus Ecclesiæ Romanæ Senator doctissimus Belarminus respondendo scripsit, *n* quæ Gratianus è Sanctorum Patrum monumentis, Summorum Pontificum Sanctionibus collegit, *o* obijcienda sunt; ex quibus satis superquè constat, Imperatores, ac Principes Christianos subdere debere executiones suas ecclesiasticis Præsulibus, non præferre: *p* vide quoque Carthar in d. disput. vbi eiusmodi argumenta, aliaquè refellit.

Quamobrem Dantes Aligerius cum in sua Monarchia ausus fuisset affirmare, Imperium non habere dependentiam ab Ecclesia, post eius obitum ex hoc potissimùm

a annal. tom. 5. anno 422 ad fin. & in Parenesi ad Rempublicam Venetam.
b in relect. c. nouit notab. 6. n. 30. in corollar. de iudic.
c in c. si Imperator, dist. 96.
d ad Roman. c. 3
e ad Corint. c. 12
f 12. q. 1. c duo sunt genera.
g lib. 8. epist. 21.
h in c. quis dubitet, dist. 96.
i in Rudente, act. 3. scen. 2.
k lib. 1. de Ponto eleg. 1.
l de sacror. immun. lib. 1 cap. 13
m à Belarmin. relatus loco proximè citando.
n de potest. Papæ in tempor. cap. 35
o dist. 96. per tot & alibi.
p c si Imperator ad fin. d. 96. dist.

capite, Bartolo teste, *a* tanquam hæreticus damnatus fuit; quem etiam refert Volaterranus. *b* Licèt hanc Bartoli attestationem tanquam erroneam reprehendant Nauarrus, *c* & Coquæus *d* videndi; vide etiam Hieron. de Monte in suis quæstionibus. *e*

Et omissa vlteriori inuestigatione, an inquam hæc immunitas sit de iure Diuino, A
an positiuo, licèt Tiberius Decianus *f* scribat; aut consideramus ius Diuinum propriè, quod scilicet in Decalogo continetur, & hoc iure certè talis immunitas expressè non est concessa; aut verò consideramus ius Diuinum vti ius veteris Testamenti à Moyse in Legalibus, & Cæremonialibus præceptis datum populo Israelitico, & eo iure vtique inuenta fuit, & concessa hæc immunitas tam Ciuitatibus illis, ad quas dabatur refugium, quàm Templo, Tabernaculo, & Altari, de quibus supra diximus; cum tamen omnes illę leges, & Cæremonię veteris Testamenti per aduentum Christi sublatæ fuerint, *g* & à Christo Domino nulla lex promulgata legatur pręter naturalis iuris pręcepta, Fidei articulos, & Sacramenta, vt D. Thomę monumenta *h* testantur, sequitur hanc immunitatem legibus postea tam ciuilibus, quàm canonicis ad similitudinem prędictarum legum veteris testamenti, & gentium inuentam, & renouatam B
esse; nunquam enim in Euangelijs, & noui Testamenti Scripturis id cautum, aut sancitum inuenies; immo Volaterranus, *i* & Platina de Bonifacio Pontifice huius nominis V. loquentes, hunc primum inter Pontifices statuisse affirmant; vt confugientes ad Ecclesiam immunes essent, quorum tamen dictis ne penitus acquiescam, quę supra de S. Augustino, & alijs dixi, me admonent; Siquidem Bonifacius V. anno salutis 616. die 24. Decembris, eodem Platina teste, Pontifex renunciatus est, die verò 26. Octobris 621. Pontificatus anno quinto hominem exuit; verùm S. Augustinus (quo tempore Ecclesiarum immunitas etiam vigebat) circa salutis annum 400. itaut 200. & vltra annis ante Bonifacium V. in humanis erat. Ne tamen Volaterranum, & Platinam indefensos reliquamus, tantorum virorum patronum, & aduocatum inueni Tiberium Decianum, *k* qui animaduertendum scribit, priuilegia immunitatis Ecclesiarum ab Imperatoribus, non à Pontificibus concedi solita; quod à Constantino Imperatore sancitum legis, *l* & aliorum quoque Imperatorum hac de re C
promulgatas leges passim inuenies in Theodosiano, & Iustinianeo Codicibus, à Bellarmino *m* in responsionibus ad Barclaium, & ab Anastasio Germonio *n* ad saturitatem relatas, vbi Peregrino, Othelio, & Scaijno iuriuni in Patauino Gymnasio Professoribus respondet. Quapropter dicendum erit, fuisse quidem ante Bonifacium V. immunitates Ecclesiarum ex Imperatorum Sanctionibus, ipsum verò Bonifacium inter Romanos Pontifices primum in hoc legem dixisse. Sed postquam hæc à nobis scripta sunt, legimus in Sacro Rotæ Romanæ Tribunali decisum, *o* immunitatem Sacrorum à iure Diuino fluxisse, præsertim qnoad personas Diuino cultui addictas. Baronius *p* insuper scripsit, Bonifacium innouasse antiquos Canones, & Decreta. D

Verùm licèt hæc veritas adeo sit altissimis defixa radicibus, vt nec frangi, nec quidem de suo loco quouis ventorum flatu agitari, aut moueri posse videatur; scribentium tamen licentia eò protracta fuit, vt iudices temporales propriæ salutis immemores faciendo, dum Sacræ Inquisitionis timore illam omnino negare non audent, in desuetudinem tamen abijsse non dubitarunt affirmare, vt Iulij Clari verba designant, *q* ea potissimùm ratione, proptet ingentem scilicet numerum Ecclesiarum, & frequentiam delinquentium, itaut de facili quilibet malefactor euaderet manus iustitiæ, cùm nulla ferè sit via in Ciuitatibus, in qua non sit vna, & quandoque plures Ecclesiæ, itaut priusquam capiatur, facillimè posset in aliquam earum se recipere; quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesijs immunitatem hanc tribuerunt, non quidem vt essent asyli delinquentium, & speluncæ latronum, sed vt præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod incurrissent crimen. Hæc Iulius Clarus; cui pręter alia multa, quę Diuus Ioannes Chrisostomus *r* E
ad Honorium, & Archadium Imperatores scribit pro liberatione Eutropij, qui ad Ecclesiam confugerat, obiicienda sunt. *Propter hoc* (inquit) *maximè tuendus est Eutropius, quòd scelestorum princeps fuit; in his enim oportet glorificari Deum, quòd permisit eum in id necessitatis adduci, vt per ipsum & virtus, quæ inest Ecclesiæ, & misericordia nosceretur; virtus quidem, quòd impugnatorem suum supplicem videt; misericordia verò ex eo quòd protegit supplicem: ista enim sunt ornamenta Altaris Ecclesiæ; ista sunt verę Christianæ pietatis insignia. Sed nefas esse inquies raptorem,*

atque

---

a in l. 1. §. Præsides, nu. 3. ff. de requir. reis.
b in antropol. lib. 21. pag. 244. 6.
c in c. nouit, notab. 3. nu. 42. de iudic.
d in antimorn. par. 2 antid. contra opposit. 56. pag. 194. vers. verùm Bartol.
e q. 31 in prin. & per tot.
f tract. crim. lib. 6 cap. 25. num. 2. vers. concludend. circa premissa.
g in c. translato, & ibi scribentes de constitut.
h 1. 2. q. 108. art. 2. & 2. quodlib. 4. art. 16.
i in antrop. lib. 22. pag. apud me 351.
k tract. crim. lib. 6. cap. 25. nu. 5. vers. & aduertendum.
l l. 1. 2. & 7. C. Theod. de Episc. Eccles. & cleric.
m de potest. Pap. in temporal. cap. 35.
n in assertion. libert. immun. Eccles. & in tract. de immun. sacror. lib. 1. cap. 15.
o in Alben. gabellæ, seu onerum, coram Merlino, die 28 Iunij 1630.
p in annal. to. 8. anno 625 ad fin.
q in pract. § fin. q. 30. in prin. vers. scias autem, quòd etiam.
r in homil. 19. tom. 2.

atque inuasorem eunctorum Altare Dei contingere; nolo hoc dicas charissime; quoniam quidem meretrix illa peccatrix pedes Christi contigit, & non ex eo opprobrium intulit Christo, sed signa virtutis eius elicuit; neque enim immunditia eius polluit eum, qui mundus erat, sed puritas mundi purificauit immundam. Recordamini illius noe A *esse seruos, qui pro his, à quibus ad Crucem deductus est, dicebat. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciant.* Et post idem inquit. *Quid enim agendum est Christianis? auellendus ne quispiam ab Ecclesia, ad quam paulò post omnibus accedendum est, offerendaquè Dominica Oratio, qua hac potissimùm orabimus; & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Non ergo patiendum, vt is, qui in Ecclesia sperauit, frustra sperauerit.* Hactenus S. Ioannes Chrisostomus pro liberatione Eutropij, quem scelestissimum fuisse constat, dum enim Consul erat, legem tulit, ne quis in Ecclesia tutus foret, Deciano, *a* & Ambrosino *b* testibus: itaut iustum Dei iudicium si agnouisset, vtique dixisset

Heu patior telis vulnera facta meis.

Sed melius Regius Propheta. *c In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Etenim vt Christianus quidam Poeta cecinit.

a d. lib. 6. cap. 25 num. 7. vers. Chrisostomus in 19. homil.
b d. cap 1 nu. 10.
c Psalm 9.

B

Qui tibi bella mouet Genetrix sanctissima, non te
Lædit, at ipse suum traijcit ense caput.
Calce ferit stimulum, nam se miser ipse cruentat
Quæq; putat stimulo se dare damna, rapit;
Atque eadem patitur, quæ rupi allisa procella
Alluitur rupes, frangitur vnda minax.
Fortior es Cœlo, Cœlumquè & Terra peribunt,
At tu Sponsa Dei tempus in omne manes.

Videndus est etiam Baronius, *d* dum sancita in Concilio Tributiensi refert, Formoso Pontifice sedente.

d annal. tom. 10. an 895 pag 638

Ad horum igitur temeritatem, & ministrorum Curiæ secularis audaciam refræ- C nandam, Gregorius XIV. Pont. Max. Constitutionem edidit, *e* qua cautum est; Confugientibus ad Ecclesias, loca sacra, & religiosa, si publici latrones, viarum grassatores fuerint, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earum Cœmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitatem Ecclesiasticam non suffragari.

e Const. 7 Bullar. nou. tom. 2. pag. 694.

Quibus casibus exceptis, firma remanet in alijs regula; nec ad alios casus, præter expressos, etiam similes, huius Constitutionis dispositio extenditur, prout Farinaccius, *f* & Palconius *g* consulti responderunt, quorum doctrinam sequendam esse D scribit Ambrosinus. *b*

Vt autem non solùm ea, quæ in d. Gregoriana Constitutione continentur, sed causæ omnes ad hanc immunitatem, & libertatem Ecclesiarum respicientes diligentiùs exquirantur, & matura deliberatione decidantur, san. me. Vrbanus VIII. ex Eminentiss. DD. Cardinalibus, Romanæ Curiæ Prælatis, probisquè, & doctissimis viris Congregationem, de qua huc vsque loquuti sumus, instituit, statisquè diebus, prout necessitas suadebit, celebrandam edixit.

f con 76. nu. 9. & seq.
g in cons impres. post prædictum Farin. per tot.
h in comment. ad hanc Constit. Gregor. cap. 1. nu. 13. & 14.

Quædam etiam ad materiam immunitatis Sacrorum, & Ecclesiarum satis eruditè pertractat Petr. Gregor. Tholosan. videndus; *i* sed integram, eruditamquè tractationem tribus libris conclusam 16. Kalen Martij anno salutis 1589. absoluit Anastasius Germonius, quos, & alios supra relatos cupido indicasse lectori satis esse putaui.

i tract de Repub. lib. 13. cap 20. 21 22. & 23.

E Hæc demum non omittam, confugientibus quoque ad Crucis signum etiam in via positum immunitatem esse concessam; nam in Claramontensi Concilio, Vrbano II. præsidente, anno salutis 1095. celebrato, legimus, à Baronio *k* his verbis relato. *Si quis ad aliquam Crucem in via persequentibus inimicis confugerit, liber ac si in ipsa Ecclesia permaneat &c.* Grauissimas quoque pœnas luisse violatores immunitatis Ecclesiarum, præter alios scribit Baronius *l* videndus. Habes etiam ab Innocentio III. & Honorio III. duas editas Sanctiones ad rem facientes: prima etenim *m* Henrici Constantinopolitani Imperatoris Constitutionem, qua cautum erat, vt nullus posset de suis possessionibus in vita, vel in vltimo testamento aliquid Ecclesijs relin-

K annal tom 11 anno 1095. inter Canones nu. 29.
l in annal to. 12 anno 1144. pag. 310. litera C. D.
m in bullar nou. tom. 1. Const. 10. pag. 41.

a d. Bullar. & tom Const. 1 Honor. III. pag 43.
b in tract. de iudæis, par. 1. cap. 8. nu. 1. & 2.

relinquere, damnat: secunda *a* verò legem pro immunitate, libertate, & iurisdictione ecclesiastica editam à Federico II. Imperatore confirmat, quas vide, si lubet. Sed an iudæi confugientes ad Ecclesiam gaudeant immunitate; negatiuè respondet Marquard. de Susan. *b* amplians iuxta magis communem, etiamsi confugiant animo se conuertendi ad Fidem Christianam. A

CONGREGATIO V.

Pro sacris Ritibus, & Cæremonijs.

c de falsa relig. cap. 2. lib. 1.
d de sacror. immunit. in proœmio.
e d lib. 1. cap. 3. 4 5. 6. & 7.
f Psalm 52.
g loco proximè citato.
h lib. 2. de orig. error. cap. 17 & alibi.

NEmo est tam rudis, tam feris moribus, vt Firmianus ait, *c* qui oculos suos in Cœlum tollens, tametsi nesciat cuius Dei Prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, vtilitate, pulchritudine, temperatione; nec fieri posse, quin id, quod mirabili ratione constat, consilio maiori aliquo sit instructum, ad latè tradita per Germonium. *d* Quam quidem veritatem idem Firmianus *e* nedum ex Prouidentia, Mundi rectione, Propheratum testimonijs probat, sed ex Philosophorum quoque, & Poetarum dictis illustrat; itaut qui hoc negare præsumpserit, stultus, & insipiens sit reputandus, vt Regius Propheta *f* cecinit. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus:* & videndus est Germonius. *g* B

Sed quonam pacto hominum credulitas seducta fuerit, vt honor, & cultus, qui soli Deo vero trino, & vni debetur, sacrilegorum, improborumquè hominum, quandoque etiam belluarum simulachris, & idolis adhibeatur, idem Firmianus *h* docet. Hinc etiam deductum esse fatendum est, vt à Græcis, Romanis, Etruscis nedum libri quamplures, sed leges, & Senatusconsulta de ritu, & cultu falsorum numinum, & deorum editi, promulgatiquè fuerint: Varro enim libros quinque de rebus diuinis, & vnum de ludis in honorem deorum, dearumquè exhiberi solitis: Ouidius libros sex Fastorum: Cicero libros tres de natura deorum, & alij quidem multi hac de re scripserunt, inter quos Manutius *i* quoque leges, quibus sacra fierent, & ederentur ludi recenset. Sed quo ritu, quibusuè cæremonijs hostia apud priscos dijs imolabatur, & quo modo fiebant sacra, quidquè apud exteros, ne te multis detineam, Alexandrum ab Alexandro *k* videndum indico, & ad eum in annotationibus Tiraquel. quos quidem si legas, nihil vlterius in hoc tibi desiderandum puto. Antiquorum verò sacrificia in quatuor partes diuisa fuisse, nempe libationem, imolationem, redditionem, litationem, scribit Rosinus: *l* & supra, *m* tria esse sacrificiorum genera dixit; alia muta, in quibus nulla inerant signa; alia arguta, quæ conspicuas, & illustres notas exhibebant; alia denique regalia, quæ vultum fortunæ, & fœlicitatis pollicebantur: quibus verò instrumentis hac in re vterentur; quot essent Sacerdotum species; quæ Templa dicata; qui ludi dijs ederentur, ab eodem Rosino *n* cognosce. C D

i in lib. de legibus Romanis in princ.
K lib 4. genial. dier. cap 17.
l Roman. antiq. in oration. 3. de antiq. pag. apud me 489.
m lib. 3. antiq. cap. 11. pag. 103. sub litera C.
n in oratione de antiq. pag 483. & 484. ac plenius lib. 3. per tot.
o in Ezech. par. 2. lib 3. cap. 32. pag. 221. vol. 1. litera D.

Et quàmuis Iudæi hac in re ab ipso Deo instructi, & eruditi, vt in libris Exodi, & Leuitici videre est; ad hos tamen impios gentium ritus, in colendis, & venerandis idolis, defecisse, post multos scribit Villalpand. *o*

Cuius rei vlteriori inuestigatione tandem omissa, gratiæ quidem summæ agendæ sunt Domino Nostro Iesu Christo vero Deo, veroque homini, quòd has tam crassas tenebras à Christianorum animis Euangelij sui clarissima luce dispulit, dissipauit, extinxit; nouosquè ritus, cæremoniasquè nouas, quibus Ecclesia à Spiritu Sancto edocta, ex Apostolica traditione, & disciplina vtatur, quæuè in Sacramentorum administratione, Diuinis Officijs, omniquè Dei, & Sanctorum veneratione magnam Christiani populi eruditionem, verèquè Fidei protestationem contineant, sacrarum rerum maiestatem commendent, fidelium mentes ad altissimarum rerum meditationem extollant, & igne deuotionis inflamment, expulso vetustatis errore, conscripsit. E

p Const. 94. Congreg. 5. Bullar. nou. tom. 2. pag. 613.

Quæ quidem omnia vt conseruentur, instaurentur, & ad ipsius Domini Nostri Iesu Christi laudem, atque honorem in dies magis augeantur, Sixtus V. *p* Pont. Max. quorundam Cardinalium Congregationem instituit, & erexit: quorum numerus licèt tunc ab eodem Sixto ad quintum præfinitus esset, hodie tamen Summi Pontificis reseruatus extat arbitrio, itaut de præsenti quatuordecim, & vltra intersint Cardinales.

Et

Et quemadmodũ olim in Romana Republica Pontifices de omnibus causis ad sacra pertinentibus, & intra priuatos, & magistratus, & deorum ministros cognoscebant, de sacris, quæ scripta non erant, aut quæ moribus non recipiebantur, leges ferebant,
A ges ferebant, & consuetudines eligebant, quas omnium optimas iudicarent; & omnes magistratus, quorum curæ sacrificia, deorumquè cultus erat commissus, omnesquè Sacerdotes examinabant, vt Dionysius Halicarnass. *a* scribit: Ita Eminentissimi isti Ecclesiæ Romanæ Senatores, vt veteres ritus sacri vbiuis locorum, in omnibus Vrbis, & Orbis Ecclesijs, etiam in Sacello, quod Capellam vocant Pontificis, in Missis, Diuinis Officijs, Sacramentorum administratione, cæterisquè ad Cultum Diuinum pertinentibus à quibusuis personis diligentèr obseruentur, inuigilant.

a lib. 2. antiq. Roman. ad fin. pag. apud me 71. sub litera E.

Cæremoniæ si exoleuerint, eas restituunt, si depravatæ fuerint, emendant, & corrigunt.

De sacris ritibus, & Cæremonijs Pontificale potissimùm, Rituale, & Cæremoniale libros, prout opus fuerit, examinant, reformantquè.

B Officia diuina de Sanctis, & Patronis, Orationes, Hymnos nouitèr compositos, siue emendatos recognoscunt, & Summo Pontifice consulto, permittunt, quod in Breuiario annis proximè elapsis, sanctæ me Vrbano VIII. Pontifice Opt. Max sedente, impresso factum fuisse, & seruatum scimus, atque videmus.

Non modicam quoque curam circa Sanctorum Canonizationem, Festorumquè dierum celebrationem, vt omnia scilicet rite, & rectè ex Sanctorum Patrum traditione fiant, adhibere debent.

Vt Reges, & Principes, eorumquè Oratores, atque aliæ personæ etiam ecclesiasticæ ad Vrbem, Curiamquè Romanam venientes pro Sedis Apostolicæ dignitate, ac benignitate honorificè more maiorum excipiantur, cogitationem suscipiunt, seduloquè prouident.

Controuersias de præcedentia inter Magistratus, quos laicos vocant, & Ecclesiasticas
C sticas personas in Processionibus, aut alibi vertentes; cæterasquè in huiusmodi sacris ritibus, & cæremonijs incidentes difficultates cognoscunt, summariè terminant, & componunt.

Primus autem inter Romanos Pontifices, qui ritus, quos in consecrandis Ecclesijs, & Altaribus Romana seruat Ecclesia, Beatus Syluester Papa instituit, vt sacra testatur historia: *b* nam etsi iam ab Apostolorum tempore loca fuerint Deo dicata, quæ à quibusdam Oratoria, ab alijs Ecclesiæ dicebantur, vbi collectæ fiebant per vnam Sabati, & Christianus populus orare, Dei verbum audire, & Eucharistiam sumere solitus erat; non tamen illa adeo solemni ritu consecrabantur, nec in eis adhuc in Titulum erectum erat Altare, quod Chrismate deliburum, Domini Nostri Iesu Christi, qui Altare, Hostia, & Sacerdos noster est, figuram exprimeret.

b in Breuiario Romano de dedicatione Basilicæ S. Saluatoris. lectio 4. & seqq.

D

CONGREGATIO VI.

Super Executione, & Interpretatione Sacri Concilij Tridentini.

SAcrosanctum oecumenicum, & generale Concilium Tridentinum fuit à Paulo III indictum, & anno 1545. Indict. 3. die verò Dominica tertia Aduentus Domini in qua fuit festum S Luciæ, & 13 Mensis Decembris, ipsius verò Pontificis anno 12. inchoatum, ibiquè eiusdem Pauli III. nomine præsidentibus Reuerendissimis Dominis Io. Maria de Monte, Marcello Ceruino, & Reginaldo Polo S R E. Cardinalibus, atque Apostolicæ Sedis de latere Legatis, quod ex eo-
E dem Concilio *c* innotescit. Eoquè tandem post decimum octauum annum completo, illiusquè decretis, ac sanctionibus à Pio IV de consilio etiam, & assensu venerabilium fratrum suorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio secreto confirmatis. *d* Facta etiam ab eodem Pontifice declaratione, huius Concilij decreta, in ijs, quæ reformationem, & ius positiuum tantùm respiciunt, à Kalen. Maij 1564. ligare cœpisse, & ad illorum obseruantiam arctare. *e*

c sess. 1.

d Const. 73. Bullar. nou. tom. 2. pag. 104.

e Const. 80. d. Bullar. pag. 111.

Tandem idem Pius considerans, parum esse iura condere, & promulgare, nisi sit, qui ea debitæ executioni demandari faciat, super executione, & obseruantia eiusdem sacri Concilij Tridentini quorundam S R.E. Cardinalium Congregationem, de qua nunc loquimur, instituit. *f*

f Const. 81. d. Bullar. pag. 112.

Quam

Quam postea Sixtus V. *a* confirmauit nedum quoad ipsius Concilij executionem, sed etiam interpretationem. Tenentur autem huic Sacræ Congregationi præpositi pro viribus curare, vt huius Concilij decreta, & sanctiones ab omnibus inuiolabiliter sub excommunicationis latæ sententiæ, alijsq; pœnis obseruentur, eodem Pio IV. A
b mandante; reseruata tamen sibi, ac Successoribus Romanis Pontificibus declaratione dubietatum, si quæ in executione dictorum decretorum, & litterarum Apostolicarum in hoc emanatarum emerserint. *c*

Circa verò Censuras Ecclesiasticas, & excommunicationis gladium, non esse temerè, sed maturè stringendum, ab eadem Tridentina Synodo *d* sancitum legimus.

Synodos Prouinciales tertio quoque anno, Diœcesanas autem singulis annis faciendas prouideat. Decreta verò Prouincialium Synodorum vbiuis terrarum emanata, vt ea expendat, & recognoscat, ad se transmitti præcipiat.

Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum, Episcoporum, qui Beatorum Apostolorum Limina certo, constitutoquè tempore visitare tenentur, postulata audiat, quæ per se Congregatio potest, expediat, maiora verò Pontifici decidenda referuet. B

Quæ in Ecclesijs, aut eorum curæ, ac fidei, cleri populiquè commissimorum disciplina seruetur, ab ijsdem Præsulibus exposcat.

Quænam huius Tridentini Concilij decretorum in omnibus, præcipuè tamen in ipso residentiæ munere executio; quæ piè consuetudines; qui omnium denique in via Domini progressus, inquirat, & insinuet.

Literas quoque ex præscripta formula in testimonium obitæ per eos visitationis Liminum SS. Apostolorum, ijsdem Episcopis, & Præsulibus concedat.

Præterea reformationem Cleri, & populi nedum in Vrbe, ac temporali ecclesiastici Status ditione, sed in vniuerso quoque Christiano Orbe in ijs, quæ ad Diuinum cultum propagandum, deuotionem excirandam, & mores Christiani populi ad præscriptum eiusdem Concilii modum componendos pertinent, promouendi auctoritatem habet, ex præcitata Sixti V. Constitutione. C

Sed an huius Congregationis declarationes dicantur doctrinales, seu diffinitiuæ, itaut ad illarum obseruantiam necessitatem imponant, affirmatiuè respondendum esse demonstrat Rodericus, *e* à Cherubino iuniore *f* relatus, addente quoque, hoc certissimum esse, quia Summo Pontifice consulro procedunt.

Quandoque etiam huius Congregationis Cardinales, si dubitationes in ipsius Concilii interpretatione, quæ arduæ reputentur, occurrant, Rotæ Romanæ decisiones, eodem Romano Pontifice consulto, requirunt, & postulant; quod ex decisionibus sub nomine Cardinalis Seraphini collectis *g* innotescit.

D

CONGREGATIO VII.

Pro Erectione Ecclesiarum, & Prouisionibus Consistorialibus.

MVltis modis in sacris Literis hoc nomen, Ecclesia, sumptum scribit Mosconius; *b* nos autem ipsius nominis inuestigatione omissa, duplicem esse Ecclesiam, spiritualem scilicet, ac materialem dicimus. De spirituali loquitur Apostolus ad Corinthios scribens in hęc verba *An nescitis, quod Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et ab omnipotenti Deo initio mundi ex carne, & ossibus formatam, & Adam primum nostrum parentem fuisse sacra testatur Pagina. *i* Et hac quoque omissa, de materiali Ecclesia non nihil dicendum erit. Neque tamen quis omnium primus inter Hebręos, Gręcos, Latinos, aliasuè barbaras Nationes Templum, siue Ecclesiam ædificauerit, inquiremus; nam si quis huius rei desiderio tenetur, Polydorum Virgilium *k* superiorum placito consulat: etenim qui Christi profitentur Fidem, quę ad ipsos pertinent Christicolas inquirere, & perscrutari debent. E

Cum igitur hęc septima, de qua dicturi sumus, Congregatio, super erectione Ecclesiarum à Summis Pontificibus Christi Domini in Terris vicem gerentibus ordinata fuerit, de Christianorum Ecclesiis, illarumquè primæua constructione pauca quædam,

a Const. 74. in 8. Congreg. d. bullar. pag. 6. 4.
b d. Cōst. 81. §. 1. & 2.
c in d. §. 1. ad fin.
d sess. 25. cap. 3. de reformat.
e de quæst. regul. tom. 1. q. 11. ar. 2.
f in Sixti V. Cōstit. 74. schol. 1.
g decis. 985. & decis. 1443. in nouis.
h de maiest. milit. Eccles. in prælud.
i Genes. 2.
K de rerum inuent. lib. 5. cap. 6

quædam, ex quibus pertractandarum rerum cognitio facilior habeatur, & legentium animi, mentesquè per hæc visibilia ad inuisibilia, è militanti scilicet ad triumphantem Ecclesiam pia meditatione tollantur, recensebimus.

Sed vbi primùm in Terris Seruatori nostro dicata fuerit Ecclesia, pro certo ponere non ausim; licèt magna sit apud me S. Athanasij auctoritas, qui in Sermone de Imagine Domini nostri Iesu Christi, & de miraculo in Beryto Ciuitate prodito, post sacrilegam, & nefandam iudæorum impietatem erga sacram Christi Domini Imaginem, relatam, subdit, hos agnouisse suos, & detestatos fuisse errores, atque ad illius Vrbis Metropolitanum accedètes, per dies plurimos de disciplina eruditi Christiana, iam Cathecumeni triduano peracto ieiunio, ex aqua, & Spiritu Sancto regenerati fuerant; post Baptismum rogarunt enixius Sanctum virum, vt Sinagogam suam Ecclesiam consecraret in honore SS. Saluatoris Mundi; quorum petitionem minimè aspernatus, Sinagogam illorum, quæ maior esse videbatur, in nomine vnigeniri Filij Dei Redemptoris Mundi consecrauit. Ex tunc itaque (notanda sunt hæc) per diuersas Orbis terræ nationes, & prouincias mos inolæuit, vt Basilicas plurimas, vel Oratoria Pontifices Christianæ legis in honorem SS. Saluatoris Mundi condere, & dedicare non desinant &c. Ex quibus verbis in volumine Conciliorum generalium relatis, *a* colligendum esse videtur, hanc fuisse primam Ecclesiam in honorem Sanctiss. Saluatoris erectam, & dicatam, & ex quadam honesta illatione nulli alteri prius à Christi Fidelibus dicandam fuisse Ecclesiam, quàm Saluatori: ita enim Constantinus, qui primus ex Imperatoribus Christianam Fidem amplexus est, Lateranensem Basilicam, quæ prima Vrbis, & Orbis dicitur, SS Saluatoris appellari voluit, Baronio teste, *b* qui tamen scribit miraculum supra narratum in Beryto erga Christi Domini Imaginem euenisse anno salutis 766. 5. Idus Nouembris; & refert Ciacon. in vita Pauli I. Et hanc Christi Domini Imaginem esse, quæ modò in Ciuitate Lucana summo, debito tamen honore colitur: idem Baronius scribit *c* sub anno 1099.

A (margin, beside "te non ausim") · B (margin, beside "Oratoria Pontifices") · C (margin, beside "1099.")

a in 7. Synodo Nicea secundo habita. action. 4. pag. apud me Romana impress. 49

b in annal. tom. 3. anno sal. 324. pag. 230.

c in annal. tom. 11. pag. 728. in fin. & seq. in princ.

Conjectare tamen licet, & valdè veritati consentaneum videtur, vbi iudæorum furor à Christi statim in Cœlum ascensu, & tyrannorum postea contra Apostolos, & Christicolas nondum peruaserat sæuitia, ab ijsdem Apostolis, & Discipulis Ecclesias aliquas, seu magis Oratoria ædificata, aut quæ primùm dæmonum fuerant, Christo dicata fuisse; in Aethiopia scilicet à Matthæo, in India citeriori à Bartholomæo, aut in Scythia ab Andrea, quorum prædicatione ijs gentibus Christianæ pietatis lux ab initio affulsit. Nec à fide abhorret, aliquam Aedem fuisse principio à Iacobo Hierosolymis Deo dicatam, qui ibidem primus ad Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum, vt Eusebius *d* ait, à Seruatore, & cæteris eius Apostolis delectus fuerat; seditquè Baronio teste *e* annis 29. Sed valeant externa, & quæ Romæ gesta fuerint, perquiramus.

d lib. 7. histor. Eccles. cap. 14.

e in annal. to. 1. pag. 235. sub anno Christi 34.

D Potrò ante Pium Pontificem huius nominis primum Ecclesias in Vrbe constructas non inuenio, licèt Hyginus, qui Pio, nullo intermedio prædecesserat, vbi primùm Pontifex renunciatus est, clericorum Ordines prudentèr per gradus distribuisset, ac distinxisset, vt in vnoquoque Titulo, seu Presbyterio partim Cardinales, partim qui Cardinalibus subessent, populo fideli, cum res ipsa postularet, ministrare deberent: instituitquè ne sine Missæ celebritate Templa, & Oratoria dedicarentur, neuè numero augerentur, minuerenturuè inconsulto Metropolitano, vel Episcopo; vetueritetiã, ne trabes, tigna, reliquauè materies ad fabricãda Templa congesta, in prophanos vsus conuerterentur, posse tamen ad structurã alterius Templi, concedente Episcopo, transferri; licèt inquam hæc ab Hygino sancita referant Ciacconus, & Platina in eius vita, quæ Templorum, Ecclesiarumuè structuram suo tempore, & forsan antea fuisse demonstrant, nihil tamen huius rei certitudinis habetur. Constat etiam, E Anacletum Pontificem anno salutis 106. Beati Petri memoriam construxisse, & Baronius, *f* dum verba hæc declarat sic ait. *Per memoriam nonnisi ædificij structuram designari constat, quam olim antiquitas vsitatius dicere Ecclesiam consueuit.* Hęc Baronius. Postmodum verò à prędicto Pio anno Christianę salutis 162. Praxedis Sanctissimę Virginis rogatu in Thermis Nouati Ecclesiam constructam, & dedicatam, eodem Baronio teste *g* in hęc verba. *Eodem tempore Virgo Domini Praxedes accepta potestate rogauit Beatum Pium Episcopum, vt in Thermis Nouati, qua iam in vsu non erant, Ecclesiam dedicaret, quia in eis ædificium magnum, &* H *spatio-*

f in annal. to. 2. pag. 25.

g annal. tom. 2. pag. 129. an. 162

spatiosum videbatur esse: quod & placuit Pio Episcopo, & dedicauit Ecclesiam in Thermis Nouati in Vrbe, in loco, qui appellatur vicus latericiorum, vbi & constituit Titulum Romanum, in quo & Baptisterium consecrauit 4. Idus Maias. Hæc Baronius hic. Sed alibi, a vbi de Sacrificio Missę, ita testatum habet. *Soror nostra* (refert enim verba ipsius Pij Pontificis ad Iustum Episcopum Viennensem scribentis) *Euprepia, sicut benè recordaris, Titulum domus suæ pauperibus assignauit, vbi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus &c.* A

a tom. 1. annal. pag. 164. anno Christi 34.

Sed & Alexandrum Seuerum Imperatorem, licèt superstitiosa gentilitate imbutum, Templum Christo Domino ædificare voluisse, testis est Lampridius b in hęc verba. *Christo Templum facere voluit, eumquè inter Deos recipere: quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui Templa in omnibus Ciuitatibus sine simulacbris iusserat fieri, quę hodie idcircò quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc parasse dicebatur, sed probibitus est ab his, qui consulentes sacra, repererant omnes Christianos futuros, si id optato venisset, & Templa reliqua deserenda &c.* Hęc Lampridius. Verùm quod ipse Seuerus aliorum suasu perficere distulit, vt à Christi fidelibus efficeretur permisit: idem enim Lampridius refert loco citato. *Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra Popinarij dicerent, sibi eum deberi, rescripsit Imperator, melius esse, vt quomodocumque illic Deus colatur, quàm Popinarijs dedatur &c.* Quo impetrato rescripto, Calistus Pontifex huius nominis primus anno Christianæ salutis 224. Pontificatus 4. nobilem Ecclesiam in Transtyberina Regione, vbi Taberna meritoria erat, & oleum Augusti tempore è terra erumpens copiosè fluxerat, Sanctissimæ Virginis Dei Genitricis Marię Partui, olim eo prodigio pręsignato, religiosissimè extruxit: Platina, Ciacconus, & alij in huius Pontificis vita, sed magis apertè Baronius c hęc testantur. B

b in eius vita pag. apud me 283

c in annal. to. 2. pag. apud me 321 anno 224.

Dionysium quoque, qui anno salutis 260. Pontifex renunciatus fuit, Paręcias, seu Titulos Euaristi exemplo suis terminasse limitibus, Presbyterisquè Cęmeteriorum curam adiunxisse, ijdem Platina, & Ciacconus testantur. C

Marcellus inde primus anno Domini 305. plusuè minus, Pontificatus 2. XXV. Titulos instituit, Ciaccono, alijsquè hoc affirmantibus: Titulos autem idem esse atque Ecclesias, diximus supra.

Denique Beato Syluestro sedente, qui summa Ecclesię Dei pace sub Constantino Imperatore anno ab Orbe redempto 314 potitus est, Basilicas nedum erectas, sed donis amplissimis, & Imperatoria maiestate, ac munificentia dignis exornatas, vbi res ipsa loquitur, inania verba proferre non est opus.

Atque hęc de primęua Ecclesiarum constructione pręmisisse sufficiat; quamuis in sacra legamus Historia, in Breuiario scilicet Romano, de dedicatione Ecclesię Sancti Saluatoris lection. 4. Apostolorum quoque tempore loca fuisse Deo dicata, quę à quibusdam Oratoria, ab alijs Ecclesiæ dicebantur, sed vbi Constantinus Imperator per Baptismi Sacramentum sanitatem, salutemquè consequutus est, tum primùm lege ab eo lata concessum est toto Orbe Terrarum vt Christiani Ecclesias ędificarent. Ad rem igitur nostram; ad Congregationem scilicet pro Ecclesiarum erectione reuertamur. D

Et quoniam ad Ecclesię vniuersalis gubernationem, & regimen maximè pertinent, vt ad fidelium populorum vtilitatem Ecclesijs iam erectis, aut in posterum iustis de causis erigendis, de Episcopis, & Pastoribus idoneis, fidelibus, ac fructuosis in vinea magni Patrisfamilias operarijs salubritèr in Domino prouideatur, & in hoc potissimùm Summo Pontifici in locum Beati Petri subrogato, ex præcepto Christi Domini *Pasce oues meas*, inuigilandum, & elaborandum sit, Sixtus propterea huius nominis Quintus, eiusdem Christi Domini Vicarius, & Beati Petri Successor in huius sollicitudinis partem nonnullos ex fratribus suis S. R. E. Cardinales elegit, & Congregationem hanc, de qua loquimur, instituit. d E

Et hanc in Episcopis, & Ecclesiarum Rectoribus eligendis diligentissimam inquisitionem, antiquissimam apud Christianos fuisse, testis est Lampridius, e dum ait, Alexandrum Imperatorem in electione. Præsidum Prouinciarum, & Ciuitatum imitatum fuisse Christianos: verùm quid Christiani in hoc imitatione dignum agerent, itaut etiam ethnicis Imperatoribus exemplum darent, S. Cyprianus f à Baronio g relatus diligentèr explicat.

d in sæpe cit. Const. 74. congreg. 3

e in Alex. Seuero Imper.

f epist. 68. ad Hispanos.

g annal. to. 2. pag. 322. anno 224.

Huius

Huius verò Congregationis Officium est,legitimas causas erectionum Ecclesiarum quarumcumque Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium, ac de cuiuscumque earum dote, capitulo, clero, populo,& alijs, quæ ad huiusmodi erectiones iuxta præscriptum Sacri Concilij Tridentini, *a* & Sanctorum Patrum decreta *b* necessaria sunt cognoscere, & diligentèr exquirere.

A

Omnes etiam difficultates, & controuersias, quæ inter iam erectas, ac earum Ecclesiarum, Diœcesum, Monasteriorum vniones, dismembrationes, cessiones,permutationes, translationes, pensiones, super illarum redditibus assignationes, Monasteriorum pluralitatem, Dignitatum incompatibilitatem, præsentationes, & nominationes, electionum, siue postulationum confirmationes, seu admissiones suffraganeorum, coadiutorumque deputationes cum futura successione, vel sine ea examinare debet.

a sess. 6. de reform. cap. 1. sess. 7 de confirmat. cap. 1. sess. 22. cap. 2. & sess 24. cap. 1 de reform.
b in c. cũ in cunctis, de elect. c. miramur. dist. 6. Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. de reform. cur.

De ætate,& qualitate promouendorum curam quoque adhibere solertem, eaquè discussa, & examinata, ad Summum pro tempore Romanum Pontificem referre, & pro ipsius Pontificis arbitrio in secreto Consistorio proponere debet.

B Tandem quæ à Gregorio XIV. pro seruanda in Tridentino Concilio tradita forma in promouendis ad regimina Ecclesiarum Cathedralium, aliarumquè Dignitatum,& de quibus Consistorialitèr prouidebitur, sancita *c* sunt, pacata mente procuranda, & firmitèr obseruanda erunt.

c Constit. 6. bullar. nou. tom. 2. pag 691.

Habes enim hic (quæ breui compendio referenda duxi) Concilium Tridentinum decreuisse, ad Cathedrales Ecclesias viros insignes eligendos esse, §. 1.

Pontificem hunc, Gregorium scilicet XIV. in minoribus constitutum (erat enim Episcopus Cremonensis) d. Concilio interfuisse; & ideo quæ ibi sancita fuerunt, vt debitæ executioni demandarentur, summoperè optasse, §. 2.

Concilium prædictum mandasse, vt in quibuscumque locis in Synodo prouinciali præscriberetur forma examinis à Metropolitano habenda, postea Romani Pontificis arbitrio approbanda. §. 3.

C Hoc autem paucissimis in locis executum adhuc fuisse conqueritur Pontifex. § 4. Mandat propterea Pontifex huius examinis munus extra Curiam Sedis Apostolicæ Legatis,Nuncijs,& Ordinarijs, vbi Episcoporum prouisio facienda erit. §. 5.

In Curia verò Cardinalibus ad hoc deputandis, vel Protectoribus Regnorum, in quibus promouendi existunt, si,ad eorum protectionem illæ Ecclesiæ pertinent,committitur. §. 6.

Verùm hodie examen hoc coram Summo Pontifice, Cardinalibus, alijsquè Prælatis, & probis viris astantibus, celebratur, & à Clemente Octauo sancitum, initiatumquè referunt.

Deinde forma, siue instructio examinis faciendæ præscribitur, & assignatur; per Auditores, seu Vicarios fieri prohibetur; articuli, ac testes non à promouendo, sed
D ab ipso inquisitore formandi,& inducendi, interrogandiquè erunt; schedulam tamen continentem nomen, cognomen, patriam, parentes, ætatem, ordinem, gradum, professionem,functionem,si quam cădidatus exercuit,loca, in quibus aut Theologiæ, aut iuri canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amicos, ac familiares, qui tam ipsum, quàm parentes eius intimè nouerint, Prælatus inquisitionem facturus, à promouendo, vel alio faciendam curet. § 7.

Testes examinandi erunt, qui absque suspicione amoris, odij, timoris, inimicitiæ, sanguinis, veritatem spontè fateantur. §. 8.

Promouendorum qualitates: primò ex legitimo matrimonio, & parentibus catholicis nati: 2. trigesimum expleuerint annum: 3. sacris Ordinibus ante sex menses ad minus initiati: 4. Doctoratus gradum,aut Licentiæ in Theologia, vel iure canonico, aut publicum alicuius Academiæ testimonium ostendant, quo ad alios docendos
E idonei declarentur: 5. Fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, doctrinaquè prædìti: 6. solus Doctoratus gradus, quem Priuilegium vocant, non sufficiat, sed scientiæ testimonium indicent, & ostendant eum qualitatibus loci, temporis, & eorum, qui audierunt fructu: 7. virorum grauium testimonium, ea scilicet scientia pollere, quæ ad populum Christianum erudiendum sufficiat, vbi Doctoratus gradus haberi non potuit. Et hæc in Sacerdotibus, quos vocant seculares.

In Regularibus verò suorum Superiorum sufficientis doctrinæ testimonium requiritur: Superiores verò non omnes, sed ij dumtaxat, qui nullum sui Ordinis Supe-

riorem agnoſcunt, quibus abſentibus, vel impeditis, ipſorum Vicarij, ſeu Commiſſarij generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum Generales in hac parte ſuccedant. § 9.

Poſt inquiſitionem, vt ſupra, factam, profeſſio Catholicæ Fidei à candidato facienda erit in manibus Prælati, cui fuerat inquiſitio commiſſa, niſi diſtantia loci prohibeatur; tunc enim viciniori Eccleſiæ prouidendæ committenda erit, quæ coram notario, & teſtibus recipiatur, & in publicis redigatur tabulis vnà cum toto processu ad Apoſtolicam Sedem clauſo, & obſignato tranſmitten. § 10. A

Proceſſus ad Curiam tranſmiſſos Cardinalis Promotor, & tres priores Ordinum Cardinales examinant, atque expediunt: Promotor verò Cardinalis, ſiue Relator promouendum moneat, ſi præſens in Curia fuerit, vt omnes Cardinales adeat, antequam Eccleſiam proponat, vt quæ à referente Collega audituri ſint, oculata fide, quantum ad perſonam ipſius promouendi attinet, cognoſcere valeant. § 11.

Hæc eadem inquiſitio de promouendis ad Eccleſias, quæ ſacri Conſiſtorij conſultationibus prouideri ſolent, ſimili modo, & cum iiſdem diligentijs fiat; præſertim quibus præter curam, & regimen Monachorum, aut Canonicorum, aliorumuè populorum iuriſdictio ſpiritualis, vel temporalis annexa fuerit, ætate tantùm excepta, circa quam nihil innouatur. § 12. B

Ius præſentandi qui ad Eccleſias prædictas habent, vt idoneos præſentent, ac eligant, hortantur, & monentur. § 14.

Inquiſitores ad præmiſſa peragenda deputati ea fide, ac diligentia in negocio tanti momenti verſentur, vt à Deo, & ipſo Romano Pontifice laudē conſequantur, & præmium expectare valeant. § 15.

Habes, quæ in hac Conſtitutione continentur. At ſi quæras huiuſmodi proceſſus, & examinis practicam, Flaminium Pariſum conſule, *a* qui huius quoque Conſtitutionis explanationem ſpecialitèr tradit.

Ea verò dicuntur Beneficia Conſiſtorialia, quæ à Papa in Conſiſtorio conferuntur, ſiue in libris Cameræ inter Conſiſtorialia fuerint deſcripta; Rota coram Paleotto. *b* Et aſſerenti, Papam non conſueuiſſe prouidere de aliquo Beneficio Conſiſtorialiter, incumbit onus probandi; ead. Rota dixit coram Caputaquen. & à Cherubin. ibi relata. *c* C

Denique de erectione Eccleſiarum in Cathedrales ſeculares, vel in alium ſtatum, agit Petrus Rebuffus. *d*

Ne autem Miſſa, & alia diuina Officia alibi quàm in Eccleſijs celebrentur, Felix huius nominis III. ſeu vt alijs placet, IIII. Epiſcopis omnibus vetuit, vt Ciacconus affirmat in vita: eius verò Sanctionem refert Gratianus, *e* vbi ex Dutheron. deſumptam colliges in hæc verba. *Ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.*

a tract. de reſignat. tom. 2. lib. 8 q. 5.
b die 2. vel 19. Iunij. 1559. in Nolana.
c ad hanc Greg. XIV. Conſtit. 6. ſchol. 2.
d in prax benef. par. 1. pag. 110. iuxta paris impreſſ.
e in Decret par. 3. de conſecrat. diſt. 1 cap. 11. ſicut non.

CONGREGATIO VIII. D

Pro Conſultationibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum.

ECcleſiarum Præſules, & Paſtores, qui ex præcepto Apoſtoli vigilant, laborant, & miniſterium implent, poſtquam ab Apoſtolica Sede (modo in præced. Congreg. narrato) honorem, & iuriſdictionem tanquam è piæ matris ſinu hauſerunt, & impetrarunt, ſi quando ouium ſuarum greges lupi rapacis quærentis quem deuoret, occurſu, vel inuaſione terreantur, vt auxilium, præſidiumquè ſibi paratum intelligant, oueſquè ſuas defendant, & fructuoſius paſcant, idem Sixtus V. pro Conſultationibus Epiſcoporum, & Præſulum Congregationem vel inſtituit, vel innouauit. *f* E

Cui quidem Congregationi facultatem attribuit Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Primatum, Epiſcoporum, Ordinariorum, & quorumcumque etiam inferiorum, non tamen Regularium, poſtulata audiendi, & cognoſcendi.

Propoſitis difficultatibus, quæſtionibus, & controuerſijs, aſſiſquè, ſuper quibus conſulta fuerit, etiam per literas, ſeduló, humaniterquè reſpondendi

Dubia, rationes, & cauſas Eccleſiarum, earumquè dignitatis, iuriſdictionis, exemptionis, immunitatis, iurium, priuilegiorum, & laudabilium conſuetudinum concernen-

f d. Conſt 74. Congreg. 12. in ordine.

cernentes summariè, simplicitèr, & de plano cognoscendi, & tam ex partium petitione, quàm ex officio, prout honestum, & opportunum videbitur, componendi.

Causas etiam, & controuersias inter eosdem Prælatos de iurisdictione, aliauè de causa exortas, nec non inter Capitula, aut obtinentes Dignitates, ac inter quascumque singulares personas, & Vniuersitates, aut locorum in temporalibus dominos, exceptis ijs, quæ Concilij Tridentini interpretationem, vel ordinem exigunt iudiciarium, re ipsa requirendi, examinandi, & amicabilitèr desuper componendi, ac transigendi, etiam per alios, si ita consultum videbitur, extra Diœcesim quoque curandi.

A

Præterea ad Ecclesias visitandas vbique locorum, in quibus Christiana viget Religio, Visitatores Summo Pontifici præsentare, vt exemplo S. Gregorij, S. Leonis, & aliorum Summorum Pontificum, cum in Domino expediri videbitur, destinare valeat. Quibus quidem Visitatoribus, vt cum spirituali fructu, & Fidelium ædificatione munus suum impleant, formam præscribat, negociorum omnium tractationis modum assignet, & negligentiam, si quando opus erit, emendet.

B

Insuper, vbi necessitas postulauerit, viros vsu, & doctrina idoneos, rectos, & Deum timentes, qui literarum Apostolicarum auctoritate suffulti tanquam Vicarij Apostolici Ecclesias regant, deligant.

Denique Cardinales huic Congregationi præpositi immunitatis Ecclesiarum defensores, & ad ipsorum Prælatorum personas, res, & bona quæcumque tuendum, Ecclesiarum iura ab omnium iniurijs, & oppressionibus aduersus quoscumque quauis auctoritate præfulgentes vindicanda, firmissimum sint propugnaculum.

Verùm hodie in ijs, quæ ad Ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum immunitatem attinent, summa prudentia san. me. Vrbani Octaui consultum est per erectionem, & instructionem nouæ Congregationis de Immunitate Sacrorum nuncupatæ, vt diximus supra Congreg. 4.

C

CONGREGATIO IX.

Pro Consultationibus Regularium.

Regularium Ordines, quibus Ecclesia hæc militans, & visibilis Reginam illam à dextris Dei in vestitu deaurato circumamictam varietate à Regio Propheta decantatam *a* designat, & ostendit, quiuè nedū omni tempore ornamentum, sed magnum quotidie Christi fidelibus adiumentum studijs salutaribus præstiterunt, & præstant. Vt eorum progressus in dies magis ac magis ad pietatem promoueantur, & qui è fluctibus seculi in portum Regularis vitæ confugerunt, remotis impedimentis, & inanibus contentionibus amputatis, sub Religionis suaui iugo, & suorum institutorum obseruantia quietè viuant, gratumquè Altissimo famulatum exhibeant, Sixtus V. qui Seraphici Patris Francisci Assisinatis regulæ, seu militiæ in minoribus constitutus nomen dederat, ac tanquam emeritus miles ad Christianæ Dignitatis apicem euectus, Beatiquè Petri Successor, & Christi Domini in terris Vicarius, pro consultationibus Regularium Congregationem instituit, & ordinauit, illiusquè curam, & regimen nonnullis S.R.E. Cardinalibus commisit, atque facultates infra dicendas attribuit.

a in psalmo 44.

D

Regularium, Claustralium, Mendicantium, non Mendicantium, Hospitalariorū, & Militarium possidentium, & non possidentium, cuiusuis demum Ordinis sint, controuersijs, dubitationibus, consultationibusquè propositis respondeant.

E

Causas, & controuersias iudiciariam formam non requirentes inter prædictos Ordines vertentes, siue in vniuersum, siue ratione particularium locorum audiant, et decidant.

Regularibus ipsis, quos feruore spiritus incensos ad perfectioris vitę statum transire velle constiterit, non tamen ad laxiorem, nec ad parem, sed ad arctiorem transeundi, quibuscumque Summorum Pontificum sanctionibus, et decretis non obstantibus, licentiam dare, et impertiri possunt.

Apostatarum eiectionem, et extra Monasteria degentium, aut vagantium causas

ijdem

ijdem Cardinales audiant, & cognoſcant, viroſquè tales coercendi poteſtatem habeant.

Apoſtolicæ Viſitationis iuſſa, & Conſtitutiones à Summis Pontificibus in ipſos Regulares editas exequi, & in vſum deduci curent.

Viſitatores Regulares laudatæ vitæ, zelo Dei, ſalutis animarum, & prudentia ſpiritus præditos, inſtitutorumquè Regularium, & laudabilium conſuetudinum peritiſſimos prouideant, qui, cum neceſſitas exegerit, ſui Ordinis Prouincias, receptis ab ipſo Pontifice literis, ad Omnipotentis Dei laudem, & locorum vtilitatem ſalubritèr viſitare valeant. A

Sub Regularium nomine etiam Moniales cuiuſuis regulæ, & obſeruantiæ comprehenduntur.

Omnem opem, totumquè ſtudium Cardinales prædicti impendant, vt ab inferioribus erga ſuperiores debita humilitatis reuerentia, & obſeruantia; à ſuperioribus quoque viciſsim erga inferiores beneuolentia, charitas, & diſciplina in ſpiritu lenitatis adhibeatur, neuè dominentur in fratres, ſed patres ſe eſſe meminerint.

Poſtremò Cardinales ipſi quaſi Religioſorum omnium portus, perfugium, ac præſidium eſſe ſciant, vt eorum auctoritate, & auxilio recreati, religioſæ vitæ, & regularis perfectionis ſtadium ſine impedimento ſtrenuè percurrant. B

Verùm ſi inter Epiſcopos, & Regulares controuerſiæ oriantur, & dubitationes inciderint, quæ ſub Concilij Tridentini diſpoſitione, aut interpretatione comprehendantur, ad eandem Tridentini Concilij Congregationem remittendæ ſunt.

Cauſas quoque inter ipſos Religioſos ortas, quæuè exoriri poterunt, iuxta quarumcumque Religionum inſtituta, illorumquè diſpoſitionem eorumdem Regularium Superiores cognoſcant, decidant, ac terminent. Quæ omnia ex præcitata Sixti V. Conſtitutione *a* plenius cognoſces.

a Conſt.74.Congreg.11.

CONGREGATIO X. C

Pro Indice librorum prohibitorum.

Libros improbatæ lectionis à recta Reipublicæ adminiſtratione alienos, & repellendos eſſe, Vlpianus reſpondit, *b* de officio boni, & innocentis viri verba faciens, poſt improbatam venditionem malorum medicamentorum, quæ corpori humano nocent, de iis, quæ mentes, animoſquè corrumpunt, ſic ait: *tantundem debebit facere & in libris improbatæ lectionis, magicis fortè, vel ſimilibus, hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt &c.* Et Lacedæmones Archilochi poetæ libros, quorum lectionem & verecundiæ, & pudicitiæ propter verborum obſcœnitatem nocere iudicabant, è Ciuitate ſua exportari iuſſiſſe, Balduinus refert, *c* dum Romuli leges Commentarijs illuſtrat, illam præſertim. *Ne quis præſentibus fœminis obſcœna verba facito.* Ouidium quoque propter libros, quos de *arte amandi* conſcripſerat, quorum lectio admodum Reipublicæ perniciosa, quippequæ iuuenum animos per ſe ipſos ad laſciuiam natura procliues magis incenderet, in Pontum deportatum fuiſſe ſcribit Giraldus, *d* & magis apertè Aurel. Victor. in vita Auguſti his verbis: *nam & Poetam Ouidium, qui & Naſo, pro eo quòd tres libros amatoriæ artis conſcripſit, exilio damnauit.* D

Quòd ſi pœna digni habiti ſunt, qui libellos famoſos ediderunt, ſcripſerunt, inuentos non conſumauerunt, ex Valentin. & Valent. ſanctione; *e* multò magis qui hos libellos, ſeu libros aduerſus Legem Diuinam, & Religionem publicam edunt, retinent, & exſcribunt, cum grauius ſit Diuinam, quàm humanam offendere Maieſtatem: *f* crimen quippe publicum eſt, & in omnium fertur iniuriam, quod aduerſus Religionem patratur. *g* E

Quę veritas ethnicis quoque probata fuit; referũt enim Greg. Tholoſ. *h* & Balduin. *i* amboquè à Diogene Laertio *k* mutuati ſunt; cum Prothagoras Piloſophus, quòd ſuo libro ſcripſiſſet: *de dijs quidem ſtatuere nequeo, neque an ſint, vel no, ſunt enim plura, quæ id ſcire prohibeant, quippe & ſumma incertitudo, & breuis hominum vita &c.* ob hoc principium operis ab Athenienſibus Vrbe pulſus fuit, librique illius in

b in l. Lecters itaque, § tantundem ff. famil. erciſcun.

c ad l.9. Romuli.

d in hiſtor. Poet. dialog. 4. pag. apud me 494.

e l. vnic. C. de famoſ. libell.

f Auth. Gazaros C. de heret.

g l. Manichaos, 4. C. de heret.

h de repub lib. 12 cap. 7. nu. 19.

i in comment. Inſtit. lib. 4. tit. 18. ad fin. de pub. iud.

k lib. 9. de vitis philoſ. in Prothagoras.

in foro concremati funt, fub præconis voce à fingulis, qui illos habebant, inueftigati.

Et librorum hærefim, vanamquè curiofitatem fapientium combuftionem antiquiffimam, & initio nafcentis Ecclefiæ feruaram, facra reftatur Pagina *a* in hæc A verba. *Multi autem ex ijs, qui fuerant curiofa fectati, contulerunt libros, & combufferunt eos coram omnibus, & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium &c.*

Quod etiam à Theodof & Valentin. fancitum habes *b* his verbis. *Nec verò impios libros nefandi, & facrilegi Neftorij aduerfus venerabilem Orthodoxorum Sectam, decretaquè fanctiffimi Cœtus Antiftitum Ephefi habiti fcriptos habere, aut legere, aut defcribere quifquam audeat, quos diligenti ftudio requiri, ac publicè comburi decernimus &c.* Habes etiam ad hanc rem alias Imperatorum fanctiones nouiffimè poft multos à Profpero Farinacio *c* relatas, dum quærit, quomodo, & qua pœna puniatur retinens, legens, legendofquè iubens libros hæreticorum; & à Carolo Quinto Imperatore lutheri libros publicè combuftos fuiffe Iouius fcribit. *d*

a in actis Apoftolor. cap. 19.

b in l. damnato, § nec verò, C. de hæret.

c in tract. de hæresi, q 180 §. 1.

d in vita Leonis X. lib. 4. pag. apud me 103.

B Verùm quis inter Summos Pontifices primus hanc fecerit prohibitionem, nondum benè noui; quàmuis Gelafius Papa I. anno 496. Manichæos in Vrbe deprehenfos exilio damnauerit, eorumquè libros apud Bafilicam S. Mariæ Maioris publicè combufferit, Ciaceono tefte. Simmaci quoque iuffu, qui Gelafio poft Anaftafium fucceffit anno falutis 498. ante fores S. Ioannis in Laterano hæreticorum libri flammis fuerunt confignati, vt Platina fcribit; & ante Gelafium, ac Simmacum Leonem I. anno 440. hoc idem geffiffe idem Platina teftis eft: Hormifdam quoque Pontificem Manichæorum codices ante fores Bafilicæ Conftantinianæ incendio confumpfiffe fcribit Ciacconus in vita; hic autem Pontifex renunciarus eft anno Chrifti 514. Et iubentibus Gregorio IX. ac Innocentio IV. anno 1243. librum Talmudi, aliofquè libros reprobatos apud iudæos repertos fuiffe combuftos, Farinacius *e* fcribit. Et C Alexandrum huius nominis IV. qui Beati Petri anno 1254. Sedem tenuit, libros cuiufdam Guglielmi de Sancto Amore contra paupertatem editos legi prohibuiffe; & alium quoque librum damnati nominis auctoris, affirmantis, ftatum gratiæ non à lege Euangelica, fed à lege fpiritus procedere, publicè flammis aboleri iuffiffe reperio apud Platinam, & Ciacconum in eiufdem Pontificis vita: latius tamen hanc rem profequitur Frater Ferdin. de Caftiglio, *f* qui literas Apoftolicas hanc materiã concernentes refert, addens modum, quo ipfe Alexander vfus eft in confutandis erroribus d. Guglielmi de S. Amore, vt fcilicet Cardinales Hugonem de S. Theodofio Presbyterum Cardinalem Sanctæ Sabinæ, Cadinalem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, Cardinalem S Laurentij in Lucina, vnà cum Card. Epifcopo Tufculano elegiffet, ac deputaffet.

e tract. de hæref. q 180. §. 1. fub num. 10. verf & de libro Talmudi

f in hiftoria Ordin. Prædicator. par. 1. lib. 2. cap. 53. & 55.

D Quo forfan exemplo monitus Pius Pontifex huius nominis IV. aptiffimum tanto malo remedium effe cognofcens, fi componeretur, & ederetur Index, fiue Cathalogus librorum, qui vel hæretici fint, vel de hæretica prauitate fufpecti, vel certè moribus, & pietati noceant, & id negocij ad facram Tridentinam Synodum reiecif fet; ea verò ex tanta Epifcoporum, & aliorum doctifsimorum virorum copia ad eũ conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio infignes Prælatos delegit, qui adhibitis etiam in confilium lectiffimis Theologis, prædictum Indicem abfoluerunt, & ex eiufdem Synodi decreto ad eundem Pontificem pro fuprema manus impofitione, & confirmatione tranfmiferunt; & idem Pontifex nedum legit, fed quibufdam doctiffimis, probatiffimifquè Prælatis eundem accuratiffimè legendum, examinandumquè tradidit; contentaquè in eo literis Apoftolicis denique confir-E mauit. *g* Sed quoniam hærefis morbus animæ perniciofifsimus vt cancer quotidie ferpit, & filij tenebrarum Arcem Catholicæ veritatis omni machinationis genere non ceffant oppugnare, libros præfertim hærefis tabe infectos promulgando, aliofquè noxia doctrina afpergendo, corrumpendoquè, & ex nobis ipfis, vt Apoftolus prædixerat *h* exurgant viri loquentes peruerfa, vt poft fe difcipulos adducant, Sixtus propterea huius nominis V. librorum expurgationem, recognitionemquè neceffariam agnofcens, quod ab exordio nafcentis Ecclefiæ à Sanctis quoque Patribus factitatum enarrant Baron. *i* & Petrus Gregor. Tholof. *k* Et in Concilio Romano 70. Epifcoporum, Gelafio I. præfidente, poft recenfitos canonicos libros tum veteris, tum noui Teftamenti, & diftinctionem librorum, qui catholici, & authentici effent, qui apochriphi, & fufpecti, parua, aut nulla authoritate, iudicati funt; plenius

g in Conftit. 77. Bullar nou. to. 2. pag. 109.

h in actis Apoft. cap. 20.

i annal. tom. 1. anno Chrifti 44. pag. apud me 314

k de Repub lib. 12. cap. 7. num. 4. & feqq.

plenius à Gratiano *a* relati;& meminit Clemens Octauus, *b* & ad saturitatem Couarruuias, *c* Sixtus inquam V. tanto negocio Cardinales aliquot præfecit, & Congregationem instituit: facultates verò infrascriptas attribuit.

Cathalogos, & Indices librorum aut olim, aut proximè confectos, eorumquè regulas editas recognoscant, & examinent. A

Certorum auctorum libros prohibitos, aut quouis modo in prioribus Indicibus suspensos diligentèr excurrant, & prout expedire iudicauerint, permittant.

Libros, qui post (Tridentini Concilij iussu) editum Indicem, & à Pio IV. vt diximus, comprobatum Indicem prodierunt, Catholicæ doctrinæ, Christianorumquè morum disciplinæ repugnantes expendant, & recognoscant, ac vbi Summo Pontifici retulerint, Apostolica auctoritate reijciant; hominum verò iniuria, & dolo deprauatos emendent: quos verò (paucis re iectis erroribus) vtiles alioqui studiosis esse cognouerint, expurgandi, & corrigendi modum ineant, Indicesquè expurgatorios conficiant: nouos etiam libros approbandi, & improbandi rationem præscribant.

Vniuersitatem Parisiensem, Bononiensem, Salamantinam, Louaniensem, aliaquè probata Studia ad hanc librorum expurgationem, & correctionem excitent; earundem quoque diligentiam, operam, & industriam requirant. B

Ipsis quoque Cardinalibus permittitur, vt Theologis, Cononistis, alijsquè peritis viris pijs, atque idoneis (nec verò alijs) etiam aliunde accersitis ad hoc omne negocium Reipublicæ Christianæ semper, & his quoque temporibus necessarium adhibitis, eam ob rem tantùm libros vetitos retinendi, legendiquè, etiam absque Summi Pontificis licentia, facultatem impertiantur. Hactenus Sixtus V. in sæpe citata Constitutione: *d* quod etiam prædecessor suus Gregorius XIII. antea fecerat, ipsumquè Sixtum tunc S.R.E. Cardinalem inter quinque Cardinales ad hoc deputatos reposuerat, vt legitur in sua Const. *e*

Verùm cum idem Sixus re minimè absoluta ab humanis excessisset, Clemens VIII. *f* quod iam vtilitèr cœptum fuerat, & à multis desideratum, perficiendum duxit, & venerabili fratri sui Marco Antonio Episcopo Prænestino de Columna, ac dilectis filijs Presbyteris Augustino S.Marci de Verona, Simeoni S.Anastasiæ de Terranoua, Hieronymo S.Mariæ super Mineruam Asculano, Federico S Mariæ Angelorum in Thermis Borromæo, Francisco S.Mariæ Transpontinæ Toleto, nec non Ascanio S.Mariæ in Cosmedin de Columna Diacono Cardinalibus deputatis, alijsquè pijs, & eruditis viris in consilium adhibitis, ea omnia, & singula, quæ à Sixto V. instituta fuerant, diligentèr examinanda commisit, ac demum magno studio visa, & Deo fauente absoluta, nedum Pij IV. supra relatam Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quàm alia quædam ab eodem Clemente addita Apostolica auctoritate comprobauit, atque ab omnibus tam Vniuersitatibus, quàm singularibus personis vbique locorum existentibus, sub iisdem pœnis in d. Pij Constitutione contentis obseruari præcepit, & mandauit. C D

Quò autem facilius negocium tum prohibitionis, tum expurgationis, & impressionis librorum peragatur, eas omnes facultates, priuilegia, & indulta, quæ Pius V. sacri Palatij primùm Magistro, deinde Gregorius XIII. & Sixtus V. Cardinalibus Congregationis, de qua loquimur, concesserunt, confirmauit, & quatenus opus esset, innouauit in his omnibus, quæ in suo Indice additis non aduersantur. §. 4.

Si quæ verò in posterum dubitationes, aut controuersiæ circa ipsum librorum Indicem, illiusquè Regulas, aliaquè illis addita emerserint, ad Congregationem hanc Cardinalium, seu aliorum, qui pro tempore super Indice huiusmodi deputati fuerint, referantur, & ex eorundem Cardinalium sententia, Summo Pontifice, si rei grauitas postulauerit, consulto, declarentur, & decidantur; quorum authoritatem cùm permittendis, tùm prohibendis, expurgandis, & imprimendis libris, alijsquè ad eam rem pertinentibus explicandis præcipuam esse voluit, & mandauit in §. 5. E

Sed quoniam de librorum impressione mentionem fecimus, non omittendum putaui, quod in Lateranensi Concilio sub Leone X. sancitum habes, *g* libros nempe imprimi absque approbatione Vicarij, & Magistri Sacri Palatij in Vrbe, ac Episcoporum, vel Vicariorum, & Inquisitorum alibi sub pœna combustionis eorundem librorum publicè, non posse.

Alias quoque Constitutiones Iulij III. Pauli IV. & Pij IV. hac de re loquentes Petrus Gregorius Tholosanus *h* enunciat, qui de libris ad Religionem pertinentibus, & de scripturis veteris Testamenti, & Rabinorum, *i* de libris Euangelicæ Legis probatis

a dist. 15. cap. 3.
b Constit. 36. in princ. bullar. nou tom. 3. pag. 51.
c lib. 4. variar. cap. 16. & 17.
d 74. Congreg. 7.
e 10. Bullar. vet. pag. 1203.
f Const. 36. Bullar. nou. tom. 3. pag. 51.
g Concil. general. t. 4. pag. 144. sess. 10.
h in tract. de Repub lib. 12. cap. 9. num. 18.
i d. tract. & lib. cap. 5.

batis in facrofancta Religione, *a* de libris Euangeliorum, *b* de vtilitate, ac neceffitate lectionis facræ Scripturæ, *c* de doctrina Ecclefiaftica, & traditionibus Ecclefiafticis, *d* de alijs libris Interpretum legis Diuinæ, *e* de libris Dei, *f* de libris Sybillinis *g* non minus doctè, quàm eruditè agit videndus.

A Sed an libri hærefei reperti penes aliquem operentur, vt ille de hærefi condemnari poffit, vide Hieronymum de Monte in fuis quæftionibus. *h* Et fi ritè abiurauit errores contra Fidem, & poft abiurationem repertus fuerit retinere libros hærefeos, an dicatur relapfus, idem Hieron. de Monte *i* fcribit videndus.

a cap. 6.
b cap. 7.
c cap. 8.
d cap. 9.
e cap. 10.
f cap. 11.
g cap. 12.
h q. 13. nu. 18. & per tot.
i in ead. q. 13, & fupra q. 11.

CONGREGATIO XI.

De conftruenda, & exornanda Bafilica Principis Apoftolorum; fiue pro Fabrica S. Petri.

B LAudauit rerum omnium Opifex Deus cogitationem, quam habuit Regius Propheta Dauid, ædificandi Domum nomini Dei, vt facer teftatur Hiftoricus his verbis. *k Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares Domum nomini meo, benè quidem fecifti huiufcemodi habere voluntatem &c* Hanc eandem cogitationem, vt mea fert opinio, in Beato Petro Apoftolorum Principe, poft acceptum à Chrifto Domino refponfum. *Tu es Petrus, & fuper hanc Petram ædificabo Ecclefiam meam.* fuiffe videtur.

k lib. 2. paralip. cap. 6.

Peragrato enim Orbe, prædicato Euangelio omni creaturæ, relicta Antiochena Cathedra, tandemquè gloriofa martyrij palma in Vaticano recepta, primum fui corporis lapidem in altiffimum, ac firmiffimum Romanæ Ecclefiæ fundamentum in eo-
C dem loco iecit. Cuius quidem Ecclefiæ ampliffimam profectò admirandam ftructuram licèt ipfe gloriofus terræ Princeps (ficut etiam Dauid) corporeis videre oculis non potuerit, filius tamen eius Conftantinus Magnus Imperator, quem Beatus Syluefter ipfius Apoftolorum Principis Succeffor in Chrifto Iefu parturierat (veluti alter Salomon) vidit: relicto enim gentiliraris errore, ex aqua, & Spiritu Sancto regeneratus, octaua fui Baptifmi die depofitis albis totus mundus, & faluus ad Confeffionem Beati Petri Apoftoli veniens, ablatoquè diademate capitis, exuens fe clamyde, & accipiens bidentem, terram prius aperuit ad fundamenta Bafilicæ conftruendæ; dehinc ob numerum duodecim Apoftolorum duodecim cophinos terra plenos fuppofitis humeris baiulans afportauit, & ita gaudens, ac exultans in carruca fua cum Epifcopo fedens ad Palatium redijt, Baronio ita referente, *l* qui addit; *imitatus videtur Conftantinus, à quo genus ducebat, Vefpafianum Imperatorem, de quo*
D *Suetonius; m ipfe reftitutionem Capitolij aggreffus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac fuo collo quædam extulit: hæc Suetonius: debuit nè prætermififfe Conftantinus pro cultu veræ Religionis præftare quod ipfo maior eiufdem familiæ Flauiæ illuftrator pro fuperftitione auita officium exhibuerat?* Hactenus Baronius. Quibus dictus adde, fi lubet. Scimus à Tito Vefpafiano eiufdem Flauiæ gentis Salomonis Templum, cum iam Mofaicæ Legi per Euangelicam veritatem abrogatum effet, funditus euerfum fuiffe; quidni igitur à Conftantino (& ipfe Flauiæ gente, vt diximus) pro veræ Religionis cultu ab Euangelica Lege præfcripto, fanctiori ritu, Regio fumptu, & tanto Principe digno, nouum Templum ex ea Ciuitate, quam facrilega Iudæorum impietas fœdauerat, in aliam Ciuitatem, quæ firmiffimum Chriftianæ pietatis fundamentum, & veræ Fidei Magiftra effe debuerat, trans-
E ferendum, & conftruendum erat?

l annal. tom. 3. an. Chrifti 324. pag. 229.
m in Vefpafiano cap. 8.

Poft hanc verò Templi translationem, feu conftructionem à Conftantino factam, Leo huius nominis Primus Pontifex, qui Beati Petri Cathedram confcendit anno Chrifti 440. nonnullos Romanos Ciues ad cuftodiam Confeffionis, feu Apoftolorum Sepulchri conftituit, quos Cubicularios appellauit, vt ex Platina, & Ciaccono liquet. *n* Et Sanctiffimum Gregorium anno falutis 602 vtriufque Bafilicæ Petri, & Pauli vt earum tecta inftaurarentur fufcepiffe, fcribit Baronius. *o*

Califtus II. anno 1119 Pontifex renunciatus ruinam minitantem reftituit, reparauitquè, & mille adftantibus Epifcopis, quos Romam ad Concilium conuocauerat, confecrauit, fi Panzirolo credendum eft, *p* etiam neque apud Baronium, neque Ciacco-

n in vita huius Pontificis.
o in annal. de anno 602. tom. 8. pag. 157. litera E
p tefor. nafcofti di Roma, in Regione Burgi, Ecclef. 17 S. Petri, pag. 526.

I

a ib. addit. ad Ciaccon.

Ciacconum hoc reperio; sed tantùm Floravantes Martinellus a refert, & antiqua inscriptione probat, Pontificem hunc solemni ritu, & multis adstantibus Cardinalibus, Episcopisque Ecclesiam S. Chrysogoni consecrasse.

b in vita ubi de gestis agit, col. 1183.
c annal tom. 4. anno 395. pag. 722.

Nicolaus V. ad caput Templi, de quo loquimur, amplam testudinem, quam vulgò Tribunam vocant, quò Templum ipsum augustius, & hominum magis capax esset, inchoauit, testis est Ciacconus: b meminit etiam Cardinalis Baronius c in hæc verba. *Perseuerauit memoria illa* (Probi scilicet) *integra, licèt neglecta, vsque ad Nicolai Papæ V. tempora, quando idem Pontifex amplioribus spatijs extedificare nouam Basilicam Principis Apostolorum primus aggrediens, Templum illud Probi, quod illius apsidi iungebatur, demolitus est &c.* A

Iulius II. vastam, ac portentosam augustissimi Templi molem, quam hodie in Vaticano videmus, egregij Architecti Bramantis opera, veteris Basilicæ parte disiecta fœlicitèr inchoauit, primum lapidem, aureaquè sub illo numismata, sacro adstante Senatu, posuit; Ciacconus, & Panuinus scripserunt, ac sequens monumentum indicat,

IVLIVS II. PONT. MAX.
ÆDEM BEATO PETRO DICATAM
VETVSTATE COLLABENTEM
IN DIGNIOREM AMPLIOREMQ. FORMAM
VT ERIGAT FVNDAMENTA IECIT.
ANNO CHRISTI MDVII.
VETEREM CONSTANTINVS IMP. ÆDIFICAVIT. B

Paulus III nobilissimum opus prosequutus, eius cineres post obitum in hac Basilica collocari voluit; & temporario tunc posito monumento, vt Panuinus ait, egregium deinde conditum fuit; quod, eiusdemque cineres san. me. Vrbanus VIII. in oportuniorem eiusdem Basilicæ locum transferri iussit, vt in priori loco Ara vna ex quatuor extrueretur, prout extructa, & S. Andreæ Apostoli Statua exornata visitur; facta autem est translatio hæc tumuli, & cinerum anno 1629. die 15 Ianuarij: è cuius quidem sepulchri regione idem Vrbanus VIII. viuens adhuc, sed mortis memor, suarum quoque cinerum conditorium elegit, ac elegantissimum erexit, Equitis Bernini ingenio, viuaciquè scalpro elaboratum. C

Iulius III. Paulus IV. magnifico inuigilant operi. Pius IV. parietes fornicibus cōnectit. Gregorius XIII. Sacellum, quod de nomine Gregorianum appellamus, exornat, ibiquè S. Gregorij Nazianzeni Corpus ab Ecclesia S. Mariæ in Campo Martio translatum, sub Ara huic Sancto dicata solemni pompa, & ecclesiastico ritu locauit.

Sixtus V. magnam huius Templi testudinem (quam vocant Cuppolam) perfecit. Ex obeliscis Heliopoli olim erectis Soli dicatis, quorum alterum Caio Caligula imperante Romam aductum, in Vaticano locatum, à Totila Gothorum Rege euersum, ac solo æquatum, Dominici Fontanæ Architecti opera in Vaticano foro erectum, Iesu Christo Solis Domino, Solisquè iustitiæ vexillo, quod est Crux, eius imagine fastigio in summo supra montes, stellasquè collocata, sacrauit, pluribus inscriptionibus rem ipsam illustrauit, quarum præcipua ad rem nostram sequens visa est. D

CHRIST. VINCIT CHRIST. IMPERAT CHRIST. REGNAT
CHRISTVS AB OMNI MALO PLEBEM SVAM DEFENDAT
SIXTVS QVINTVS PONT. MAX.
OBELISCVM VATICANVM E
DIIS GENTIVM IMPIO CVLTV DICATVM
AD APOSTOLORVM LIMINA
OPEROSO LABORE TRANSTVLIT.
ANNO MDLXXXVI. PONT. II.

Pauli verò V. sedulitas, & vigilantia in hoc opere excolendo, perficiendoquè quanta fuerit, oculata fides, & sequens inscriptio testantur, cuius characteres ab Abbate Paulo de Angelis referuntur.

PAV-

☧

A PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
SACROSANCTAM B. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORVM
BASILICAM
QVAM IVLIVS II. PONT. MAX. INCHOAVERAT
ALIIQ. PONTIFICES MAXIMI
PROSECVTI FVERANT
VT VNIVERSVM CONSTANTINIANAE BASILICAE AMBITVM
RELIGIONE VENERABILEM INCLVDERET
CHORVM SACRARIVM AC PORTICVM
B BENEDICENDO POPVLO EXAEDIFICARET
GRANDI ACCESSIONE ADIVNCTA
OPVS AMPLISSIMVM AC MAGNIFICENTISSIMVM
ABSOLVIT
ANNO MDCXV. PONT. X.

Hæc annis proximè elapsis supra primarium ostium huius Basilicæ ex interiori illius parte legebantur; hodie verò exeuntibus à sinistris, quibusdam immutatis, alia sese legentibus offert inscriptio.

C PAVLVS QVINTVS
VATICANVM TEMPLVM A IVLIO INCHOATVM
ET VSQVE AD GREGORII ET CLEMENTIS SACELLA
ASSIDVO CENTVM ANNORVM OPIFICIO
PRODVCTVM
TANTAE MOLIS ACCESSIONE
VNIVERSVM CONSTANTINIANAE BASILICAE AMBITVM
INCLVDENS CONFECIT
CONFESSIONEM B. PETRI EXORNAVIT
FRONTEM ORIENTALEM ET PORTICVM
D EXTRVXIT.

Ex alia verò à dextris locata quicquid Vrbanus Octauus in hac eadem Basilica excolenda hucusque peregerit, cognoscere licet; sic enim concepta est.

VRBANVS OCTAVVS
VATICANAM BASILICAM
A CONSTANTINO MAGNO EXTRVCTAM
A B. SILVESTRO DEDICATAM
IN AMPLISSIMI TEMPLI FORMAM
E RELIGIOSA MVLTORVM PONTIFICVM MAGNIFICENTIA
REDACTAM
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT.
SEPVLCHRVM APOSTOLORVM
AEREA MOLE DECORAVIT
ODEVM ARAS ET SACELLA
STATVIS AC MVLTIPLICIBVS OPERIBVS
ORNAVIT.

Quid denique SS.D.N. Innocentius X. in eodem Vaticano celeberrimo Templo peregerit, sequens indicat inscriptio, supra principem Basilicæ ianuam collocata.

BASILICAM PRINCIPIS APOSTOLORVM
IN HANC MOLIS AMPLITVDINEM A
MVLTIPLICI ROMANOR. PONTIFICVM ÆDIFICATIONE
PERDVCTAM
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
NOVO CÆLATVRÆ OPERE
ORNATIS SACELLIS
INTERIECTIS IN VTRAQVE TEMPLI ALA
MARMOREIS COLVMNIS
STRATO E VARIO LAPIDE PAVIMENTO B
MAGNIFICENTIVS TERMINAVIT

Patet igitur ex hueusque dictis, hanc Beati Petri Basilicam à Constantino Imperatore constructam, & multis, amplissimisquè donis Beato Syluestro, ac Successoribus Romanis Pontificibus pro illius conseruatione, & reparatione factis locupletatam, vt Gratianus, *a* & Baronius *b* monumentis ab alijs receptis consignarunt, Quamobrem vt tanti beneficij memores essent Romani Pontifices, ac etiam vt ex iniuncto Apostolatus officio, Ecclesiæ nempe, quæ Domus Dei sunt, in suis structuris, & ædificijs conseruentur, & quando necessitas postulet, reparentur, iure quidem merito hanc sedulam nauarunt curam, nedum ex ijs, quæ à Constantino donatis remanserunt, annuis præstationibus, sed nouis etiam pensitationibus, & emolumentis excogitatis, assignatisquè in sanctissimum, ac religiosissimum opus erogando. C

a in c. Constantinus, dist. 96.
b annal. tom. 3. anno 324. pag. 239.

Iulius enim II. qui hanc Aedem collabentem vt in digniorem, ampliorémquè formam erigeret, fundamenta iecit, vt suæ intentionis, prosequendi operis scilicet executorem haberet, Commissarium deputauit, quem, & alios omnes hanc rem adiuuantes, multis facultatibus, priuilegijsquè decorauit, *c* quibus cum pro maiori parte sit abrogatum, vel postea ab alijs Summis Pontificibus innouatum, ea haud referenda duxi.

c in Constit. 23. tom. 1. pag. 437.

Clemens VII. eodem religionis, & pietatis zelo incensus, Collegium sexaginta virorum curialium instituit, *d* cui quidem Collegio ad huius fabricæ causarum cognitionem deputandi iudicem facultatem dedit. § 4. D

d Const. 3. Bullar. nou. tom. 1. pag. 162.

Eleemosynas, & oblationes recipere, & custodire, ac per officiales ab eodem Collegio eligendos in hoc fabricæ, opus, & non ad alium vsum erogandas tradere. §. 6.

Dilationes, pacta, transactiones cum debitoribus initæ plenissimum habent firmitatis robur. §. 7.

Collectores ab omni superioritate, & iurisdictione exemptos pro bonis tam in vltima voluntate, quàm inter viuos relictis, conquirendis, & exigendis deputat. §. 8.

Bona ad hanc fabricam quomodocumque prouenientia publicè subhastari, & vendi faciat; pretium, & pecuniæ redactæ in operis continuationem erogentur. §. 9.

Iudex vt supra à Collegio deputatus tanquam Ordinarius simplicitèr, & de plano manu regia, etiam Sede vacante, procedit. §. 10. E

Communitates, Vniuersitates, Collegia, & alias quantumuis priuilegiatas personas debitrices, sub censuris, interdictis, & execrationibus ad soluendum compellit. §. 11.

A sententijs per Iudicem prædictum latis solum Collegium appellationes audit, exclusis etiam S.R.E. Cardinalibus, & Vicecancellario. §. 12.

Executiones contra debitores nullo pacto, nec à quouis iudice, etiam à sacro Senatu collegialitèr Sede vacante collecto impediantur. §. 13.

Disposita

Dispostia ad fauorem Fabricæ nullo modo retardentur, impediantur, vel occultentur. §. 14

Qui de relictis ad fabricam notitiam habuerint, vel notarij rogati extiterint, denunciare tenentur. §. 15.

A Tandem habes clausulas præseruatiuas amplissimas, executores huius Sanctionis deputatos, contrariorum derogationem, & transumptis etiam fidem adhibendam esse. §. 16. 17. 18. & 19.

Sed quanta fuerit eiusdem Clementis animi propensio, hoc præclarum, & verè Summo Pontifice Beati Petri Successore dignum opus perficiendi, nedum ex prænarratis constat, sed quæ postea sanciuerit, apertius demonstrant. *a*

Quod ipse (inquit) *Iulius morte præuentus, successiuè Leo X. Adrianus VI. Romani Pontifices etiam prædecessores nostri varijs causantibus impedimentis perficere non potuerunt, id omni conatu, ac totis viribus aggrederemur, dignum, quin potius debitum duximus &c* Et paulò infra in §. 4. *Cognoscentes ad tanti operis absolutionem facultates Cameræ Apostolicæ quampluribus debitis, & alijs oneribus grauatas non sufficere, & opus ipsum tam sublime, & excelsum ad finem optatum absque pijs, &*

B *largis Christi fidelium erogationibus, & alijs subsidijs perduci non posse &c.* Præfato Collegio ab eo, vt supra deputato, & alijs per idem Collegium in genere, vel in specie deputandis facultates attribuit infrascriptas.

a Constit. 9. bullar. nou. tom. 1. pag. 721.

Componendi scilicet super malè ablatis incertis, & per vsurariam prauitatem quæsitis. §. 5.

Vel alicui Ecclesiæ deberentur, in quibus tamen Romana Ecclesia de iure communi succedere posset. §. 6.

Super restitutione facienda personæ incertæ. §. 7.

Legatis Deo, Sanctis, pauperibus, aut locis pijs absque speciali determinatione, & proprijs nominibus non expressis, vel de quibus adsit dubitatio in restitutione facienda. §. 8.

C Super inexactis, etiam Ordinario donatis, vel relictis exigendis, & recuperandis. §. 9.

Cum quibusuis personis Ecclesiarum bona occupantibus, quæ ob iudicialis probationis defectum compelli ad restitutionem non possent. §. 10.

Super legatis, & quibusuis vltimis voluntatibus pro malè ablatorum restitutione ordinatis, & relictis. §. 11.

Relictis quoque absentibus, qui tamen propter absentiam relictorum huiusmodi notitiam habere non possent. § 12

Super bonis restituendis ijs, quibus receptio amplius non competeret. §. 13.

Super pecunijs, rebus, & bonis ad publicas commessationes, & prandia ex voto, seu consuetudine relictis. §. 14.

D Quæ quidem compositiones biennio, & ipsius Clementis beneplacito durante, etiam super rebus litigiosis, coram quocumque iudice, in quacumque instantia pendentibus fieri valeant, & validæ reputentur. §. 15.

Causæ omnes, in quibus fabrica ius habet, vel habere potest, etiam coram alijs iudicibus pendentes, præuia auocatione iudici ipsius fabricæ committuntur. §. 16.

Conceditur etiam huic Collegio facultas componendi cum occupatoribus bonorum Ecclesijs debitorum. §. 17.

Eleemosynas huic fabricæ erogantibus Confessariorum electio datur, cum facultatibus amplissimis in vtroque foro dispensandi. §. 18.

Pecuniaria pœna, & ecclesiasticis mulctantur Censuris, qui præmissis obstare, vel quouis modo sese opponere præsumpserint §. 19.

E Sed & Paulus III. prædecessorum Pontificum exemplo monitus, hanc Sacrosanctam Basilicam, antiquis non immutatis, sed potius auctis, nouis quoque gratijs, & priuilegijs exornauit, muniuitque. *b* Hæc autem cum pro maiori parte in prænarrata Clementis VII. Constitutione contineantur, eandem canere cantilenam non est opus. Adde etiam nonnulla, electionem scilicet Confessariorum, dispensandi etiã quoad ætatem legitimam ad sacros Ordines, & gradus consanguinitatis, affinitatisque, & alia huiusmodi in matrimonialibus per Concilium Tridentinum sublata fuisse, Pio IV. testante. *c*

Quæ tamen in Clementina Constitutione non sunt expressa, hic addere non inutile duxi.

b Const. 31. bullar. nou. tom. 1. pag. 660.

c Const. 61. bullar. nou. tom. 2. pag. 90. & Const. 94 pag. 136.

Notarij

Notarij ad ostendendum legata, & vltimas voluntates cogi possunt. *§*. 14. ac etiam libros, & prothocolla. *§*. 20.

Super legatis certis infra annum non executis ad vtilitatem ipsius fabricæ Commissarij componere possunt, & quintam partem recipere *§*. 15. & 24.

Bona stabilia vendere, immobilia verò ad Vrbem absque vlla solutione gabellæ A transferre. *§*. 16.

Legatorum ratam fabricæ debitam etiam intra annum à die obitus testatoris exigi posse. *§*. 22.

Societatem sub inuocatione Principis Apostolorum, in qua primo loco se ipsum, deinde Carolum Quintum Romanorum Imperatorem, & Francifcum Francorum Regem descripserat, Paulus III. erexit. *§* 38.

Contra quoscumque Quæstores procedendi, & quæsita per eos fabricæ S. Petri applicanda sanciuit. *§*. 44 Tu vide prohibitionem publicandi Indulgentias ad Quæstum in Pij V. Sanctionibus. *a*

Quæ tamen facultates, & priuilegia ad beneplacitum Summorum Pontificum canonicè electorum concessa intellige *§*. 47. B

Quomodo autem concessiones, & gratiæ ad beneplacitum Principis concessæ intelligantur, & suffragentur, tu vide post alios Menochium. *b*

Iulius quoque huius nominis III. prædictas facultates à Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clemente VII. & Paulo III. concessas suo diplomate confirmauit, & ad donationes etiam, quas vocant inter viuos, extendit: *c* & Collegium hoc fabricæ Basilicæ S. Petri in exequendis donationibus prædictis ad pias causas factis, & fiendis; & in applicanda quinta earum parte dictæ fabricæ facultatem habere sanciuit. *§*. 1.

Sed numquid legatum, seu donatio facta pro construendis, ac reparandis vijs, & pontibus, dicatur pium, itaut sub dispositione huius Sanctionis reponendum sit? affirmatiuam partem tueri videtur Tiraquel. *d* dum post multorum sententias relatas ait, legatum hoc adeo fauorabile esse, vt licèt quis habeat priuilegium immunitatis à publicis muneribus, ad constructionem tamen pontium, & viarum teneatur, C itaut ex Honor. & Theodos Imperatorum responso *e* neque Ecclesia ab hoc onere sit immunis; hanc verò conclusionem pluribus exornat, & declarat Ioann. Guttierez. *f*

Quid si legatum factum Petro tanquam personæ pauperi, qui tamen sit diues, an dicatur legatum pium? respectu legantis potest dici pium, dum qualitatem legatarij ignorauit, sed respectu Petri legatum remanere tanquam incertæ personæ factum, & sub facultatibus huius nostræ Congregationis repositum scribit Cherub. iunior. *g* licèt de iure communi aliter dicendum esset, nam relictum, quod pro non scripto habetur, remanet apud hæredem sine onere. *h*

Præterea eundem animi ardorem, vt hæc Sacrosancta Basilica quantocitius in sua constructione ad finem perduceretur, habuisse Pium V. ex ijs, quæ fecit, ediscitque D colligi potest; siquidem ferè vno, eodemque tempore sex leguntur promulgatæ Cōstitutiones, quibus vel declarauit, vel ampliauit, vel de nouo facultates, & priuilegia huic fabricæ concessit.

Prima enim Constitutio *i* continet, duas sententias conformes pro fabrica Sancti Petri latas rem iudicatam facere in ea parte, in qua sunt conformes. Si causæ interesse huius fabricæ concernentes per appellationem committantur à Signatura, semper intelliguntur commissæ cum clausula, *sine præiudicio executionis duarum conformium*.

Secunda verò Constitutio *k* Collegio Deputatorum huius fabricæ facultatem tribuit exequendi omnia pia legata, infra annum à die mortis testatorum realitèr nō adimpleta, cum retentione quintæ partis pro subuentione eiusdem fabricæ. In Vr- E be verò si Vicarius Papæ infra quindecim menses prædicta legata à die mortis testatoris computandos, in exequendo non præuenerit, Collegium manus apponit cum eadem detractione quintæ partis.

In tertia Constitutione *l* conceditur eidem fabricę medietas legatorum ad pias causas factorum, si infra triennium ab hęredibus debitę executioni non fuerint demandata. Cum tamen non rarò contingat, pia huiusmodi legata, & dispositiones, prǽsertim pro constructione monasteriorū, hospitalium, seu Ecclesiarum, & similium relictorum propter aliquid facti, seu iuris impedimentum exequi non posse, quia nempe pecunia relicta à testatore non sufficit, aut in loco à testatore designato ædificari

a Const. 30 bullar. nou. tom. 2. pag. 214. & Cōst. 99. eod Bullar. & tom. pag 304.
b de arbitr. iudic. lib. 1. q. 69. nu. 9. 10. & alibi
c Const. 15. Bullar. nou tom. 1. pag. 709.
d de priuileg. piæ causæ, in præfat. vers. item legatū factum ad constructionem.
e l. ad instruct. C. de sacros. Eccles.
f pract. quæst. lib 1. q 3. per tot.
g ad hanc Iulij III. Constitutionem 15 in schol. 2.
h l. vnica §. & cum rei. & §. seq. C. de caduc. tollen. l. quidam referunt, ff. de iur. codicill.
i Const. 95. Bullar. nou. tom. 2. pag. 257.
k Const. 96. eod. tom. & ead pag.
l Const 97. eod. Bullar. & tom. pag. 298.

cari non poteſt, ſeu etiam licentia ab Epiſcopo, aut alio Superiore obtineri nequit, nec æquum ſit, vt pium opus huiuſmodi propterea defeĉatur, ſed potius in aliud de iure commurandum veniat, hæc noſtra Congregatio, ſiue Fabricæ Collegium ſub die 27. Maij 1598. declarauit; vt grauatis ad legata, & opera prædicta præſtanda
A certus competens terminus arbitrio iudicum præfigatur, intra quem impedimenta huiuſmodi realitèr, & cum effeĉtu remoueantur, aut commutatio à Sede Apoſtolica talis pij relicti impetretur; quo termino elapſo impedimentis minimè remotis, nec commutatione obtenta, legatum ipſum à Fabrica integralitèr exigatur, perinde ac ſi ad ipſius Fabricæ vtilitatem deuolutio facta fuiſſet.

Habemus inſuper ab eodem Pio V. aliam Conſtitutionem, *a* qua conceſſum eſt huic Collegio Deputatorum Fabricæ S. Petri de Vrbe recognoſcere, & reſcindere quaſcumque alienationes bonorum eccleſiaſticorum malè alienatorum, cum applicatione ipſi fabricæ fructuum exinde à detentoribus indebitè perceptorum.

a Conſt. 98. bullar. nou. tom. 2. pag. 299.

Ne tamen in præmiſsis vlla vnquam exoriri poſſet controuerſia, idem Pontifex alias edidit Sanctiones, *b* quibus Collegio, ſeu Congregationi, de qua loquimur, à quibuſuis iudicibus auocandi cauſas alienationum prædictarum contra formam
B Sanctionum Simmachi, & Pauli II. factarum, illaſquè cognoſcendi, & terminandi facultates neceſſarias, & oportunas conceſſit, etiam in Ciuitatibus Rauennatenſi, & Bononienſi, earumquè Diœceſibus, vt §. 2. 3. & 4.

b poſt d. Conſt. 98. pag. 300. & 302.

Bona ſic pro locis pijs recuperata denuò in euidentem illorum vtilitatem in emphyteuſim, vel ad tertiam generationem, aut alitèr ſuper fructibus componendi permittit. § 5.

Poſſeſſores bonorum in vtilitatem Eccleſiæ, ſed non ſeruatis ſolemnitatibus alienatorum pœnis pecuniarijs fabricæ applicandis pro tali exceſſu puniendi; certumq; terminum ad obtinendam confirmationem à Sede Apoſtolica ſtatuendi. § 6.

Inſtrumenta conceſsionum huiuſmodi, pacificam poſſeſsionem, & canonum ſolutionem oſtendendi poſsidentes monendi, alioquin eos bonis ipſis priuan-
C di. § 7.

Fructus bonorum, pro quibus prima ſententia pro fabrica lata fuerit, penes idoneum depoſitarium vſque ad finem litis deponi faciendi. § 8.

Notarios, ac tabelliones rogatos de ſcripturis bonorum ad Eccleſias ſpectantibus, & alios de illarum qualitatibus inſtructos ad illas notificandum cogere. § 9.

In cauſis, quas Collegium, eiuſquè Auditores, & Commiſſarij vigore ſuarum facultatum à quocumque iudice auocauerint, prout in obligationibus in forma Cameræ procedendi, curatores etiam pupillis, & viduis deputandi, & quibuſuis perſonis, etiam S.R.E. Cardinalibus inhibendi, & alia in præmiſsis etiam ſub Cenſuris gerendi permittitur. § 10.

Quibuſuis locorum Ordinarijs, quàmuis S.R.E. Cardinalibus ſub Cenſuris, ac ſu-
D ſpenſione à diuinis inhibetur, ne Collegium, eiuſquè miniſtros moleſtent, vel moleſtari permittant. § 11.

In alijs verò literis, quibus eidem Collegio datur facultas applicandi fructus bonorum, hæc habes.

Vt ad tollendas difficultates, quæ in venditione tertiæ partis bonorum fabricæ applicandorum exoriri poſſent, Collegium, eiuſquè Auditores, ac miniſtri loco dictæ tertiæ partis omnes fructus ex illis bonis à conductoribus, vel ab alijs occupatoribus indebitè perceptos, ſiue fructus vnius anni percipiendos capiant. § 2.

Super rebus dubijs, in quibus tamen aliquod ius prætendere poſsit Eccleſia, vel fabrica, tranſigendi, & componendi facultas Collegio datur; tranſigentes verò abſoluendi, & liberandi à quacumquè moleſtia, & vexatione. § 3.

E In ſequentibus verò § 5. ſub cenſuris & pœnis inhibetur quibuſuis perſonis, ne Collegium, eiuſquè miniſtros vexent, illiſquè moleſtias inferant: habes clauſulas præſeruatiuas, decretum irritans, executorum deputationem, clauſulas derogatorias, & harum literarum tranſumptis manu Secretarij, & ſigillo fabricæ munitis fidem adhibendam eſſe.

Denique Sixtus Quintus poſt Archipresbyteratum Baſilicæ S. Petri Euangeliſtæ tit. S. Matthæi in Merulana Cardinali Cuſentino nuncupato commendatum, poſt confirmationem priuilegiorum antea à Paulo III. Archipresbyteris dictæ Baſilicæ conceſſorum. *c*

c in Conſtit. 35. Bullar. nou. tom. 1. pag. 671.

Huius

Huius Collegij à Clemente VII. vt diximus erecti, *a* eundem Cardinalem Cufentinum Protectorem, & Superiorem constituit, & deputauit. *b*

Illiq; suoq; Vicario omnimodā facultatē dicti Collegij, congregationes vbi, quādo, & quoties sibi visū fuerit, conuocandi, in ipsis Congregationibus præsidendi; officiales, ministros, ac personas d. fabricæ inseruientes reformandi, & corrigendi, rationesquè ab illis exigendi, salaria consulto Collegio constituendi, minuendi, & si opus fuerit augendi, sententias in causis interesse eiusdem fabricæ concernentibus iam latas syndicandi, suffragium duplex in ipsa Congregatione habendi, abusus tollendi, Statuta quoque de consilio eiusdem Collegij denuò condendi, immutandi, declarandi, & corrigendi, lites, & causas iuxta facultates in prædecessorum Pontificum Constitutionibus concessas, vbi de eiusdem fabricæ interesse agatur, cognoscendi, ac decidendi facultates necessarias, & oportunas attribuit, & concessit. *c* A

Hodie verò Collegium hoc, siue Congregatio hæc fabricæ S. Petri vulgò dicta mirum in modum excellit, cum non solùm ex prouidis, ac discretis viris ex Clementis VII. Sanctione, & solo Eminentiss. Cardinali Archipresbytero, vt Sixto V. placuit, sed ex multis S.R.E. Cardinalibus constituatur, qui statis diebus in Palatio senioris Cardinalis conueniunt, & dum hæc scribo, apud Aedes Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini, ab Vrbe absente Eminentiss. Carolo Cardinale Mediceo sacri Collegij Decano, congregantur, causæ discutiuntur, & decreta promulgantur, vt obseruat, & refert Cherub. iun. videndus *d* affert enim Decretum die 27. Martij 1598 emanatum contra hæredem, qui intra statuta à iure tempora bonorum hæreditariorum legitimum con confecerit inuentarium, non posse scilicet excusari à legatorum præstatione sub prętextu quòd hęreditas non sit soluendo, nisi tamen à Summo Pontifice aduersus temporis lapsum noui inuentarij confectionem, præuia in integrum restitutione, impetrauerit: quod quidem Decretum vtriusque iuris, canonici scilicet, ac ciuilis nititur fundamentis, vt ex pluribus tenuit Rota Romana. *e* B

An autem hæres ob inuentarium non confectum teneatur vltra vires hæreditarias etiam in foro conscientiæ, videndus est Menoch. *f* qui tres Doctorum opiniones refert; prima est, quæ absolutè negat teneri; secunda huic contraria affirmat; tertia distinguit, & differentiam ponit inter creditores, & legatarios, quoad creditores teneri, quoad legatarios verò non; quam etiam distinctionem sequutam fuisse Rotam testatur Puteus. *g* C

At si hæres nedum inuentarium confecerit, sed cum legatarijs colludendo, fabricæ S.Petri præiudicium, & fraudem intulerit, contra huiusmodi falsarios, complicesquè, aut quouis modo culpabiles omnibus iuris, & facti remedijs, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, procedendum erit; mulctas verò, & pœnas ad ipsius fabricę commodum conuertendas. Quęnam verò sit pœna falsi, docet Menoch. videndus. *h* Quod autem dicitur, mulctas, & pœnas conuertendas ad vtilitatem fabricæ ex forma suorum priuilegiorum; quæsitum est, an ista priuilegia fuerint à Paulo Quinto sublata, *i* qui alias Sixti Quinti, & Clementis Octaui Constitutiones confirmauit, & in quibus sancitum est, pœnas omnes, atque confiscationes in toto Statu ecclesiastico ad Cameram Apostolicam spectare; præsertim quia Clemens VIII. *k* suæ Constitutionis vires extendit ad quoscumque indices etiam Romanæ Curiæ? Et nisi facta sit expressa mentio Collegij, & Congregationis fabricæ Sancti Petri, priuilegia in suo robore adhuc remanere puto; etenim sub generali priuilegiorum derogatione non esse comprehensa quę Collegijs concessa sunt, dixit Rota Romana Vcrallo teste. *l* D

E

a Const. 3 d. bullar. & tom. pag. 552.
b Const. 102. d. Bullar. tom. 2. pag. 678.
c Const. ead. 102. §. 13. & 14.
d in compend. Bullar. ad Const. 95. & 97. Pij V. par. 2. pag. 62. & 63.
e decis. 72 à nu. 49. vsque ad fin. par. 2. diuers.
f cons. 89. à nu. 160. vsque ad fin.
g decis. 369. lib. 1. in nou.
h de arbitr. lib. 2. per nonum casus nempe à casu 305. vsque & per totum casum 315
i Const. 38. bullar. nou. tom. 3. pag. 329
k Const. 5. §. 4. & 5. d. Bullar. & tom.
l decis. 42 seu 1. regula reuocatoria num. 2 par. 3.

CON-

CONGREGATIO XII.

Pro Signatura Gratiæ.

A

CVm ex diuersis Terrarum partibus, vbi Christiana viget Religio, ad multiplices gratias obtinendas innumeri apud Pontificem Maximum concursus fiant, supplicesque referantur libelli, vt nedum ea, quæ ex iudicum ordinaria facultate expediri nequeunt, auctoritate, potestateque Principis, qui viua lex est, iustis ex causis explicentur, sed etiam vt ex mira eiusdem Principis liberalitate, & speciali gratia concedantur; eaquèpropter pro loci dignitate, ac rerum ratione magna sit adhibenda circumspectio, vt & honestæ supplicationes exaudiantur, & multorum non iusta petentium importunitas coerceatur.

His potissimùm rationibus motus Sixtus V. Congreg. Signaturæ Gratiæ nuncupatam instituit, & Cardinales nonnullos, qui sibi, & Romano pro tempore Pontifici assistanr, designauit. *a*

B Verùm quia quas petimus à Summo Pontifice gratias, cum ipse vtriusque gladij potestatem habeat, nedum probatæ, seu temporales, sed spirituales, & ecclesiasticæ sint, quod attinet ad has ecclesiasticas beneficiales nuncupatas non inutile præmittendum putaui. Raro, & cum difficultate olim Romanos Pontifices has beneficiales gratias concessisse ea ratione, vt Staphileus *b* autumat, quia ab initio plena potestas omnium huiusmodi iuriũ Episcopis in eorum Episcopatibus attributa fuerat; & post annum 1150. ortum habuisse concessiones gratiarum, quas vocanr expectatiuas, ex eo manifesta resultat coniectura, quia hoc tempore Gratianus suum compilauit Decretum, vt Archiepiscopus Florentinus, *c* & alij scribunt, in eo tamen Decreto huiusmodi gratiæ non leguntur. Postea verò Pontifices, parcè tamen, has conferre gratias cœperunt; nam vbi Papa pro aliquo beneficiando (vt eiusdem Staphilei verbis C vtar) scribebat, tres literas (nunc Breuia vocantur) successiuè dabat: primò monitorias, quibus monebat ordinarium collatorem, vt prouideret ei pro quo scribebat: secundò literas præceptiuas, quæ tunc concedebantur, si monitorijs non fuisset obtemperatum: tertiò executoriæ literæ dabantur, per quas executores ad prouidendum loco Papæ, vel ad compellendum ordinarium collatorem deputabantur: hodie quia monitoriæ, & præceptiuę recesserunt ab aula, executoriæ solùm dantur in beneficialibus; verùm si pro receptione alicuius monialis Papa rescribat, monitorijs, & præceptiuis quoque literis vtitur. Sed cum Tridentina Synodus *d* has expectatiuas gratias abrogauerit, cessant omnino præmissa.

Nec conqueri possunt Ordinarij collatores, si Romanus Pontifex vtebatur iure illis ex benignitate quandoque permisso; quia licèt à principio plenam potestatem circa D beneficiorum collationem in Ordinarios transtulisset, nihilominus multò maiorem penes se retinuit: quamcumque enim potestatem det alicui Princeps, aut quæcumque verba dicat in suis priuilegijs, & concessionibus, maiorem tamen penes se retinet potestatem ad illud totum causandum, vel limitandum ex certa scientia; ita Staphileus loco relato. Ex quo infert ibi Gomesius *e* addens, erectionem, quam fecerat Vinceslaus Imperator Ducatus Mediolanensis in personam Ioannis Galeatij Vicecomitis cum omnimoda infeudandi iurisdictione non fuisse tantæ qualitatis, quin maiorem penes se Imperator potestatem retinuisset, adeout Fridericus Impetator, qui Vinceslao successit, benè potuerit loca de Corregio, quamuis in inuistitura Ioannis Galeatij comprehensa alteri infeudare, illaque à iurisdictione Ducum Mediolanensiũ totalitèr eximere, prout fecit; nam licèt supremam iurisdictionem Duci prædicto E dedisset, maiorem tamen Imperator apud se retinuit, qua cumquollber inferiore concurrere potuit, & potest; & ita in Rota Romana coram R.P.D. Nicolao Aragonia decisum fuisse affirmat. *f*

Sed ad Eminentiss. Cardinales huius Congregationis reuertamur, quibus prædictus Pontifex Sixtus V. hæc potissimùm demandauit.

Vt omnes hanc Signaturæ gratiæ Congregationem quauis de causa adeuntes benignè audiant.

Porrectas oblatarum petitionum informationes excipiant.

Summo Pontifici, dum supplices libelli referuntur, assistant, & oportunum præstent consilium.

a Consit. 74. Congregat. 2. in ord.

b in tract. de gratijs expecta. cap. 1 num. 1.

c in 3. par. hist. tit. 18. cap. 6.

d sess. 24. cap. 19

e sub litera B. ver. adde Calder.

f in vna Papien. vallium, de mense Ianuar. 1538.

K Quo-

Quocumque humano affectu deposito,sincerè suam quisque sententiam,etiam nō rogatus,ex conscientia dicat. Quoad hanc verò partem consulendus est Eminentiss. Card. Paleottus, *a* dum quęrit, an Cardinales etiam non requisiti teneantur ex natura officij, vbi res postulat,Papæ consilia subministrare? & affirmatiuam tuetur partem,respondendo etiam ad ea,quæ in contrarium adduci possunt;ea potissimum ratione,quia Papa dum aliquem Cardinalem creauit, eumquè tanquam in specula Ecclesię Catholicæ positum sibi adiutorem,ac socium laborum adsciuit, eò ipso censeri semel in vniuersum ei mandasse,vt ad se,quæ necessaria viderentur, semper referret, itaut perpetua dicatur hæc iussio, nec sigillatim repetenda; veluti etiam satis rogatos dicimus illos,quibus aliquid ex officio incumbit,exemplo illius, qui obligatus est ad eleemosynas distribuendas,nam semper rogatus intelligitur, vt omnibus eas partiatur,quibus viderit expedire, siue petant,siue non petant, alioquin peccaret contra iustitiam: Sic consilium, cum sit spiritualis eleemosynæ genus ex D. Thoma, *b* ministrandum est ab eo, qui Consiliarij munus substinet, Principi etiam non petenti, dummodo eum Indigere videat. Hæc, & alia Paleottus videndus. A

Cardinales verò,qui ex necessitate,& ratione officij huic Congregationi interesse,& assistere debent,hi sunt. Maior Pœnitentiarius. Præfectus Signaturæ Gratię. Pręfectus Signaturę Breuium. Pręfectus Signaturę Iustitię. Qui Datarij munere fungitur,si Cardinalis fuerit: hi etenim simul atque has Pręfecturas,& Officia adepti sunt, statim ad hanc Congregationem adscripti censentur. *c* Sed præter hos supra relatos Cardinales assistunt etiam alij eiusdem Ordinis ad ipsius Pontificis beneplacitum adhibiti: sicut etiam Datarius,quàmuis Cardinalis non sit,hodie interuenit,& supplices libellos Pontifici signandos offert,atque suffragia,quæ dantur.adnotat.Intersunt etiā duodecim ex vtriusque Signaturæ Referendarij seniores, quos Votantes, ex munere, vocant; hi enim in causis à Pontifice requisiti votum suo quoque loco,& ordine ferunt: Pręterea alij sex admittuntur Referendarij,quorum tribus supplices libellos referendi onus incumbit, reliqui verò tres in proxima Signatura eodem munere obituri, Marchesano *d* teste. Adsunt etiam Thesaurarius generalis, & Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, vnà cum suis in ciuilibus causis Locumtenentibus. Ex Palatij Apostolici Auditoribus vnus. Ex Cameræ Apostolicæ Clericis alternatis vicibus vnus. Vicarij Vrbis Locumtenens, & Vicesgerens. Ex Apostolicis Secretarijs vnus. Iudex Confidentiarum. Secretarius Breuium. Secretarius Congregationis Episcoporum,& Regularium; & alij quoque viri,quorum interuentus pro negocijs ibi pertractandis necessarius iudicabitur, vt idem Marchesanus loco relato scribit, & habes etiam in Sixti V. Sanctione. *e* B C

Supplices verò libellos tres tantùm eiusdem Signaturæ Referendarij, vt diximus, per turnum referunt,nec vltra decem singuli, itaut triginta sint in totum, referre solent. Diximus per turnum,quia munus hoc referendi à Referendariorum Decano ad cæteros omnes iuxta suæ cuiusque receptionis, & admissionis ordinem deducitur, vt Sixto V. placuit. *f* D

Nec supplices libelli in Signatura Iustitiæ propositi, & reiecti in hac Signatura Gratiæ coram Pontifice iterum referuntur, nisi tamen talis materia sit, quæ ipsius Pontificis scientiam requirat, aut quę Iustitiæ Signatura ad hanc Gratię remissa fuerit,ex Pij IV. iussione. *g* Vel si Cardinalis Præfectus auditis partibus causam hic referendam duxerit, quod à Paulo V. sancitum habes. *h*

Celebrata aliquando fuit hæc Congregatio etiam Romano Pontifice absente, quo casu Eminentiss. DD. Cardinales supplices libellos in hæc verba signarunt. *Placet sacro Cardinalium Collegio suo, & D. N. Papę nomine*. Quod Adriano VI. absente contigisse ferunt Iacobatius à Manfredo relatus, *i* Sarnensis, *k* & alij. Verùm Sede Vacante sicut & aliorum Tribunalium iurisdictiones, huius quoque Congregationis exercitium quiescit, quod Pius IV. edixit. *l* E

Sed an supplices isti libelli,quos vocant Commissiones, in hac Congregatione relati, per verbum *Placet* siue per verbum *Fiat* à Summo Pontifice firmandi sint, & quibus in casibus Pontifex hoc verbo *Fiat* vtatur, elegantèr docet Sarnensis. *m* Plura si ad hanc Signaturæ Gratię materiam cupis, Sarnensem loco citato, Staphileum, *n* Mandosium, *o* Vestrium, *p* & Marchesanum *q* consule.

a de sacr. Consist. consult par. 1. q. 6

b in 2. 2. q. 32. art. 2. in corpor.

c in d. Constit. Sixti V. §. 2.

d tract. de commiss. par. 1. cap. 1 nu. 48.

e Constit. 41. §. 5 Bullar. nou. tom. 2. pag. 544.

f d. Constit. 41. §. 5 in fin.

g Constit. 59. §. 1. Bullar. nou. to. 2. pag 85.

h Const. 44. § 1. nu 5. Bullar. nou. tom. 3 pag. 265.

i de Card. decis. 319

K in vtriusque Signat. comp. ver. sacrum verò Collegium, pag. apud me 153.

l Constit. 63. §. 12. Bullar. nou. tom. 2. pag. 92.

m in vtriusque Sign. compen in princ. pag. apud me iuxta paruā impress. 149.

n tract. de literis gratia.

o tract. de Sign. gratia.

p in pract. lib. 1. cap. 3.

q in pract. par. 1. cap. 2.

CON-

CONGREGATIO XIII.

A *Pro Consultationibus negociorum Status Ecclesiastici, Sacra Consulta nuncupata.*

SVmmus Pontifex, qui longinquos, & exteros christiana pietate in Domino complectitur omnes, eorumquè negocia vt celerem expeditionem sortiantur, inuigilat, multò magis domesticis, & propinquis, quiuè sub Apostolicæ Sedis temporali ditione quiescunt, consulere, & paterna illos charitate fouere non cessat. Vt igitur qui Ecclesiæ Romanæ temporali dominio subiacent, ad varia negocia, multiplices causas, necessitatesquè suas exponendas aditum persacilem, & apertum inueniant, nec non ex iustitiæ, & æquitatis præscripto oportuna, & expedita remedia consequantur, pro consultationibus negociorum Status Ecclesiastici, quam sacram Consultam appellant, Romani Pontifices Congregationem, de
B qua dicturi sumus,instituerunt,tãtoquè negocio Vaticanos Senatores,Sanctæ scilicet Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & viros summa prudentia, rerumquè agendarum experientia edoctos præfecerunt.

Primus autem inter Beati Petri Successores, & Christi Domini in terris Vicarios, qui hanc optimi Principis sollicitudinem, & curam gesserit, Paulus huius nominis IV. (ni fallor) fuit; hic enim Cardinales decem, & nouem, atque inferioris ordinis quadraginta Patres legit, qui secum per singulas hebdomadas certis, statisquè diebus ciuium querimonias exciperent, & totius Ecclesiastici Imperij causas cognoscerent, vt clarius suorum culpas indagaret, ius ex æquo omnibus se redditurum pollicitus, Ciacconio *a* referente.

C Quem licèt alij quoque in Imperio, & Dignitate Successores imitati fuissent, Sixtus tamen V. nouam, certamquè formam huic nostræ Congregationi præscripsit, Quibus autem in rebus Eminentiss Cardinalium, & Prælatorum huic negocio præpositorum cognitio, & iurisdictio versetur, ex eadem Sixi, aliorumquè Summorum Pontificum Sanctionibus agnoscere licet; nos, vt nostrum sequamur institutum, breui compendio referemus.

a in vita Pauli IV. tom. 2. pag. seu col. 1621 liter. A.
b in sæpe cit. Cõstit. 74. Congregatio 15. in ordine.

Consultationes, dubitationes, querelas in causis publicis,quas criminales vocant, & mixtas ad forum seculare dumtaxat spectantes audiant.

Has inter se statis diebus,Martis scilicet, & Veneris conferant, quod æquum esse, quodquè omnibus diligentèr consideratis de maioris partis sententia expedire videbitur, statuant, & decernant.

D Iustitiam expeditè administrent; quæ statuta, ac decisa erunt,executioni demandari curent.

In omnibus etiam negocijs, & causis cuiuscumque generis illæ sint etiam inter fiscum, & priuatos viros,inter Communitates,Vniuersitates,Collegia,eorumquè Rectores, aut alios quoscumque, etiam coram ecclesiasticis Magistratibus, & Ministris introductis, & pendentibus, quod iustum, & æquum videbitur præcipiant.

Causas insuper à prædictis, vbi ius, & ratio id postulauerit, Apostolica auctoritate auocent, alijsquè iudicibus committant.

Gubernatoribus, Præsulibus, cæterisquè omnibus Officia ex ipsa Sedis Apostolicæ auctoritate gerentibus, vt iussa, & ab ipsa Sacra Consulta imperata exequantur, significent.

E Impositas pœnas,siue mulctas, bonorum proscriptiones, seu confiscationes, corporis afflictiuas, etiam capitis, & vltimi supplicij (prius ea de re Summo Pontifice consulto) commutent, & moderentur.

In carcere etiam detentos de loco ad locum, vbi id expedire iudicauerint, transferri mandent.

Cuncta denique ad iustitiam conseruandam, tranquillitatem, & quietem in vniuersa ecclesiastica ditione comparandam statuant,& prouideant,vt plenius in d. Sixti Constitutione loco relato.

K 2 Nec

Nec omittendã puto, quæ Clemens VIII. ſuo diplomate ſanciuit, & tribus S.R.E. Cardinalibus, Antonio ſcilicet Mariæ Saluiato, Mariano Perbenedicto de Camerino, Alexandro Peretto Montalto nuncupato commiſit, *a* ad biennium tantùm duratura, ſed poſtea in hanc noſtram Congregationem tranſlata: ſunt autem hæc. A

a Conſt. 15 bullar. nou. tom. 3. pag. 18.

Narrat primo loco Pontifex, quibus rationibus adductus hanc promulgaverit Sanctionem § 1

Ampliſſimas prædictis Cardinalibus facultates concedit ad priſtinam famam reſtituendi exules ex quocumque delicto damnatos. §. 2

Cauendum eſſe ab ijs, qui gratiam reportarunt, in iudicio ſe repræſentare, & ad hoc cogendos etiam conſanguineos eſſe §. 3.

Inſtrumentum publici notarij, vt moris, eſt, coram teſtibus ſtipulatum ſuper huiuſmodi gratijs, abſolutionibus, & compoſitionibus plenè probat. §. 4.

Nec contra prædictas abſolutiones, & gratias de ſubreptione, ſiue obreptione opponi, vel excipi poſſe, ſed perpetuò validas, & efficaces eſſe, atque ita à quocumque iudice iudicandum cum clauſula ſublata, & decreto irritanti. § 5. B

Vbi gratiæ, & abſolutiones iſtæ in publicis tabulis redigendæ erunt, notariorum merces à prædictis Cardinalibus taxanda erat in Vrbe, extra verò duobus tantùm iulijs pro rogitu abolitionis, & vno pro rogitu cautionis; plus recipientibus, etiam à ſponte dantibus, priuationis pœna, & perpetuæ inhabilitatis, exilijque iniungitur. § 6.

Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Domicellis, Baronibus, & quibuſuis alijs quacumque Dignitate, etiam Cardinalatus fulgentibus, iuxta prædeceſſorum Pontificum Sanctiones huiuſmodi gratias, & abſolutiones concedere penitus interdictum, & vetitum eſt. §. 7.

At ſi de facto concedantur, eò ipſo nullæ, & inualidæ, irritæquè ſint, nec ipſis impetrantibus proſint, aut ſuffragentur. § 8. C

Barones, vel alij, ſi fortè hoc attentauerint, pœnis grauiſſimis, etiam feudorum priuationis, & dignitatum mulctantur. § 9.

Prædeceſſorum verò Pontificum Sanctiones, quibus prohibitiones iſtæ Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Domicellis, & alijs fiunt, à Pio II. *b* & à Pio IV. *c* editas inuenio.

Et has Sanctiones iuris communis aſſiſtentiam habere conſtat: nam Barones recognoſcentes ſuperiorem exulibus, ſeu bannitis capitis pœnam remittere, & illos in gratiam recipere, famæquè reſtituere non valent, quamuis pœnam pecuniariam eorum fiſco debitam remittere, & condonare poſſint, vt eſt Martiani *d* reſponſum, ibi, *nemo poteſt commeatum, remeatumuè dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa*; ſolo enim Principi ſupremo, & Imperialia, Regaliaque iura habenti id conceſſum cenſetur, vt Oſaſchus, *e* & Theſaurus *f* ſcripſerunt, lateque Oddus, *g* qui concluſionem reſtringit in Rege Neapolitano, Ducibus Vrbini, Parmæ, & Placentiæ, aliiſquè Principibus, qui à S.R.E. habuerunt iura Regalia, & illa exercent. Neque huiuſmodi priuilegia, & facultates præſcribi poſſe à Baronibus, ſcripſerunt Guido Papa, *h* Oſaſchus, *i* & Cherubinus iunior *k* videndi: Atque hinc collige, non eſſe permiſſum Cardinalibus Pontifice viuente, & inconſulto famæ aliquem reſtituere, vt infra latius priuil. 25. dicemus. D

b Conſt. 8 bullar. nou. tom. 1. pag. 310.
c Conſtit. 27. d. bullar. to. 2. pag. 40.
d in l. 4. ff. de pæn.
e decif 101. nu. 1. & 27.
f decif. 21. in princ.
g de reſtit. in integr. par. 2. q 92. art. 9. nu. 90. & ſeq
h q 414. in prin.
i d. decif 101. n. 27.
K ad Conſt. 15. Clem. VIII. ſchol. 1. & 2.

Patet autem ex iam dictis, de ſumma rerum temporalis Sedis Apoſtolicæ Dominium, ſubditorum ſcilicet vitam, necemquè concernentium in hac Congregatione agi, ac terminari: & hodie, ac nonnullis ab hinc annis in formam eminentiſſimi, ac ſupremi Tribunalis hanc eſſe redactam.

Cuius caput, & Præfectus eſt Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis totius Eccleſiaſticæ Ditionis Præpoſitus, & regnantis Pontificis Nepos, vel alitèr ſanguine coniunctus, Decretaquè, literæ, & expeditiones, quæ ibi fiunt, eius nomine, ſigilloquè firmantur. E

Præter Cardinales à Summo Pontifice tanto negocio præpoſitos, ſex quoque Romanæ Curiæ Prælati in publicis negocijs gubernandis, regendiſquè populis apprimè verſati interſunt. Horum officium in hoc potiſſimùm verſatur, vt cauſas è toto Eccleſiaſtico Statu ad Congregationem hanc defluentes proponant, diſcutiant, & vt ſano conſilio decidantur, ſuffragia iuxta probitatis, & conſcientiæ dictamen ferant.

Quod

Quod vt melius, & maturius fiat, eorum quilibet vnius Prouinciæ tantùm negocia, & causas cognoscit, ac refert. Vt autem quæ hic decernuntur.

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. a

a Virgil. Aeneid. 6.

sed certum, validumquè sortiantur effectum, alius Romanæ Curiæ Prælatus (cui Secretarij nomen inditum est) post adnotata rescripta, literis commendata, & nomine, sigilloque Eminentiss. Cardinalis Præfecti munita Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, cæterisque in Ecclesiastica Ditione ius dicentibus insinuat: hic in Apostolico Palatio tanquam Pontificis familiaris, violaceo colore indutus, mansionem habet, panem honoris, vini, aliarumquè rerum portionem (partem vocant) recipit: neque ad hoc munus exercendum assumi solent nisi viri multarum rerum vsu, & experientia insignes, itaut non dedignati sint aliquando Summi Pontifices, nulla alia meritorum prærogatiua viros illustres ad sacram hos promouere purpuram; nec ipsi inter Vaticanos Senatores adsciti, in eodem munere per aliquod temporis spacium permanere recusarunt: ita enim à Iacobo Cardinali Sannesio Clemente Octauo sedente, & Martio S. Mariæ nouæ Diacono Cardinale Ginetto (nunc Summi Pontificis in Vrbe Vicario meritissimo) annis proximè elapsis factitatum vidimus: hodie verò hoc Magistratu fungitur R. P. D. Gibertus Borromæus Mediolanensis vir integer, ac eruditus, quem præcesserant Prosper Mutus Romanus, nō impari doctrina, ac probitate præditus; Felix Contelorius eximia eruditione, animiquè candore nequaquā ignotus; & ante ipsos Ioannes Baptista Spada Lucensis sacri Consistorij Aduocatus, illius olim Ioannis Baptistæ Spadę in Romana Curia extra omnem aleam primarij, & eiusdem Consistorij Aduocati nepos, qui post Congregationis de Bono Regimine nuncupatę Secretariam (vt vocant) summa cum laude gestam, ex œconomica ad politicam disciplinam translatus, non minores dexteritatis, prudentię, ingenij, ac scientiæ vires, & ornamenta demonstrauit, vnde Vaticanæ Basilicę Canonicatu insignitus, Vrbis Gubernator, Status, ac Principum Pontificius Secretarius, Pręses Romandiolę, & Patriarcha Constantinopolitanus euasit.

Sed pręter Cardinales, & Pręlatos interuenit etiam, locumquè habet in hac sacra Consulta S.D.N. Papę, & Camerę Apostolicę Procurator Fiscalis, cui potissimùm incumbit onus, ne delicta remaneant impunita, inuigilandi.

Celebratur autem hęc Congregatio bis in hebdomada statis diebus Martis, & Veneris de mane; nec omittitur vnquam, nisi de Veneris hebdomadę sanctę, die Martis carnispriuij, vel si contingat, Natiuitatem D.N. Iesu Christi his diebus celebrari. Congregationis locus est Palatium Apostolicum, vbi Eminentiss. D. Cardinalis Pręfectus mansiones habet. De rebus, & delictis intra Vrbis mœnia, eiusquè suburbijs occurrentibus non cognoscit; horum namque cognitio ad Gubernatorem, aliosuè Romanę Curię iudices pertinet.

CONGREGATIO XIV.

Pro Grauaminibus tollendis.

IVsti Imperij finis vtilitas obedientium æstimatur, & salus, vt Marcellinus b ex doctrina sapientum obseruat; & Imperialis beneuolentiæ proprium esse commoda subiectorum inuestigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, Lotharius Imperator c scribit: maximum quoque percipere incrementum Imperio subiectos, si indemnes à iudicibus conseruentur; & Imperium, ac Fiscum abundare, si locupletibus vtatur subiectis; & hoc vno introducto ordine, plurimam rerum, & innumeram esse vbertatem, Iustinianus Imperator d affirmat: alia quoque petenda sunt ex Ioanne Corasio. e Verùm quia subiectorum incolumitati maximè consultum videtur, si tributorum exactiones ad Rempublicam conseruandam vtique necessariæ certa lege, qua exactorum temeritatibus, & concussionibus occurratur, disponantur (etenim vt sacra testatur Pagina pro maximo beneficio populo suo collato recenset Deus f ab exactoribus illum liberasse, & è contra in signum iræ suæ eundem populum exactoribus exposuisse g) ideo optimi Principis Ecclesiastici præsertim cura, & vigilantia in hoc versabitur, vt hinc pietatem, & Christi Domini clementiam ostendat; ait enim Salomon h *Misericordia, & veritas custodiunt Reges, & roboratur clementia thronus illius*: & Cicero. i *Nil laudabilius, nil magno,*

b lib. 30. ad fin.
c de prohib. feud. alienat. per loth. in princ.
d Auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. in prin. vers. considerauimus,
e in Comment. l 11 n. 2. & seqq. vsque ad fin ff. de legib. & senat. consul.
f Iob cap. 3. Zac. ch. cap 9. & alibi.
g Isaia cap. 3. Luca cap. 12. ad fin.
h Prouerb. cap. 20.
i in lib. de offic.

gno, & preclaro viro dignius pietate, & clementia: Et Cassiodorus. *a* *Pietas siquidem Principum totum custodit Imperium*: hoc idem carminibus suis complexus est Claudianus. *b*

Sis pius in primis; nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deo *aequat clementia nobis*. A

Hac igitur pietate, & clementia vsus Sixtus V. vt Sedi Apostolicae subiectos ab oneribus, & grauaminibus subleuaret, Congregationem, de qua nunc loquimur, instituit, *c* & Cardinalibus nonnullis mandauit, curamquè iniunxit, vt pedagiorum, vectigalium, tributorum grauamina, quaecumque illa sint, eorumquè exigendi rationes, Quaestorum iniurias, Commissariorum extorsiones, iudicij forma postposita, maturè audiant, & cognoscant, controuersijs quoque, moderando, & componendo, opportunè prouideant.

Quòd si rationibus hinc inde allatis, & accuratè expensis, res ipsa transigi, & expediri nequiuerit, ad Pontificem ipsum, vt quod aequum, ac pium fuerit eiusdem Congregationis consilio prudentèr definiri valeat hanc totam deferant: causas verò, in quibus iudicialis ordo requiritur, proprijs iudicibus de iure decidendas relinquant. B

Qui verò à iudicibus se grauatos senserint, ad tribunalia, quae sint ex antiqua institutione his rebus praeposita, & ad alia iuris remedia, vt moris est, confugiant. Haec habes à Sixto V. sancita.

Imperatorum quoque legibus tributorum exactores corrigendos esse constat; *d* nam si vetito, & temerario ausu exactionem exerceant, Prouinciae Moderator illos correptos sub fida custodia ad Quaestorem generalem mittebat; *e* & ideo per annum, vel ad summum per biennium hoc munere fungi poterant, ne scilicet in continua vexandorum prouincialium potestate, velut concussionum dominatione permanerent, vt Alexand. Imp. ad Paulinum Praefectum Augustalem responsum docet. *f* Quod etiam Theod. & Valen. Imperatores sub certa poena sanxerunt his verbis. C *Quòd si exacto spatio anni in eius Regionis visceribus praedator insidens deprehensus fuerit remorari, tunc absolutus cingulo militiae obijcietur primoribus eius militiae, decem librarum auri mulcta proposita, si redire dissimulet, & Vicarios officiorum ligatus ferreis nexibus cura prouincialis officij ad debitum mittatur examen, nec ei liberum sit, vt hoc se priuilegio, aut occasione defendat, quòd sibi aliud negocium, vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum ijsdem licentiam auferamus in eadem prouincia continuare exactionem*.

Et si quis exactorum superexactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda, atque prohibenda est, si in ijsdem sceleribus perseueret, ex Alexan. & Honor. Sanctione. *g*

Sicut etiam è contra si à soluere volentibus tributa exactores ipsi, & susceptores neglexerint recipere, debitor ipse liberatur, & exactor, ac susceptor duplum fisco cogitur inferre; ita Antonin. Imperar. rescribente. *h* D

Et huius rei rationem reddit Iustinianus Imp. *i* dum ait. *Collatores namquè omni alia calumnia liberi conseruati facilè, & in promptu soluent tributa*. Quorum quidem collatio cum ad Rempublicam conseruandam necessaria sit, non eò pertinere debet exactorum castigatio, vt inde possit contumacibus tributorum debitoribus securitas praeparari: nam vt idem Iustinianus loco relato ait. *Sicut enim priuatos iniustitiam passos adiuuamus, sic & publicum illaesum manere volumus, ne scilicet ab non soluta tributa negocia publica remorari Princeps cogatur*. Sed haec omnia perbellè quidem, vt mea fert opinio, expressit Cassiodorus *k* in haec verba. *Rationum publicarum reliquiae infaustae sunt agritudini comparandae, quae grauatum debilitant, nisi sub celeritate discedant: reatus quidem est esse sub debito, nec liber potest veracitèr dici, qui probatur obnoxius reperiri; prudens se ipse compellit, minus cautus est, qui vrgetur ab altero; nam quid egit totius anni suscepta compulsio? Summa futurae indictionis, & quantitas exigatur, parcendo non parcitis, exonerando pragrauatis, & dum venales moras quaeritis, tributi onera duplicatis: relinquite tandem crudelem misericordiam, beneficia tota detestatione fellita; grauius percutit, qui blandiendo grassatur, & sub indulgentia laedit, qui consuetis temporibus exigere tributa distulerit; & ideo definite aliquando possessorum damna mercari, qui totum constricti per incommoda redditis quod iniquis dilationibus abstulistis &c*. Haec, & alia videnda Cassiod. scribit. E

a lib. 12. var. cap. 13.
b in panegyr. de 4. Consul. Honor.
c Const. 74. Congreg 9.
d l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.
e l. cuncta, C. de execut. & exact. lib. 12 l. fin C de suscept. lib. 10.
f l 4. C. de suscep. d lib. 10. vers nō perpetui.
g l. vnic. §. si quis C. de superexact. lib. 10.
h l. 1. C. de susc. & ibi Luc. de Penn.
i in Auth. de mand. Princip. in prin.
K lib. 12. variar. cap. 10.

Sed

Sed iam ad Congregationem nostram redeamus, quæ licèt à Sixto V. vt diximus, in lucem edita, certam tamen formam non habuit, nisi Clemente Octauo Pontifice Maximo sedente: hic enim reassumendo quæ à prædecessore Sixto sancita fuerant, aliam super Bono regimine, rectaquè administratione bonorum Vniuersitatum Status Ecclesiastici Congregationem instituit, quæ licèt per multos annos ab hac Sixti
A de Grauaminibus tollendis distincta celebrata fuerit, hodie tamen, & Paulo Quinto sedente, insimul iunctæ fuerunt, itaut vna, eademquè sit Congregatio de Bono regimine communi vocabulo appellata, & de qua mox dicturi sumus.

CONGREGATIO XV.

De Bono regimine, rectaquè administratione bonorum cuiusque Communitatis Ecclesiasticæ Ditionis.

B QVod multorum commune est, in eo minima adhibetur diligentia, nam de proprijs maximè curant homines, de communibus autem minus quàm quantum singulis competit, tanquam enim alio curante ab alijs negliguntur, quemadmodum in seruilibus ministerijs famulantes multi interdum deterius inseruiunt, quàm pauci, Aristotele *a* sic affirmante; quam etiam veritatem agnouerunt Theod. & Valentin. Imperatores, dum Apollonio Præfec. Prætot. ita rescripserunt. *b Naturale quippe vitium est negligi quod communitèr possidetur, vtiquè se nihil habere, qui non totum habet, arbitretur, denique suam quoque partem corrumpi patitur, dum inuidet alteræ.* Verùm, vt idem Philosophus octo politicorum libris acutissimè more suo disserit, omnium optima est ciuilis societas, quæ primò ex domibus, & priuatorum familijs conflata, & ex domibus Ciuitates, vnde
C ciuile nomen deducitur, constare scimus, atque ideo vt ciuilis societas sit, & Ciuitates esse oporteat: hic autem Magistratus creare, & ciuium mentes honoribus, dignitatibusquè ad benè agendum, ac virtutem assequendam excitare necesse sit, id autem assequi minimè possit, nisi quid commune constituatur, ad latè tradita per Mastrillum, *c* & alios; sed & Vlpiani verba *d* testantur, dum ait. *Si quid Vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet Vniuersitas, singuli debent,*

a lib. 2.° politic. cap. 3.
b in l. 2. § naturale, C. quand. & quib. quarta pars lib. 10.
c tract. de Magistrat. in prelud.
d l. 7 ff. quod cuiusq; vniu. nom.

Vt igitur hoc, quod inter ciues commune est, rectè, ac debita circumspectione regatur, hanc Clemens Octauus Congregationem instituit; quam non solùm eorundem ciuium negligentijs, sed prauis quoque moribus, in commune ipsarum Vniuersitatum detrimentum exortis, occurratur: maior enim pars hominum sua priuata commoda, & lucra quærentium, nullamquè publicæ vtilitatis rationem habentium,
D quod prauè ambiunt, aut concupiscunt, modis illicitis assequi non erubescunt; hinc publicum exhauritur ærarium, graui ære alieno Vniuersitates implicantur, inanibus pompis, & ostentationibus dilapidantur bona. Quibus malis salutare remedium, medelamquè attulit Clemens Octauus, *e* vt diximus, Imperatorum quoque Sanctiones imitatus, qui superuacaneos, & inanes sumptus resecandos duxerunt, *f* vt Petrus Rebuf *g* obseruat. Quid autem in præcitata Constitutione Clemens edixerit, breui compendio ex infra dicendis agnosce.

Quælibet Ciuitas, & Vniuersitas quæcumque Apostolicæ Sedis Dominio temporali subiecta, nec etiam Bononia, Beneuentoquè exceptis, dati, & accepti libellum (Tabellam vocant) quolibet anno conficiat: hic redditus omnes ordinarij, & extra ordinem publici referantur; è regione verò sumptus paritèr omnes ordinarij, & extra
E ordinem, vtiles, aut necessarij describantur, ita tamen vt qui certi, & ordinarij fuerint, certa quoque summa exprimantur, qui verò incerti, & extra ordinem, in aliquam annalem summam, quæ toto anni circulo excedi nequeat, taxentur, & pro rei indigentia sigillatim ex vniuersa summa sic taxata necessariæ portiones à toto Consilio, Præside, Gubernatore, aut Prætore præsente, infra annum detrahantur. §. 1.

e in Constit 10. Bullar. nou. tom. 3 pag 8.
f l. vnic. C. pub. lætit. lib. 12. & l. vnic. C. de falg. hospitib. eod. lib.
g tract. de panis sericis, n. 22.

A prædictis quoque locorum Officialibus curandum est, vt quolibet anno hic libellus, seu tabella Romam transmittatur, ab hac facta Congregatione confirmanda, expunctis inde ijs impensis, quæ prætet, aut contra hanc Clementinam Constitutionem

nem etiam ex Statuto, vel consuetudine antiqua fieri solebant; gratis tamen omnia
ab Officialibus præstanda. §. 1. 3. & 4.

Hic autè non inutile erit obseruare, huius Constitutionis executionem fuisse primo
loco commissam Eminentiss. Cardinali Camerario, ac generali Cameræ Apostolicæ
Thesaurario, vt legitur in §. 3. & alibi sæpe; ideoquè dicitur, tabellas ab Officialibus A
locorum conficiendas, & pro prima vice Romam transmittendas, à prædictis Car-
dinali Camerario, & Thesaurario inspiciendas, corrigendas, & approbandas, ac de-
mum expunctis inde impensis superuacaneis, ac retento exemplo penes Came-
ram Apostolicam, gratis infra decem dies ad easdem Vniuersitates remittendas.

Postquam verò idem Pontifex pro eiusdem Bullæ, seu Constitutionis executione
S. R. E. Cardinales Antonium Mariam Saluiarum, Marianum SS. Marcellini, & Pe-
tri Card. de Camerino nuncupatum, ac Alexandrum S Laurentij in Damaso Diaco-
num Card. Montaltum delegit, vt legitur in alia eius Constitutione, *a* neque Car-
dinalis Camerarius, neque Thesaurarius generalis tabellarum curam habuerunt, sed
tota ad prænominatos Cardinales, & Congregationem redacta fuit. Quæ quidem
Congregatio non modicum habuit incrementum Paulo Quinto sedente, vt eius Cō- B
stitutionem *b* legenti notum erit; quàmuis sub eodem Pontifice introductum fue-
rit, vt ab Illustriss. quoque Thesaurario generali subscribantur tabellæ, & omnium
primus fuit Iacobus Serra Ianuensis inter Senatores Vaticanos postmodum relatus.
Sed ad Constitutionem, & quæ in ea continentur, breuitèr enarranda reuer-
tamur.

a immediatè post Conit. 10. bullar. nou. to. 3 pag. 12.

b Const. 38 aliàs 25. d. Bullar. & tom. pag 2271

Post approbatum libellum, seu tabellam, & ad ipsas Communitates remissam, hęc
nedum in Archiuio, sed in publico aliquo loco pro foribus aulæ, vbi publicum habe-
tur Consilium, affigatur, & perpetuò retineatur. §. 5.

Vbi autem tabella confirmata, & approbata fuerit, illius mutatio, seu quæuis, præ-
ter in ea contentam, expensa penitus interdicitur; si quis contrarium attentauerit,
tanquam indebitè ablatum ad restitutionem compellitur. §. 6 C

Id autem vt accuratius seruetur, Officiales Communitatum dimisso officio de
administratis syndicentur, & indicem debitorum Gubernatoribus tradant, & vbi
dies solutionis cesserit, per Communitatis ministros ad soluendum cogan-
tur. §. 7.

Quod superest deductis expensis, in extinctionem æris alieni, si adsit, vel in An-
nonam subleuandam, vel pro Monte Pietatis, vel in recuperationem bonorum, &
iurium, vel denique in emptionem immobilium, cum interuentu Officialis, & Fisci
erogetur. Si verò in Monte Pietatis deponatur, ea conditione concipiatur deposi-
tum, vt liceat Communitatibus illud quandocumque ad prænarrata exequenda re-
petere, & consequi. §. 8.

Cuiusuis loci Fiscus ad reddendam rationem Communitatis Officiales cogat co- D
ram Gubernatore; si quid fraude, vel negligentia commissum inuenerit, ad restitu-
tionem, damnaquè sarcienda compellat; pœnarum quoque exactio cum retentione
quartæ partis eidem Fisco permittitur. §. 9. Quod etiam à Diocletiano, & Maxim.
Imperatoribus sancitum legimus, *c* & à Gordiano Imperatore: *d* sed quomodo
fiat hæc rationis redditio, docet Auendan. *e* videndus.

Neque etiam Gubernator, & Fiscus, si negligentes in eorum munere exercendo, &
ab hac Constitutione iniuncto, extiterint, à pœnis, & mulctis, damnorumquè refe-
ctione immunes erunt. §. 10.

Nullam mercedem, siue munus, etiam laboris prætextu, Gubernatores, alijquè
Ministri pro syndicatu, pro sententia, pro libelli confectione, & similibus recipiant,
si secus, tanquam huius Constitutionis violatores subijciantur pœnis. §. 11. Nam vt E
Iustinianus *f* ait. *Sumentem administrationem præ omnibus alijs mundas seruare
Deo, Principi, & Legi manus, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque
minus, neque captiosum quoddam contra subiectos facere negotiationi, sed contentum
esse solis à Fisco ministratis &c.*

Bona Communitatum, & iura contra formam Constitutionis Sixti V. *g* alienari,
latè sumpta alienationis vocabuli interpretatione, penitus interdictum, vetitumquè
est. §. 12. Ad cuius rei vberiorem intelligentiam, videndus erit Nicolaus Losęus:
h habes etiam Leonis Imperatoris *i* Sanctionem, qua cautum est. *Si rerum ad
Ciuitatem pertinentium venditio fiat in Vrbe, hanc nisi Imperiali auctoritate fa-
ciendam*

c l. 2. C. de admin. rer. pub. lib. 11.

d l. 1. in fin. C. de peric. nomin. eod. lib. 11.

e de exequen. mand. par. 2. cap. 10. nu. 29. & seq.

f in Auth. de mand. Princip. in prin. vers. oportet igitur.

g Const. 42. Bullar. nou. tom. 2. pag. 545.

h tract. de iure vniuers. par. 3. cap. 5.

i l. vl. C. de vend. reb. Ciuit. lib 11.

ciendam non esse; in Prouincijs verò præsentibus omnibus, seu plurima parte tam curialium, quàm honoratorum, & possessorum Ciuitatis, *ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis* Scripturis *singulatim vnumquemque eorum, qui conuenerint, iubemus sententiam, quam putet vtilem* Patriæ *suæ designare, vt ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor competentem possit habere cautelam:* hactenus Impetator Leo; sed vide omnino integrum titulum de præsidijs Decurionum sine decreto non alienandis. *a* Hodie verò in Ecclesiastica Ditione si bonorum Vniuersitatum alienatio facienda est, non alitèr quàm hac sacta Congregatione consulta, & licentia in scriptis obtenta, validitatem, & robur obtinet; atque solemnitatibus istis renunciari, aut remitti non posse scribit Asinius. *b*

a l.1.2. & 3. C. de præd. decur. sine decret. non alien. lib.10.

b in tract. de execut. §.5. cap.13. num.2.

Adde etiam, Communitatum, & vasallorum obligationes, quæ sub alienationis vocabulo continentur, si constet, dominorum contemplatione celebratas, & initas fuisse, nullas omnino, & irritas esse, & dominos teneri ab obligationibus pro eis factis releuare, ac liberare vasallos, nec non pecunias solutas restituere, prout à Pio IV. sancitum habes, *c* etiamsi instrumenta Camerali obligatione vallata sint, & adsit

B clausula; *principalitèr, & in solidum &c.* §. 3.

c Const.18. Bullar. nou. tom. 2. pag.28.

Legari, seu Oratores etiam sumptibus proprijs ab Vniuersitatibus ne mittantur. Agentes, & Procuratores in Vrbe, præterquam ad necessariam litium prosequutionem, non retineantur: si verò mittendi Oratores ad Vrbem necessitas vrgeat, ab hac sacra Congregatione petenda, & in scriptis obtinenda erit licentia §. 12. Quod etiam à Sixto V. vetitum habes. *d* Cuius rei rationem colligere fortasse poterimus ex ijs, quæ Iustinianos Imperator Triboniano Quæstori scripsit *e* in hæc verba *Non permittere ex negligentia alicuius Præsidis de Prouincia quemquam ad hanc currere felicissimam Ciuitatem, & nobis molestum esse. Scito namquè quia si quis veniat, & aditionem nobis faciat, & à nobis interrogatus, si priùs te adijt, deinde dicat adijsse, & quod iustum est, non impetrasse, & hoc verum inueniamus, in te indignationem conuertemus: si verò cum te non adierit, venire ad hanc Regiam præsumpserit Ciuitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & responsum non dabimus:* hæc Iustinianus. Verùm Sixtus V. *f* aliam affert rationem, ne scilicet Communitates, seu Vniuersitates sumptibus minimè necessarijs nimium grauari contingat.

d d. Constit. 42. § 8. Bullar. nou. tom 2. pag 145.

e in Auth. de Princip. §. sit tibi quoque.

f d. Const.42. §.8.

Quod autem dicitur, Agentes in Vrbe retinendos non esse, de extraordinarijs intellige, nam eodem Clemente Octauo sedente, sex in Vrbe continuò permansuri Prouinciales Agentes, itaut quælibet Prouincia proprium agnosceret, & haberet; constituti fuerunt, deinde ad duodecim aucti, vt si inter Communitates, quod non rarò contingit, simultates, & dissidia exoriantur, non idem sit in codē iudicio actor, & reus; Quamuis hæc Sacra Congregatio pluriès declarauerit, Agentes ad negocia, non ad lites constitutos esse.

D Munera, & dona quæcumque, nedum ex publicis ærarijs desumpta, sed neque per voluntarias inter ciues collationes collecta, quibusuis personis, etiam Legatis, Vicelegatis, & alia quacumque temporali, vel ecclesiastica, etiam Pontificali Dignitate fulgentibus, nec Cardinalibus ipsis exceptis, mittere, aut largiri fas est, quamuis hospitij, transitus, vel primi ingressus prætextu fiat. §. 14. Quod attinet ad munera à Officialibus largienda, Pauli II. Constitutionem legito; *g* ecclesiasticæ quippe Censura innodantur tam dantes, quàm accipientes munera etiam esculenta, & poculenta, quæ biduo consumi nequeunt, & restitutioni sunt obnoxij; & ex eo tantummodò excipiuntur Cardinales, quia in sacro Consistorio Summo Pontifici promiserunt huiusmodi munera non recipere, vt in §. 1. Sed videnda quoque est Bonifacij Octaui Sanctio, *h* quæ prohibet quidem iudicibus munera recipere præter esculenta, & poculenta mera liberalitate oblata, & quæ paucis consumi possint diebus;

E vbi glossator *i* affert Vlpiani responsum ita conceptum. *k Nam valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum est, & omnia, auarissimum.* Quænam verò in hoc seruanda sit lex, Modestinus docet *l* in hæc verba. *Plebiscito continetur, ne quis Præsidum munus, donumuè caperet, nisi esculentum, poculentumuè, quod intra dies proximos prodigatur:* quæ tamen hac nostra Constitutione prohibita quoque videntur in §. 15. ibi. *Vel pro congiarijs, missilibus, aut muneribus publicis, seu etiam cibarijs, esculentis, & poculentis, epulis, commessationibus,*

g Const. 3. Bullar. nou. tom. 1. pag.327.

h in c. Statutum §. insuper. de rescript in 6. & ibi glo. ac scribentes.

i in verb. consume.

K in l. solet. ad fin. ff. de off. Procons.

l l. plebiscito. ff. de offic. præsid.

aut compotationibus populo, aut Magistratibus, vel Officialibus vltra eorum salaria, & emolumenta de iure, vel ex laudabili consuetudine debita largiendis &c.

Verùm Clemens Octauus ea potissimùm intentione hanc, de qua loquimur, Bullam edidit, ne Communitates inanibus prægrauentur sumptibus, & ideo quid modicũ, poculenta, & esculenta quoque donare vetuit. Sed alia videtur fuisse ratio Pauli II. A
& aliorum in promulgandis, quas retulimus, Sanctionibus, ne scilicet muneribus, & donis allecti iudices, priuatæ gratiæ, & factionibus potius, quàm iustitiæ studeant, *a* Vbi ergo hæc præsumptio cessauerit, prout cessare in modicis scribit Tiraquellus, *b* rigor quoque Paulinæ Constitutionis, & ecclesiasticæ Censuræ cessabunt, teste Nauarro. *c*

a in prœmio d. Bulla Pauli II.
b tract. de ind in reb. exiguis ferid. vers 82 & seqq.
c in comment. Const. de datis & recept sub nu 20.

Nec puellarum dotes, studentium alimenta, spectacula etiam pia, & intra Ecclesias edi solita, vel aliud quodcumque pium opus charitatis, seu eleemosynæ prætextu, in libello, seu tabella non descripta permittuntur; nisi tamen re ipsa pro Diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentijs de consilio, & consensu Ordinarii, vel pro B
ijs tantùm piis ludis publicis ex inueterato vsu permissis, & in tabella descriptis fiant. §. 15. Vide Auenda. *d* Sed quæsitum aliquando fuit, an ex dispositione huius Bullæ sublatæ sint eleemosynæ, quas Ciuitates dare solebant Ecclesiis, & Religiosis viris, quæquè in tabella sint omissæ? & non esse sublatas Bartolus videtur velle, dum ait, *e* non posse per Statutum tolli eleemosynas quolibet anno Religiosis viris dari solitas; & Innoc. III. Sanctionem *f* affert in hæc verba. *Quidam laici laudabilem consuetudinem erga Sanctam Ecclesiam pia deuotione fidelium introductam ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis; quapropter super his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari &c.* Et hoc idem Valen. & Martian. Imperatores Palladio Præfecto Prætorio scripserunt. *g Et quia (inquit) humanitatis nostræ est egenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint, salaria etiam, quæ* C
sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari, liberalitatiquè huic promptissimæ perpetuam tribuimus firmitatem &c. Sed Paulus de Castro *h* non approbat, imò miratur de illatione, quam ibi facit Bartolus, quia sicut Communitas potuit Statutum facere, ita potuit tollere; & pro opinione Castrensis alios Doctores congerit Curtius *i* Menochius, *k* tamen Bartoli sententiam videtur amplexus. Vt autem hæ Doctorum variæ opiniones tollantur, Congregatio hæc nostra assolet, vbi eleemosynæ non sint in tabella descriptæ, & de nouo fieri petantur, ita licentiam Communitatibus impartiri, vt ad certum, & determinatum tempus fiant, quo elapso, si denuò petantur, non sub priori forma, sed cum aliquali temporis, & quantitatis largiendæ variatione permittantur, ne scilicet ex vniformitate actuum inducatur consuetudo, ad tradita per Gail. *l* & alios D
multos.

d de exequen. mandat par. 2. cap 10. nu. 21. 27 & alibi.
e in l priuilegia. nu. 3. C. de sacros. Eccles.
f in c. 42 ad Apostolicam, de simon.
g in d. l. priuileg. vers. & quia, C. de sacros. Eccles.
h in d. l. priuileg. nu 3 vers. vltimò Bart.
i ibi in litera B.
k ad Bart. loco cit. sub litera I.
l pract. obseru. lib. 2. obseru. 31. nu. 7.

Debitores, litem habentes, bonorum occupatores, quiuè rerum publicarum administrationem gesserint, absque eo quòd rationem reddiderint, ad Officia publica non admittantur; nec eligantur, si secus, electiones, & admissiones irritæ, & nullius roboris existant; Gubernatoribus, aliisque Officialibus id agere, & inquirere negligentibus, contra præsentes literas transgredientes inflictæ pœnæ sunt irrogandæ. §. 16 Habes etiam Antonini Imperatoris *m* Sanctionem contra Reipublicæ debitores in hæc verba. *Non prius debitorem Reipublicæ honorem in Republica subire, quàm id, quod debere constiterit, conuentus exoluerit, tam meis, quàm diuorum Principum Constitutionibus declaratur &c.* ad cuius legis interpretationem Lucam de Penna, & Ioannem de Platea consule

m l. 1. C. de debitor. Ciuit. lib. 11

Locationes, quas etiam affictus vocant, cum idoneis fideiussoribus, & cũ expressa E
prohibitione cuiusuis defalcationis ex quocumque casu petendæ fiant; itaut etiamsi hoc pactum omittatur, tacitè tamen inesse intelligatur, sublata quibusuis iudicibus, etiam S.R.E. Cardinalibus, aliter iudicandi facultate, vt in §. 17. Alia de locatione rerum publicarum petenda erunt à Nicolao Loseo. *n* Et has locationes ad licitationem deducendas esse, vt qui licitatione vicerit, hic habeat, pluribus in locis à iure cautum habes, præsertim in Pandectis. *o* Atque hæc nostra Constitutio ita faciendum præcipit in hoc §. ibi. *Statuimus, & iubemus*

n tract. de iur. vniuers. par. 3. cap. 7.
o tit. de pub. & vectigal.

iubemus omnino seruatis seruandis, atque adhibitis solemnitatibus, quæ de iure, aut cuiuslibet loci Statuto, vel consuetudine requiruntur &c. Consuetudo autem est in ecclesiastica Ditione, vt accendatur candela, & quousque fuerit accensa, licitum sit publicanis, alterum ab altero licitando vinci, vt qui vltimus in extinctione candelæ
A fuerit, consequatur; alliciendo etiam eos spe lucri certæ portionis pro quolibet scuto promissæ, & ab vltimo licitatore lucrandæ. Qui tamen locandi modus Nauarro non placet, dum ait. *a Orandus item est Deus, vt etiam pareat illis, qui redditus suos quammaximo possunt pretio locant, in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs incrementorum, & dilationibus solutionum, & adigentes conductores acere renunciationes iurium casuum fortuitorum, nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur, superet iustum, an non, neque quòd diminuit pretium iustum adiectio earum renunciationum, cum prouentus illi minoris valeant cum onere præfatarum renunciationum, quàm sine illo* Hæc Nauarrus videndus; sed pro validitate harum venditionum scribit Auend. *b*

Depositarij, & exactores redditiuum Communitatum ad exercendum officium
B non admittantur, nisi prius arbitrio Gubernatoris, siue Officialis locorum, & in publicis Consilijs approbandam idoneam dederint cautionem: si secus actum fuerit, Gubernatores, Officiales, & Consiliarij pœnis in Bulla contentis puniantur. *§* 18. Quibus quidem correspondet Dioclet. & Maxim. Imperatorum Sanctio *c* in hæc verba. *Contra eos, qui Rempublicam administrantes, per Officij necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ interest satis non esse acceptum, dirigendam esse actionem perspicitis &c.* Sed quomodo hæc conclusio sit intelligenda, declarat Gordianus Imperator: *d* at plenius hac re agit Loseus videndus. *e*

Exemptiones quæcumque, & immunitates ex quacumque causa, etiam legitima, & de iure debita, seu permissa, qualis ob numerum duodecim filiorum, & quacum-
C que occasione, etiam sub prætextu tituli onerosi à Communitatibus concessæ reuocantur. *§.* 19. Quod attinet ad immunitatem ob numerum duodecim filiorũ, hæc nõ tollitur in totum, sed restringitur ad disposita in Constit. Pij IV. *f* Et sacra hæc Cõgregatio sæpius declarauit, hanc immunitatem non suffragari quoad solutionem onerum Cameralium, sed pro particularibus tantùm oneribus, à Communitatibus pro suis indigentijs impositis. *g* Sed in quibus ex dispositione iuris hæc immunitas ob numerum duodecim filiorum suffragetur, satis abundè scripserunt Mysingerius, *h* & Thesaurus *i* videndi.

Quicquid in contrarium à Communitatibus in posterum attentatum, gestumuè fuerit, irritum, & inane decernitur. *§.* 20.

Et præter restitutionem, damniquè refectionem, qui inter alios ciues supereminent, non contradixerint, & pro viribus, ne huiusmodi præiudicialia fiant, sese op-
D posuerint, honoribus, ac dignitatibus, atque officijs priuentur, & in duplum illati damni damnentur; si qui minus soluendo fuerint, exilij, vel carceris ad triennium pœna plectantur; qui solum consensum tacitè, vel expressè præstiterunt, si habeant in ære, tantundem persoluant, sin minus, in corpore luant, prout Superiorum arbitrio expedire videbitur. *§.* 21. & hæc decisio iuris assistentiam habet, vt videre est apud Nicolaum Loseum. *k*

Promittentes, dantes, recipientes, aut paciscentes aliquid pro gratia, vel institia obtinenda à quouis iudice ecclesiastico, siue laico, in Vrbe, vel extra eam, contra formam, & casus in hac Constitutione contentos, pœnis in Constitutionibus Bonifacij VIII. *l* & Gregorij XIII. *m* ac censuris contentis innodantur, & subijciuntur. *§.* 22. Et est notandum, prædictas Bonifacij, ac Gregorij Constitutiones habere tan-
E tummodò locum in spiritualibus, idest in gratia, vel iustitia impetrata à Papa, vt Papa, non autem in temporalibus, in ijs scilicet, quæ à Papa tanquam à Rege impetrantur; quia ita distinguit Nauarrus, *n* duplicem scilicet personam in Papa considerans. Cum autem Clemens VIII. in hac Constitutione loquatur vt Rex, quia Communitatibus, & hominibus Ecclesiasticæ Ditioni subiectis legem dixit, & pœnas, censurasquè prædictas innouauerit, vtique Nauarri distinctio non habebit locum, sed in quibusuis causis tam spiritualibus, quàm temporalibus censurarum incursus aderit. Quod etiam ex apertis verbis ipsius Constitutionis innotescit, ibi. *Non solùm apud Sedem Apostolicam, sed in quibusuis Tribunalibus, & eorum quibuscumque iudicibus, etiam laicis almæ Vrbis, ac tam in Romana Curia, quàm extra eam in quibus-*

a in Comment. de vsur. notab. 12 nu. 27 & 28. vsque ad 30.

b de exequend. mand par. 2. cap. 12. nu. 12. vers. circa quod est notandum.

c l. 2. C. de administr. rer. pub. lib. 11.

d in l. 1. C. de peric. nomin lib. 11.

e tract. de iure vniu par. 3 cap. vlt. per tot.

f Const 72. Bullar. nou tom. 2. pag 103.

g in causa Vrbenetana cum D. Io Francisco de Cermaria die 15. Aprilis 1609.

h centur. 4. obseru. 70

i decis. Pedem 257.

K de iure vniuersit. par 1. cap. 3 nu. 98. Abb. in c 1. nu 13. de his quæ fiunt à maior. par. capit. Paleot de sacr. consist. consult. par 4 q. 10. col. 4 litera C. Felin. in c. nonne, nu 18 de præsump.

l Const. 1. bullar nou. tom 1. pag 139

m Const. 24 d. bullar. tom 2 pag 391.

n in Comment. ad præd. Greg. Const. notab. 17. sub nu. 29. vers. ex quibus infertur.

libet temporali Ditioni nostræ mediatè, vel immediatè subiectis Prouincijs &c. Orandus igitur erit Deus Omnipotens pro ijs, qui res publicas gerunt, magistratus, officia, & administrationes rerum Vniuersitatum ambiunt, ne in laqueos incidant diaboli, & in profundum demergantur. Et si huiusmodi officia, ac dignitates iurisdictionem annexam habeant, & pro illis impetrandis pecuniam dederit, vel promiserit, aut pactus quis fuerit, pœnas omnes tam Imperiali, quam Pontificio iure iniunctas incurret ex Pij V. Sanctione, *a* quæ ad vltimum quoque supplicium extenditur; & auget in hoc Archad. & Honor. Imperatorum ad Pompeianum rescriptum, *b* quo cautum est, vt pœna deportationis plectantur, qui bis eundem magistratum petetent; hanc tamen legem sæpe latam, & sæpissimè abrogatam docet Paulus Manutius; *c* ad saturitatem verò videndi sunt Alexan. ab Alex. *d* & ibi Tiraquel. ac post eos Decianus, *e* qui de ambitu, ac de legibus contra ambitum latis non minus doctè, quàm eruditè scripsit. A

a Constit. 140. bullar. nou. tom. 2 pag. 350.
b l. vnic. C. ad leg. iul. de ambitu
c de legib. Romand. 43.
d lib. 3. cap. 17. genial. dier.
e tract. crim. lib. 8. cap. 21. & 22.

Huius Constitutionis executio ab omnibus inuiolabili lege seruanda est; in Vrbe tamen licèt Camerario, & Thesaurario commissa in §.23. legatur, in eorum locum hanc nostram Congregationem subrogatam fuisse, eiusdem Clementis, & Pauli V. literæ demonstrant, quod ex iam dictis, & infra quoque dicendis manifestum erit. B

Communitatum debitores manu regia, sola facti veritate inspecta, quacumque inhibitione, sine impedimento non obstante, ad soluendum cogantur. § 24. Quod verò ad inhibitiones attinet, licèt Cardinalis Camerarij, Auditoris Cameræ, vel cuiusuis alterius iudicis non sint attendendæ, vbi tamen in vim Commissionis manu Papæ signatæ concessa fuerit inhibitio, vtique seruanda erit, vt eidem Clementi placuit. *f*

f in literis editis post bullam, eod. bullar. impress. pag. 12 §. 1.

Minus etiam sunt attendenda statuta, consuetudines, priuilegia quæcumque etiam iuramento firmata, imò nec Apostolicæ Constitutiones huius nostræ Bullæ executionem retardantes, & impedientes. in §. 25.

Vt autem in ea contenta omnibus innotescant, in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & acie Campi Floræ publicari, affigi, eiusquè exemplum dimitti idem Pontifex imperat. in §. 26. C

In libris Statutorum cuiuscumque Ciuitatis, Oppidi, & Vniuersitatis Sedi Apostolicæ immediatè, vel etiam mediatè, si, & postquam illam acceptauerint, Clementina hæc Constitutio describenda erit; quotannis alta, & intelligibili voce in Consilijs publicis bis saltem in anno legatur; locis publicis omnibus patentibus perpetuò retineatur affixa, vsu, vel alio casu consumpta renouetur; pœnis inhabilitatis, & priuationis officiorum, & corporis etiam afflictiuis contrafacientibus iniunctis. §. 27.

Gubernatores, cæterique omnes officiales, & Magistratus priusquam ad Officium exercendum admittantur, contenta in hac Constitutione seruaturos sese iuramento adstringant. §. 28. D

Post triginta dies ab ipsa publicatione inchoandos teneantur omnes, ac si personaliter intimata fuerit, illam seruare. §. 29.

Eiusdem Constitutionis transumptis etiam impressis, manu notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate constitutæ munitis plena fides adhibeatur. §. 30.

Hactenus de contentis in Bulla Boni regiminis vulgò dicta: sequuntur modò aliæ eiusdem Clementis literæ, *g* quibus pro executione præmissorum, & nonnullis alijs infra dicendis deputantur S. R. E. Cardinales Antonius Maria S. Mariæ de Pace Saluiatus, Marianus SS. Marcellini, & Petri de Camerino, Alexander S. Laurentij in Damaso Montaltus. His igitur Eminentiss. aut duobus saltem ex ipsis coniunctim procedentibus, vt priuatiuè quoad omnes alios iudices quacumque dignitate, vel auctoritate fungentes, etiam S R.E. Cardinalem Camerarium, Vicecamerarium, Thesaurarium generalem Cameræ Apostolicæ, eiusquè causarum generalem Auditorem, causas tam laicorum, quàm clericorum, etiam Cardinalatus honore fulgentium; nec non vniuersitatum, societatum, congregationum, Collegiorum tam virorum, quàm mulierum monasteriorum, hospitalium, Ecclesiarum, piorum locorum, quocumque priuilegio, immunitate, vel exemptione suffultorum, in quibus de Communitatum interesse tam agendo, quàm excipiendo, vel ipsæ Communitates actrices, vel reæ fuerint, manu regia, simplicitèr, & de plano, sola facti veritate inspecta, substantialibus etiam terminis non seruatis, cognoscendi, audiendi, ac terminandi; iudicibus qui- E

g in eod. bullar. nou. tom. 3. pag. 12.

busuis

busuis sub censuris, alijsuè pœnis inhibendi; inhibitiones quascumque,& quarumcumque Commissionum Apostolicarum, non tamen Sanctissimi D.Papæ signatarum, moderandi, ac reuocandi; & mandata quæcumque relaxandi, appellationibus, & reclamationibus non obstantibus exequendi, facultates plenissimas attri-

A buit. §. 1.

Bona debitorum in executione ad instantiam Communitatum capta vendendi, & auctioni subijciendi,& si intra breuem terminum emptor non fuerit repertus,consanguineos, atque affines proximiori gradu dictis debitoribus coniunctos ad illa emenda, prout in bonis ex delicto confiscatis, & publicatis, cogendi, vt est Sixti IV. Constitutio, *a* & in præmissis suas communicandi facultates Legatis scilicet, Vicelegatis, & alijs Præsidibus permisit. §. 2. Huc vsque Clemens VIII.

Verùm Paulus V. ab eodem Clemente inter Vaticanos Senatores, & purpuratos Patres ascitus, atque in Pontificali Dignitate Successor, quanta ex iam à prædecessore sancitis Ecclesiasticæ Ditionis Communitatibus, & Vniuersitatibus vtilitas euenerit, agnoscens, & in dies magis, magisquè noua illis euentura bona confidens,

B si Congregatio hæc nedum quibus instituta fuerat principijs, & fundamentis, retinetur, sed nouis quoque priuilegijs, facultatibusquè, & præstantissimorum virorum in decidendis causis, sententijsquè ferendis exornaretur assistentia, præter Marianum SS. Marcellini. & Petri Cardinalem de Camerino, qui, vt iam vidimus, prima huius Congregationis fundamenta iecerat, hos alios S.R.E. Cardinales addidit, Octauium S. Sabinæ Bandinum,Dominicum S.Honuphrij Tuscum, Dominicum Gimnasium,Innocentium S.Thomæ in Parione Bubalum Presbyteros Cardinales,& Bartholomæum S.Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem Cæsium: quibus quidem causas omnes ciuiles, & criminales, meras, & mixtas ad Communitates, & Vniuersitates ecclesiasticę Ditioni mediatè, vel immediatè subiectas,tam actiuè,quàm passiuè pertinentes, per se ipsos,vel alios ab eis delegandos audiendi, & decidendi facultates attribuit. *b*

C §. 1. & 2.

Pro faciliori verò negociorum huiusmodi expeditione, Prælatos, aut alias personas iurisprudentia præditas, ab ipso Pontifice approbandas in eorundem Cardinalium Consultores adhibere; nec non aliquem ex illis, aut alium idoneum eis beneuisum in huius Congregationis Secretarium deputare permisit. §. 3.

Innouatisquè facultatibus à Clemente concessis,si criminalium causarum cognitio habenda erit, dummodo sententias sanguinis per se ipsos non ferant, irregularitatis, aut ecclesiasticarum censurarum notas non incurrunt. d. §. 3.

Quæ verò à maiori parte in ipsa Congregatione præsentium decreta, & resoluta fuerint, plenam obtinent firmitatem, & plenariæ executioni demandanda erunt. §. 5.

D Verùm ex generalitate verborum in præmissa Constitutione contentorum cum nonnullæ essent exortæ difficultates,& quædam etiam commissa viderentur, quæ ipse Pontifex committendi intentionem non habuit.

Alijs literis *c* idem Paulus declarauit, eas tantummodo causas ciuiles, & criminales, meras, ac mixtas huic Congregationi vt supra commisisse, quæ ad earundem Communitatum redditus, & prouentus (exclusis maleficiorum pœnis) quomodolibet pertinent, & spectant, & in futurum spectabunt, ac pertinebunt.

Rationum quoque,& computorum redditiones non solum administratæ Annonę, sed quarumcumque rerum, pecuniarum, & bonorum, earundem Communitatum interesse respicientium, per se ipsos, vel alios ab eadem Congregatione delegandos cognoscere valent. §. 1. & 2.

Sed quoniam, vt supra tetigimus, literæ omnes,expeditiones,& ordinationes quæcumque ab ipsa Congregatione emanatæ, manu, sigilloquè Eminentiss. Card Præ-

E fecti firmantur, ne de illius facultatibus dubitari contingat, literæ Apostolicæ,quas in forma Breuis appellant, expediri solent, præmissa omnia tam in Clementis VIII quàm Pauli V. Sanctionibus expressa continentes, & Cardinalibus ipsis Præfectis diriguntur; ita enim in personam Petri tit. SS Ioannis, & Pauli Presbyteri Card. Aldobrandini à Clemente VIII. Scipionis tit. S.Chrisogoni Presb. Card. Burghesij à Paulo V. Ludouici S.Laurentij in Damaso Card Ludouisij à Gregorio XV & Eminentiss. D. Francisci Sanctæ Agathæ, nunc Sancti Laurentij in Damaso Vicecancellarij Cardinalis Barberini à fan. me. Vrbano Octauo seruatum fuisse scimus, & vidimus.

a inter Constit. Prouincia Marchia impressa lib. 1. pag. 21.

b const. 38. alias 25 Bullar. nou. tom. 3. pag. 227.

c post præcitatã const 25. impress. d. Bullar. & pag.

Sed

Sed quoniam harum Constitutionum Commentaria quædam pre manibus habemus, quæ, Deo dante, dum per tempus, & angustias quibus nunc premimur, licebit, in lucem dabimus, quæuè Curialibus, ac Dominis meis Collegis Agentibus Prouincialibus non iniucunda (ni fallor) erunt, ne breuitatem, quam nobis in hoc opere asciuimus, fociam deseramus, nunc plura non addam. A

CONGREGATIO XVI.

Pro Vijs, Pontibus, & Aquis curandis.

Viarum, pontium, & aquarum curationes, munitiones, & restitutiones antiquis Romanis maximæ curæ fuisse innumera testantur monumenta à Panuino, *a* & alijs relata; in primis verò legem Semproniam de viis Italiæ à Caio Sempronio Gracco Tribuno plebis, q. Cæcilio Metello Balearico, Tiro Quinctio Flaminio Consulibus anno ab V C. 630. (siue vt Haliandro placet 631.) latam, vt viæ in Italia munirentur, sternerentur, lapidibus milliaria discernentibus notarentur, pontibus instruerentur, Ioannes Rosinus scribit; *b* sed magis apertè loquitur Plutarchus *c* his verbis. *In viarum autem refectione præcipuam adhibuit solertiam, cum vtilitatis, tum pulchritudinis, venustatisquè rationem habens: ducebantur eæ rectæ per regiones, & partim lapide ab hoc caeso, & dolato, partim congestis arenarum cumulis insternebantur, cauites implebantur, quia cum vallibus, aut torrentibus interrumperentur, pontibus iungebantur, & ab vtraque parte eandem nactæ altitudinem spectatu admodum pulchræ erant; porrò singula milliaria dimensa diligentèr lapideis columnis distinxit; alios quoque lapides vtrinque ad viam haud procul à se inuicem disposuit, quorum in conscendendis equis vsus vicem serui in equum attollentis præstaret.* Hæc Plutarchus. B C

a de Vrbe Roma, vbi de vijs extra Vrbe pag. apud me 117. & seq. pag. 59. & seq.
b lib. 8. cap. 34. antiq. Roman.
c in vita Caij Gracchi pag. apud me 633.

Imperatores quoque non secundo loco hanc curam habuisse, de Augusto Tranquillus *d* hæc ait. *Quò autem facilius Vrbs vndique adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas Triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.* De Vespasiano hæc leguntur. *e Viæ operibus maximis munitæ sunt: tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressu, quæ vulgaritèr pertusa petra vocitatur &c.* De Traiano Dio Cassius ita scribit. *Vias item muniuit, in quibus faciendis fortunas, aut sanguinem alicuius nunquam absumpsit.*

d in vita, cap. 30.
e apud Sext. Aurelium Victor in vita Vespasian.

Porrò viarum curandarum munus primò Censoribus à Senatu commissum est. Deinde cum Censores aliis rebus pro officio occupati huic muneri solicitè vacare nequirent, ex S. C. alius Magistratus speciatim ob eam causam creatus fuit, & quatuor viri viarum curandarum appellati sunt Pomponio I. C. teste. *f* Postremò crescente viarum numero, cum hi quatuor non sufficerent, singulis, vel duabus, aut tribus, pluribusuè viis restituendis, sarciendisquè, prout temporis necessitas exigebat, singuli ciues præpositi fuerunt, qui Curatores earum viarum dicebantur. Hinc tot viarum nomina ab illarum Curatoribus, siue Stratoribus dicta, vt Appia, quæ viarum Regina à Statio Poeta *g* vocatur D

f in l. 2. §. post aliquot. ff. de orig. iur. & Rosino lib. 7 cap. 29. antiq. Rom.
g lib. 2. Syluar. Surrentinā Polly
h lib. 1. de bello Gothor.

Appia longarum teritur Regina viarum.

ab Appio Romanorum Censore structa, & à se nomen dedisse scribit Procopius *h* his verbis *Hanc Appius Romanorum Censor ante annos nongentos struxerat, & à se dederat nomen, longitudinem eius quinque dierum spatio vir expeditus possit emetiri; ab Vrbe Roma Capuam pertinet, ea latitudine, vt duo currus ex aduerso obuij liberè queant præuadere, & commeare: & est sanè hæc via præter cæteras spectabilis; siquidem Appius ex alia, & longinqua tunc, vt reor, regione exeissos lapides, & hos quidem siliceos, ac suopte ingenio durissimos in hanc viam vehendos curauit, quos planos deinde, ac leues redditos, & quadratos incisione factos iunxit, & in ordine locauit, metalli nihil, vel alterius rei inserendo; sunt tamen ita connexi, & validè inter se hærent, vt speciem visentibus præbeant, non coniunctos ita, sed congenitos esse: & quamuis tot iam seculis atterantur assiduis plaustris, iumentisquè, tamen neque serie sua vel minimùm exeunt, & dimouentur, neque franguntur, aut leuorem suum amittunt.* Hæc Græcus ille scriptor, à Lipsio, qui eiusdem verba diligentèr exami- E

examinat, relatus. *a* Flaminiam verò, quæ à Porta Flumentana, siue Flaminia initium habuit, & Arimino tenus producta, à C. Flaminio iterum Cos. ex hostium Gallorum, de quibus triumphauit, manibus, in censura, quam cum L. Paullo anno Vrbis DXXXIII. gessit, stratam fuisse, post alios multos refert Panuinus: *b* quam postea ab Augusto, relictis alijs Triumphalibus viris desumptam fuisse, ex Tranquillo constare diximus; & in hac via multa quidem nedum sepulchrorum, sed alterius quoque ædificiorum generis ornamenta quamplurima fuisse, quæ hodie vetustate consumpta vix cognosci possunt, idem Panuinus obseruat, & antiquis comprobat monumentis, addens, ex hac parte Romana suburbia Ocriculum vsque producta, & varijs ex vtraque parte ædificijs plena, tantaquè frequentia, atque splendore exædificata, vt exterarum gentium Legati per suburbana venientes, longè ante Vrbis Portas iam in ipsa Vrbe se esse existimarent; quod etiam Theodoricus Rex Simmaco scribens apud Cassiodor. *c* indicat his verbis. *Notum est, quanta laude in suburbanis suis Romam transeris, vt quam illas fabricas intrare contigerit, aspectum suum extra Vrbem esse non sentiat, nisi cum sit, & agrorum amœnitatibus interesse cognoscat &c.* Verùm siue barbarorum sæuitia, siue temporum iniuria ædificia diruta, & viam hanc impetuiam euasisse, sub eodem Cassiodori tempore eius verba demonstrant, *d* dum ad Constantinianum scribens hæc ait. *Quocirca iter Flaminiæ riuis sulcantibus exaratum, hiantes ripas latissima pontium interiectione coniungite, oppressas margines platearum asperrimis syluis enudate &c.* & cum eodem morbo hac nostra quoque tempestate hæc via laboraret; Tybris enim elata fronte planitiem, sub Malliani Oppido sitam, quà olim quoque præterfluxisse narrant, & antiqua demonstrant vestigia, sua sub ditione iterum supponere exoptans, pontem à Sixto V. inchoatum, à Clemente VIII. Mariano Perbenedicto Card. de Camerino nuncupato Curatore absolutum, iam iam declinabat, quando Vrbani VIII. vigilantia debacantium aquarum fluctus magna lignorum compage, compressit, nouaquè aluei effossione intra statutos limites continuit; quod ex inscriptione in eodem restitutæ viæ loco posita, & marmore his verbis insculpta melius innotescit.

a de magnit. Roman. lib. 3. cap. 10

b de Vrbe Roma, vbi de via Flaminia pag. apud me 66.

c lib. 4. var. cap. 51.

d lib. 12. var. cap. 18.

A

B

C

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
TYBERIM VIA PVBLICA EVERSA
VETEREM REPETENTEM ALVEVM
NOVI EFFOSSIONE AD DEXTERAM DEDVCTVM
AGGERIS OBIECTV
VALIDAQ. COMPAGE LIGNORVM
SVB PONTE QVEM DECLINAVERAT
CONTINVIT.
CONSERVATIONI PROSPICIENS
PENINSVLAM ADIACENTEM ATTRIBVIT.
ANNO SAL. MDCXXVIII. PONTIF. VI.

D

Præterea cum eadem hęc via ab illius fermè initio Ocricolum vsque cum aquarum è Cœlo cadentium, tum è vicinis erumpentium riuis copia, hyberno præsertim tempore cœnosa supra fidem, tuderibus obcœcata, saxis nullo ordine hinc inde deiectis; foueis quoque, præruptisquè syluis deuastata esset; quæ ex antiqua ad hæc nostra tempora silicibus strata remansit, quoad fieri potuit, restituta, reliqua verò multa conspersa glarea, hiantes fluuiorum ripæ duobus pontibus non vulgari sumptu connexę publicę, priuatęque commoditati, testis ego pro munere, quo fungor, oculatus, non mediocritèr consultum, affirmare, & cum Tibullo *e* canere possum.

E

e lib. 1. eleg. 7. ad fin.

hic glarea dura
Sternitur; hic apta iungitur arte silex.
Te canit agricola, è magna cum venerit Vrbe
Serus, inoffensum retuleritque pedem.

At

At non semper eadem via terenda est, cum multæ sint, quæ ad Vrbem ducunt, & vt Cicero in Philippicis Sigonio referente *a* scribit, tres viæ sunt ad Mutinam, à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. De Flaminia satis dictum; si plura quis cupiat, Panuinum consulat. Per Cassiam, quâ mihi in Patriam reditus, ambulandum nunc est: hanc autem à Cassio, qui eam strauit, dictam fuisse, Sex. Pomponius est author, à Panuino relatus; *b* & à Flaminia extra Pontem Miluium diuiditur, & recta Sutrium, Vetrallam (forum Cassium ab eodem Stratore antea dictam,) Viterbium, Vulsiniumque mittebat; deinde verò relicto Sutrio, & Vetralla à sinistris, in dexteram currens apud Ronciglionem, & per Ciminos Montes Viterbium ducebat, denique Vrbano Octauo regnante, Sutrio restituta fuit, exinde Montem Flasconem, Vulsinium, S. Laurentium, Aquipendium &c. Sed hanc quoque Clodiam, vel Claudiam appellatam existimo ab Antonino Pio in suo Itinerario, dum eadem loca indicat per hanc viam transeuntibus; ait enim. *A Luca Romam per Clodiam m p. 239. Pistores. m.p. 25. Florentia. m.p. 25. Ad Fines, siue* Casas *Casarianas, m p. 25. Aretio. m p. 25. Ad Statuas. m p. 25.* Clusio.m.p.12. *Vulsinis.m.p.30. Foro Cassij* (hodie Vetralla) *m p.* 28. *Sutrio. m p.11. Baccanas. m.p.21. Roma m.p.21.* Vbi notandum puto, Baccanas non esse locum, qui hodie idem nomen retinet; nam hunc Romani 14. tantum, non 21. m p. designant: quapropter Antonini tempore Baccanas fortasse dicebantur, quæ nos hodie Montem roseum dicimus, hic enim per 21. m.p. ab Vrbe distat. Comprobatur etiam, viam Clodiam, siue Claudiam candem esse cum Cassia ex Ouidio, dum Claudiam quoque in Flaminiam incidisse scribit *c* his carminibus. A B

a de antiq. iur. Ital. lib. 1. cap. 26. & vlt.

b de Vrbe Roma vbi de vijs incidentibus in Flaminiam, pag. 72.

c lib. 1 de Ponto.

Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta via.

Verùm si in obscuris diuinare fas est, præsertim in magna scribentium varietate, Cassiam fuisse arbitror, quæ ad Cassij Forum, nunc Vetrallam, ducebat (& hæc aliqua ex parte anno 1641. ab immortalis memoriæ Vrbano VIII. restituta) quæ verò ad Forum Claudij, hodie Tulpha nuncupatum, Claudia erat via; sicut etiam Cimina, quæ ad Ciminos montes pergebat, de qua satis obscurè loquuntur Blondus, *d* & Pilippus Cluuerius, *e* Hac enim parte Etruriæ, hodie Beati Petri Patrimonium appellata, has omnes vias fuisse colligit Panuinus ex antiqua inscriptione Auximate his verbis concepta. C

d in Italia illustrata, vbi de hac via.

e in sua Italia antiqua lib. 2. cap. 3. fol. 561. tom. 1.

C. Oppio. C. F. vel. Sabino Iulio Nepoti me. Vibio Sollemni Seuero Cos. adlecto à sacratissimo Imp. Hadriano Augusto: inter Tribunicios P. R. Peregri. Candidato Augusto Legato Prouin. Bæthicæ: Cur. Viar. Clodiæ, Anniæ, Cassiæ, Ciminæ, Trium Traianarum, & Amerinæ: Leg. Legion. XI. CL. P. F. Leg. Aug. P. R. P. R. Prouinciæ Lusitaniæ Pro Cos. Prou. Bæthicæ: Patrono col. Leonas: lib: Adrensus Patroni & in Dedica: Statuæ Colonis conam dedit. D

Aureliam quoque viam in Thuscia fuisse, Antoninus Pius *f* demonstrat, dum illam à Roma per Thusciam, & Alpes maritimas Arelatum vsque describit; eamquè refert quoque Panuinus; *g* hæc autem ad Portum Centumcellarum ducit, vbi Traiani Imperatoris villam pulcherrimam fuisse Plinius 2. scribit *h* his verbis. *Villa pulcherrima cingitur viridissimis agris, imminet littori, cuius in sinu Portus velut amphitheatrum, huius sinistrum brachium firmissimo opere munitum est, dexterum elaboratur, in ore insula assurgit, quę illatum vento mare obiacens frangit, tutumquè ab vtroque latere decursum nauibus præstat, assurgit autem arte visenda, ingentia saxa latissima nauis prouehit, contra hęc alia super alia decreta ipso pondere manent, ac sensim quodam velut aggere construuntur, eminet iam, & apparet saxeum dorsum, impactosquè fluctus in immensum elidit, & tollit, vastus illic fragor & e saxis deinde pilæ adijciuntur, quæ procedente tempore enatam insulam imitentur: habebit hic Portus, & iam habet nomen Auctoris, eritq; maximè salutaris, nam per* E

f in Itinerario pag. apud me 168

g de Vrbe Roma, vbi de vijs Aurelijs duabus, pag. apud me 112

h lib. 6. epist 31.

longissi-

longissimum spatium littus importuosum hoc receptaculo vtetur. Hæc Plinius, quem
de Villa, & Portu Centumcellarum loqui, ex eiusdem epistolæ initio constat, dum
ait. *Euocatus in Consilium à Cæsare nostro ad Centumcellas* (hoc loco nomen) *ma-
ximam* cæpi *voluptatem &c.* Quibus ex verbis si quis viam hanc Aureliam quan-
A doque Traianam fuisse dictam, & vnam ex tribus in Auximate inscriptione adnotatis
conijciat, fortasse non longè à veritate erit. Hæc denique via, cum Summus Ponti-
fex Vrbanus Octauus Centumcellarum in Portu restituendo, exornandoquè non
vulgari diligentia inuigilauerit, maximo equorum, peditum, & redarum commodo
strata, & complanata nunc cernitur, Eminentiss. D. Petro Donato Cæsio tunc Ca-
meræ Apostolicæ Clerico, deinde Thesaurario, nunc S. R. E. Cardinale, Curatore.
Sed quoniam satis in vijs fuimus, si quis adhuc per illas spatiari delectetur, Panui-
num *a* legat, qui antiquas omnes Romanas vias intra, & extra Vrbem seriatim
enumerat. De via Prænestina, & Gordianorum Villa Iulius Capitolinus, *b* & Lip-
sius *c* nonnihil scripserunt.

Iam de Pontibus dicendum est, quorum construendorum formam supra Tyberim
in aduentu Regis Cassiodorus *d* assignat his verbis ad Vicarium Vrbis Romæ scri-
B bens, omissis alijs. *Veruntamen & vos necessariò commonemus, vt Pontis iunctione
Tyberinos fluctus solemnitèr vestiatis, quatenus transitum præbeat intremulum,
fixum concatenatione nauigium, & de suo situ celerem nobis præstet excursum, non
moueatur pigris funibus, vt solebat, non manibus trahentium moles tanta torpescat,
celeritatem potius fixa conferat, quam se mouens antea non præbebat: ambulent com-
meantium greges, profectò non nauigijs incisa nos vnda deportet; sic decet dominum
suscipi, vt aliqua debeat nouitate gratulari: tabularum fortitèr iunctura constricta
soliditatem debet præbere necessariam, vt pauorem vndas dubitantium terrena simi-
litudine possit auferre, optetur quinimò longior fuisse, cum transitur innocuè: cancel-
lorum tutamen dextra, leuaquè decentèr aptetur; prosper datur transitus, cum fuerit
casus asper exclusus*. Hæc Cassiodorus, qui de ponte nauigijs construendo loquitur,
C qualis fuit in transitu Clementis Octaui supra Tyberim Ferrariam petentis per Fla-
miniam; qualis etiam annis elapsis apud Anconam visus est, dum Maria Austriaca
Pannoniorum Regi desponsata è portu ad triremes tendebat.

a de Vrbe Roma pag apud me 129 & seq
b in vita Gordiani pag. apud me 311.
c de magni. Rom. lib. 3. cap. vlt
d lib. 12. var. cap. 19.

Sublicios quoque pontes ex lignea sola materia compactos antiquo, & nostro æuo
constat: de antiquis sic Dionysius ait, de Anco Marcio, eiusquè gestis loquens. *e
Hetrusci enim latrocinijs negotiatores infestabant, occupantes totum illum oræ tra-
ctum, qui est trans fluuium, & sublicium pontem, qui ex sola lignea materia est
compactus, & cui nihil æris, aut ferri addere licet; ille* (Ancus Marcius scilicet) *Ty-
beri imposuisse fertur, quem ad hoc vsque tempus seruant, sacrum existimantes &c.*
Hæc Dionysius. Et pro ponte hoc stetisse, & hostium aciem sustinuisse Horatium Coc-
litem Plinius refert: *f* & horum quoque pontium vsum in ducendis exercitibus, &
D in bellis frequentissimum nedum Cæsar in Commentarijs, sed Vegetius, Vetruuius,
& alij multi, qui de re militari, & militaribus machinis scripserunt, demonstrant.

e Roman antiq. lib. 3. pag. apud me 98. litera A.
f de viris illustr. cap. 11. de Horat. Coclite; & in histor. natural. lib. 36. cap. 15. viden.

Verùm cum ad rem nostram lapidei pontes magis conferant, de illis nonnihil di-
cendum erit. Et primo loco se offert pons à Traiano in Danubio constructus, quem
Dion Cassius *g* ita describit, Georgio Merula interprete. *Per ea tempora Traianus
lapideum Pontem in Istro fecit, opus sanè mirandum, & maximè memorabile, cui
cætera illius opera vix adæquare possis: viginti stant ex quadrato lapide pilæ, quarum
altitudo centum, & quinquaginta pedum præter fundamenta habetur; latitudo sexa-
ginta pedes continet; distant inter se centum, & septuaginta pedibus, fornicibus verò
coniunguntur: impensa profectò ingens, & vix credibilis. Sed illud mirari conuenit,
quanam ratione, & quibus viribus, quouè artificio in illa gurgitum altitudine,
tamquè præcipiti fluuio tum singulæ columnæ extrui valuerint, tantarum molum
E fundamenta stabiliri: vada præterea limosa erant, neque amnis aliò auerti poterat:
quanta verò altitudo sit aquæ, & quàm latè pateat amnis, haud equidem enarraue-
rim; diffunditur per ea loca spatiosus, atque interim imbrium mole concitatus, ripas
longiùs summouet, alibi verò duplo, atque interim triplo priore sui parte maior, aut
restagnat, aut defluit: quà verò arctatur vorticosus, & ferox, ædificia, & pontes non
patitur, & rursum liberatus angustijs in pelagi formam totus expatiatur, iterumq;
coit, quasi retentus profundior, ac rapidius fertur. Arduum igitur, & maximè labo-
riosum fuit in ea fluminis parte pontem ædificare; ex hoc sanè ingens Traiani animus
arguitur, atque adeo magis, quòd nullum commeandi vsum pons præbebat. Pilæ*

g in vita Traiani.

etiamnum extant ceu in ostentationem potentiæ, & Cæsaris opum fabricatæ, simul etiam vt posteris testatum maneret, nihil esse, quod hominum manu, & opibus Romani Imperij effici non posset. Ponte Danubium ideo Traianus coniungere voluit &c.

a de magnit. Roman lib. 3. cap. 13

Hactenus Dion hic, quem Lipsius *a* quoque sub alia versione refert, & addit Paulum Iouium affirmantem, etiam nunc triginta sex extare pilas, & conspici in confinio A
Valachiæ, & Transiluaniæ ad Oppidum Seuerinum; id autem non parum Dionis errorem indicat, qui sexdecim omisit, cum viginti tantùm pilas enumeret; cui tamen magis credendum incertus Lipsius sic loquitur. *Sanè si oculi nunc conuincunt ita esse, manus, & herbam do, videant modò, & dicant, qui adsident, & possunt arbitrari*; & post alias rationes in vtramque partem adductas subdit. *Vereor, vt Iouius sit, quod etiam alibi, auditionum facilis, & parum diligens examinis, aut veri, &c.* Sed vt varij sunt hominum sensus, & ingenia; pontem hunc vix benè structum, fornices, & structuras, quantæ super aquam eminebant, Hadrianus Imperator demoliri iussit, & quod Dion iustis de causis factum enarrat, Lipsius inuidiæ tribuit; in ius enim Hadrianum vocat, & hac increpat nota. *Inuidisti optimo, maximoq; Principi, & habere super omnes gloriam voluisti, magis quàm meruisti &c.* Verùm si magis B
suos (Romanos inquam) quàm barbaros dilexit Hadrianus, cur mordicus ò Lipsi in illum irruas non video; etenim si pontem in Istro disiecit, ad Tyberinas vndas, vbi Imperialis splendor, & sedes erat, & pontem, & sepulchrum splendidissimum extruxit, Panuino teste, *b* & oculata nunc monstrat fides in ponte: de sepulchro autem, quoniam in Arcis vsum modò deductum cernimus, quanam structura hominum oculis ab Imperatore obiectum esset, audi Procopium. *c Hadriani Romanorum quondam Imperatoris sepulchrum extra portam Aureliam extat, & ad lapidis iactum à mœnibus procul extructum, spectatu procul dubio dignum; pario namque ex lapide ædificatum est, saxa quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, & quaternis partium pari dimensione lateribus, tam porrectis in latitudinem, vt iactus ex angulo lapis alterum ferè pertingat; altitudine autem hæc vrbis mœnia* C
superant: statuæ quoque ex eodem pario marmore virorum, equorumque miro artificio factæ desuper insident &c. Hæc Procopius de sepulchro Hadriani. De ponte Antonius Augustinus *d* quoque meminit, & antiquum offert numisma, eodem ponte, septem pilis, totidem fornicibus, & statutis multis ac sequentibus literis insculptum. HADRIANVS AVG. COS. III. P.P. * R. G. * Meminerunt etiam Spartian. & Dion. à Gasp. Panzir. relati *e* In eodem ponte leguntur marmorei characteres, Vrbani Octaui vigilantiam contestantes.

b de Vrbe Roma pag. apud me 109

c lib. 1 de bello Gothor vbi de obsidiene vrbis agit

d in dialog. de numismat. dialog. 4.

e notit. Imper. occid. vbi de 14. region. vrbis in epilog. rer. insign. pag. apud me 189

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
PROPVGNACVLVM DVO HAEC INTERCLVDENS
SVB PONTIS FORNICE SPATIA
INVTILITER ANTIQVITVS FABRICATVM D
SOLO AEQVAVIT
FLVMINIS LAPSV HAC EX PARTE RESERATO
QVOD MVNITAM MAGIS ARCEM EFFICIT
ET EXVNDATIONES INGRVENTES
COHIBET.
NE POSTERI PROVENIENTIS HINC VTILITATIS IGNARI E
SECVS QVID MOLIANTVR
HOC VOLVIT EXTARE DOCVMENTVM
ANNO DOMINI MDCXXVIII. PONTIF. V.

Sed

Sed ex antiquis pontium structuris ad recentiores transeuntes, Pontifices quoque Romani (quorũ nomen etiam à Pontibus restituendis deductum Dionys. scribit *a)* in his reficiendis, construendisquè curam non vulgarem habuisse monumenta ipsa demonstrant. Audi Ciacconum *b* de Sixto Quarto loquentem. *Quum verò annus Iubilei instaret, quem ex 50. ad 25. dies contraxit, primusq; anno 1475. celebrauit, animum ad religiosa loca, & peregrinę multitudinis ad Vrbem venturæ oportuna restauranda adijciens, in primis pontem veterem Ianiculensem iamdiù antea disiectum, quem ruptum meritò ciues appellabant, publicę commoditati, & decori, magna cura, & impensa ex Tiburtino lapide restituit, suoq; de nomine Sixtum vocari iussit; opus sanè omni antiquo Principe dignum &c*

A

a lib 2. Roman. antiq. pag apud me 71. litera D.
b in vita. vbi de gestis illius, pag. inuctanonam impressi 1269.

Post centum iam elapsos annos Senatorium pontem sub Gregorio XIII. restitutum fuisse apposita ibidem inscriptio indicat, quæ (licèt denuò fluminis impetu pons pro medietate dirutus) adhuc tamen legitur his verbis.

B

EX AVCTORITATE GREG. XIII. PONT. MAX.
S. P. Q. R.
PONTEM SENATORIVM
CVIVS FORNICES VETVSTATE COLLAPSOS
ET IAMPRIDEM REFECTOS
FLVMINIS IMPETVS DENVO DEIECERAT
IN PRISTINAM FIRMITATEM AC PVLCHRITVDINEM
RESTITVIT.
ANNO IVBILEI MDLXXV.

C

Sed & Sixtum Quintum ex tiburtino lapide pontem de nomine, quod ante Pontificatum habuit, Felicem scilicet supra Tyberim XXX. ab Vrbe lapide apud Mailianum agrum extruxisse, seu potius inchoasse, & à Clemente VIII. postea, Mariano Perbenedicto Card. de Camerino nuncupato, Curatore, perfectum, sumptu quidem necdum in ipsa constructione magnifico, sed etiam in vsu publico continendo ingenti, ex eiusdem Sixti numismate, vbi pilæ sex, totidemquè columnæ inter se fornicibus iunctæ cernuntur, manifestum fit; habes autem hoc, & alia multa numismata, vnà cum eiusdem Pontificis effigie pro maiestate in solio sedentis, & Pontificalibus ornamentis induti apud Ciacconum *c*; in hoc autem, de quo loquimur numismate; hæc leguntur PONS FELIX. ANNO DOM. MDLXXXIX. Verùm quia pons hic sumptu (vt diximus) ingenti constructus, & in continendo Tyberi à suo cursu declinante, continuata impensa per multos annos publicæ vtilitati seruatus, ne tempestate hac nostra inutilis redderetur, sempiternæ memoriæ Vrbani VIII. vigilantia multùm profuit; sequens propterea monumentum è marmore ibidem expressum legis.

D

c In vita noviter impressa to 2, col. 1786.

VRBANI VIII. PONT. MAX. PROVIDENTIA.
TYBERIM A SVO CVRSV
LABEFACTATA VIA DECLINANTEM
NOVA ALVEI EFFOSSIONE
AC LIGNORVM SVBSTRVCTIONE CONTINVIT
ANNO SALVTIS MDCXXVIII.
PONT. SVI VI.

E

Tandem octo pontes in Vrbe fuisse Rosinus *d* scribit; septem verò refert Gasp. Pancirol. *e* & ambo.

Miluium, seu Moluium, qui secundo ab Vrbe lapide nunc distat, à M. Scauro L. Syllæ priuigno in censura factum ferunt.

Sublicius primus omnium ab Anco Marcio Rege constructus, vt iam ex Dionys. diximus, & ædificium amplum sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur, scribit Plinius *f* & hunc pontem postea

d antiq Roman lib. 1. vbi de sept. montibus & alijs agit ad fin. pag. 25
e Notit. Imper. Occid. vbi de 14. Vrbis region in epilog. cap. de pontib pag 189.
f Lib. 36, cap. 15.

M 2 ab

ab Aemilio Prætore lapideum factum fuisse, & Aemilium appellatum, ex Pomponio Læto tradit Panzirolus loco citato; verùm & Pomponium, & Panzirolum in hoc allucinatos esse Iacobus Castiglionus *a* probare nititur.

Fabricius, quem L. Fabricius faciundum curauit, vt eius arcubus insculpta adhuc extans indicat inscriptio. L. FABRICIVS. C. F. CVR. FACIVNDVM CVRAVIT. Huius pontis mentio apud Horatium *b* hoc carmine extat. A

Atque à Fabricio non tristem ponte reuersi.

Hodie pons quatuor capitum dicitur, à quatuor Iani, vel Termini quadrifrontibus simulachris in aditu pontis à sinistra locatis; & Tyberinam insulam coniungit.

Cestius à C. Cestio Gallo eius conditore, vt puto, dictus; nunc S. Bartholomæi pontem vocari Marlianus scribit, & sub Gratiani nomine instauratum, inscriptio ibi in tabula marmorea indicat.

Probus, quem à Probo Imperatore dictum Pancirolus autumat loco citato; motus, quia Flacc. Vopiscus in vita huius Imperatoris multos ab eo pontes cōstructos fuisse narrat: Vopisci verba sic se habent. *Pontes, Templa, Porticus, Basilicas labore militum struxit &c.* B

Pons Aelius, ab Aelio Hadriano iuxta eius sepulchrum, vt diximus, extructus; meminit Dion Cassius *c* his verbis. *Sepultus est in ripa Fluuij iuxta pontem Aelium, illic enim sepulchrum conditum; iam enim Augusti monumentum repletum erat, nec quisquam amplius in eo sepeliebatur.*

Aurelius à M. Aurelio Antonino philosopho ædificatus, vt Pancirolo arridet, licèt nihil de hoc legisse affirmet, præter quædam apud Capitolinum, *d* nempè Tyberim sub M. Aurelio granitèr inundasse, & multa vexasse ædificia, quæ mala Marcus temperauit. Addi potest Vopiscus, *e* qui Aurelianum sic loquentem introducit. *Tyberinas extruxi ripas, vadum aluei tumentis effodi, dijs, & perennitati vota constitui &c.* Hunc etiam Vaticanum pontem appellatum Rosinus, & Pancirolus scribunt locis citatis. C

Ianiculensis, à Ianiculo Transtyberino monte dictus, quem à Sixto IV. restitutum supra diximus, & Sixtus appellatur, vnus ex tribus intra Vrbis mœnia nunc extantibus: Miluius enim, seu Moluius in via Flaminia duobus millibus passuum, plusuè minus distans positus est; qua ratione.

Salarius quoque pons supra Anienem tertio ab Vrbe lapide locatus hic referendus esset, à Gothorum Rege Totila (vt refert Procopius) disiectus, à Narsete postea restitutus, vt ex inscriptionibus à dextris, & sinistris eiusdem pontis innotescit à Panuino *f* relatis, & apud eum videndis.

Sed pontes iam sua mole consistant, nobisque ad aquarum ductus inuisendos tutus sit transitus. Per annos 441. ab Vrbe condita contenti fuerunt Romani vsu aquarum, quas aut ex Tyberi, aut ex puteis, aut natiuis fontibus hauriebant, Iulio Frontino teste. *g* Vrbe autem crescente, dilatato Imperio, opibus, & luxu supra fidem aucta, aquæ è vicinis agris per tubos, & canales in fornicibus lateritijs nedum ad vsum, sed ad voluptatem aduectæ sunt, itaut flumina per Vrbem, & cloacas fluere, & vnamquamque domum propemodum habere fistulas, & canales, quibus aquā inducat, scripserit Strabo à Lipsio relatus; *h* & viginti aquas in Vrbē aduectas fuisse testantur Io. Rosinus, *i* Panuinus, *k* & alij; quamuis decem, & nouem tantùm referat Pancirolus, *l* quarum nomina, & ductores, curatoresuè recenset, videndus. Procopius tamen quatuordecim suo tempore Aquæductus in Vrbe fuisse scribit. Hodie tres tantùm habemus. D

Prima est Aqua Virgo, vulgò di Treui nuncupata; hanc Marcum Agrippam anno ab V.C. 735. adduxisse, Plinius *m* in hæc verba refert. *M. Agrippa & virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo, duo millia passuum Prænestina via, iuxta est Herculaneus riuus, quem refugiens virginis nomen obtinuit &c.* Cassiodorus *n* verò hanc denominationem habere credit, quia nullis sordibus polluatur, dum ait. *Currit aqua virgo sub delectatione purissima, quæ ideo sic appellata creditur, quòd nullis sordibus polluatur; nam eum aliæ pluuiarum nimietate terrena commixtione violentur, hæc aerem perpetuò serenum purissimè labens unda mentitur &c.* Sed vetustate vastatam, seu deperditam ab Hadriano Pontifice huius nominis I. anno salutis 795. restitutam scribit Baronius *o* post alios his verbis. *Formam, quæ Virginis appellatur, quæ per annorum spatia demolita, atque ruinis plena existebat,* E

perspi-

a in tract. vulgari sermone edito, dell'inondatione del Teuere, cap. 17.
b lib. 2. Satyra 3
c in vita Hadr. in fin.
d in vita Antonini philosophi pag. apud me 190 ad fin.
e in vita D. Aureliani ad fin.
f de Vrbe Roma, vbi de Porta Collina, & via Salaria pag. apud me 80.
g lib. 1. in princ. de aquaduct.
h de magnit. Rom. lib. 3. cap. 11
i lib. 1. antiq. Rom. tit. de aquis
K de Vrbe Roma pag. apud me 211
l in comment. Notit. Imp. occid. vbi de 14. region. Vrb. in epilog pag. 190.
m lib. 31. cap. 3.
n lib. 7. variar. cap. 6. in formul. comitiu. form.
o in annal. tom. 9 pag. 331. n. 48.

perspiciens hic benignissimus, & pius Pastor nouitèr eam restaurauit. Et ab hoc eodem Pontifice aquam Claudiam, quæ apud Lateranum in Baptisterium SS. Saluatoris defluebat, restitutam fuisse, vnà cum alia forma, seu aqua Iouia nuncupata, idem Baronius refert; a Blondus hoc confirmat b. sed ad virginem reuertamur;
A & hanc quoque Nicolaum V. Pont. Max. restituisse, marmorea ibidem posita descriptio demonstrat his verbis.

a loco cit. n. 40. & 41.
b lib. 1. dec. 2. fol. 158.

NICOLAVS V. PONT. MAX.
POST ILLVSTRATAM INSIGNIBVS MONVMENTIS VRBEM
DVCTVM AQVAE VIRGINIS
VETVSTATE COLLAPSVM
B SVA IMPENSA IN SPLENDIDIOREM CVLTVM
RESTITVI ORNARIQ. MANDAVIT.
ANNO DOMINI IESV CHRISTI MCDLIII.

Verùm vel non perfecisse opus, vel iterum deuastatum, quæ post trigesimum, plusuè minus annum Sixtus IV, circa hanc eandem aquam fecit, nobis indicant; etenim apud Ciacconum c hæc leguntur. *Vtilitati Vrbanæ consulens, Ductus aquæ Virginis penè confractos perpurgatos perpetuo fornice à monte Pincio ad Triuij fontem eum aqua perduxit &c.* Hactenus de Triuij fonte, & prima nunc in Vrbe, salubriorique aqua dictum.

c in vita Sixti IV iuxta nouam impressionē to. 2. pag. 1269.

C Sequamur secundam Felicem appellatam, ex eo nomine, quod ante Pontificatum Sixtus V. habebat; hic enim Pontifex Vrbis splendori, & ornatui mirum in modum consulens, vt clara, & adhuc extantia monumenta testantur, à suo Pontificatus initio aquæ illius, quæ in agro Columnæ via Prænestina sinistrorsum concipitur, quæquè omnium prima ab Appio Claudio Casto Censore, olim in Vrbis inferiora, & depressiora loca, nempe ad salinas adducta fuerat, aquæ etiam Martiæ parte ad Fontem Aquæ Felicis constituendum adhibita, in Quirinalem Montem, ad Aream S. Susannæ, quatuor columnis, & tribus arcubus, seu foraminibus defluentem eandem adduxit, addita his verbis inscriptione.

D SIXTVS V. PONT. MAX. PICENVS
AQVAM EX AGRO COLVMNAE
VIA PRAENESTINA SINISTRORSVM
MVLTARVM COLLECTIONE VENARVM
DVCTV SINVOSO
A RECEPTACVLO MIL. XX. A CAPITE XXII.
ADDVXIT
FELICEMQ. DE NOMINE ANTE PONTIFICATVM
DIXIT
COEPIT PONT. ANNO I. ABSOLVIT III.
E MDLXXXVII.

Tertia iam superest aqua Paula nuncupata, à Paulo V. Pont. Max. in summum Ianiculum (vt nos oculata fide vidimus) perducta, & inscriptionibus pluribus in locis è marmore expressis plenius innotescit: in ipso enim Ianiculo, vbi primus in Vrbem fons trisulcus erumpit, hæc habes insculpta.

PAV-

PAVLVS V. PONT. MAX.
AQVAM IN AGRO BRACCIANENSI
SALVBERRIMIS FONTIBVS COLLECTAM A
VETERIBVS AQVÆ ALSIETINÆ DVCTIBVS RESTITVTIS
NOVISQ. ADDITIS
XXXV. AB MILLIARIO DVXIT.
ANNO DOM. MDCXII. PONT. SVI VII.

In Vrbe verò Leonina, quam Burgum dicunt, in ipso limite, post Pontis Aelij transitum sic legis.

B

PAVLVS V. PONT. MAX.
REGIONEM LEONINAM
PERENNIVM AQVARVM INOPIA LABORANTEM
AQVÆ AB SE IN VRBEM DEDVCTÆ
VBERI DISPENSATIONE
VARIIS FONTIBVS ATTRIBVTA LOCVPLETAVIT.
ANNO DOM. MDCXIV. PONT. X.

C

Adsunt & aliæ inscriptiones, quas consultò prætermittimus, ne te lectorem vlterius detineamus: has tamen cognoscendi si desiderio flagras, Ciacconus, & alij nouissimi, qui Romanorum Pontificum gesta scripserunt, literis commendarunt. *a*

Sed quoniam, vt Cassiodorus *b* ait, cauati montes plerumque subruunt, meatus torrentium dissipantur, & opus vererum destruitur, si industria suffragante non seruetur; respicientes propterea prædicti Pontifices, nempe Sixtus, & Paulus, quantum Romanis mœnibus præesset aquarum copia ornamentum, & agnoscentes etiam verissimum esse, quod Poeta cecinit.

Non minor est virtus quàm quærere parta tueri.

Congregationem, de qua nunc loquimur, instituerunt, cui Sixtus V. sed Cardinales præesse voluit, & facultates mox referendas attribuit, *c* ex iuris communis dispositione desumptas. *d* D

Vias curandi, aperiendi, muniendi, dirigendi, iam stratas tuendi, coarctatas dilatandi, veteres fortè occupatas in publicum vsum iterum vindicandi, & redigendi. §. 1.

Pontes item tuendi, vbi opus est, nonos extruendi, veteres ruinosos instaurandi, & iam collapsos, si necessitas tulerit, reficiendi. §. 1.

Aquarum præterea curam gerendi, huius præsertim, Felicis scilicet; certa mensura ad publicum vsum, commoditatemquè melius distribuendi. §. 1.

Vbi maiori aquarum copia opus esse viderint, fontes aquarum magis vberes, vnde deduci possint, inuestigandi. §. 1.

Deductiones, substructiones, castella, formas, aquæductus, receptaculaquè earundem sartatecta conseruandi, omne impedimentum tollendi. §. 1. E

Cameræ Apostolicæ Præsides, & Ministros, quibus ea specialis cura data est, dirigendi, & à contradictoribus protegendi, aliaquè necessaria, & oportuna exequendi. §. 1.

Si qua verò difficultas, aut causa contra Domicellos, Communitates, & Vniuersitates, quàm contra quoscumque alios etiam immunes, & exemptos super his omnibus iam exorta, vel in posterum oriatur, hanc omnem summariè, sola facti veritate inspecta, ac re primùm ad Pontificem Max delata, definiendi, ac decidendi tribuit potestatem. §. 1.

a in vita Pauli V. tom. 2. pag. 1948
b lib. 7. var. cap. 6.
c Const. 74. Congreg. 13. Bullar. nou. tom. 2. pag. 615.
d in l. ædiles. ff. de via pub.

Et

Et hac etiam facultate nedum in Vrbe, sed in tota Ecclesiastica temporali Ditione hi Cardinales vtantur, d. S. 1, & per tot.

Praeterea nedum facultates istas generales super aquas, pontes, & vias in ipsa temporali Ecclesiæ Ditione existentes concessisse contentus, curam quoque Felicis aquę idem Sixtus huic Congregationi attribuit. *a*

A Annuum redditum scutorum septingentorum monetæ, & bononenorum septuaginta ex fructibus locorum nonaginta vnius Montis Religionis percipiendorum, certa lege, & de mandato hujus Congregationis tantùm persoluendum attribuit. §. 7.

a Const. 101. Bullar. nou. tom. 2. pag 676. in §. 6

Visitatores duos Ciues Romanos quotannis eligendos, & ad munus benè, fideliterquè exercendum iureiurando adstringendos esse præcipit. §. 8.

Visitatorum autem munus in hoc potissimùm versatur. Singulis tribus mensibus saltem semel ipsum aquæ caput per se ipsos inuisere. Singula receptacula, omnes portas ad purgandos alueos extructas, & ferro munitas, puteosquè, & foramina inspicere. Aquædu ctus partes, quæ specubus continentur, & quæ nec gelicidijs, nec

B caloribus expositæ, limo in crustam decrescente, iter aquę coarctare, aut in alueum delapsæ aquam corrumpere videbuntur, sæpius perlustrare, & sordibus egestis repurgari facere. Aqua, quæ alueo suo purissimo labitur pluuijs è Cœlo cadentibus, aut humo fluentibus aquis, ne inficiatur, prouidè cauere. Fornices supra terram, parietesquè vniuersos vsquè ad præfatum fontem S. Susannæ, & ipsos fontes diligentèr integros tueri, atque curare. Quicquid in ipsa visitatione viderint, aut cognouerint, huic Cardinalium Congregationi referant; Congregatio verò in rebus grauioribus Pontificem consulat. Quod Visitatorum culpa emerserit, eorumdem sumptu sarciatur: adstipulatur Valentin. & Valent. Sanctio. *b* Vbi celeris reparatio necessaria videbitur, cementa prius, & alia præparentur; artificibusquè liceat ex agris priuatorum quicquid opus erit, soluto prius domino pretio, tollere, & transportare. Spa-

b in l. 13. C. Theod. de oper. pub. lib 15.

C tia circa ductum eiusdem aquæ tam intra, quàm extra Vrbem existentia, ædificijs, quibus vicinum opus obstruitur, & arboribus, quarum radicibus concamerationes, & latera soluuntur, viginti ad minus pedes, ne riui violentur, vtraque ex parte vacent, ipsiquè fontes, fornices, & muri vacui totidem pedes similitèr pateant: quindecim pedes statuit Constantius Imperator. *c* Si quæ arbores intra ad spatium, aut si quæ salceta, arundineta, vepres, vites, caprifici, aut sentes sunt, statim excidantur, & eradicentur. *d* Quæ postea auctæ, vel consertæ adnascentur, statim in visitatione recidantur. Putei ad aeris exhalationem, & faciliorem aquęductus expurgationem asseruati, & ex polito lapide obducti præter necessitatem publicam non aperiantur; nec formæ specus perforentur; nec aqua siue clandestinè, siue palàm per per vim propria auctoritate à quoquam alio, quàm è locis præscriptis, & ex d. Congregationis Cardinalium consensu, & Summi Pontificis licentia, latiori modulo, seu

c in l. 1. C. Theod. de aquęductu.

d d. l. 1. vers. obseruante: & d. Const. 101. §. 9.

D fistula deducatur. in §. 9 Idem senserunt Valentin. Theod. & Archad. *e* Quę quidem breui compendio perstrinxisse videtur Cassiodorus *f* in hęc verba. *In primis noxias arbores, quæ inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam mœnium importabiles arietes, censemus radicitus amputari, quia nulla læsio remouetur, cuius origo non tollitur: si quid autem consistiente senio fuerit demolitum, peruigili celeritate reparetur, ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendij: Ductus aquæ fortuna tua est, dum incolumis eris, si illa solidaueris, tantumquè apud nos proficis, quantum te illi studuisse probaueris: Agat igitur peritia, fidesq; tua, vt & constructio fabricæ illibata permaneat, & aquę distributio nulla se custodum venalitate subducat.* Hęc Cassiod.

e in l. 9. eos qui, C. Theod. de aquæduct.

f in formul. Comitis format. Vrb. lib 7. cap. 6. var. ad fin.

Præterea vbi aquę concessio, siue pretio, siue liberali Principis largitione emana-

E uerit, huiusmodi concessionis rescriptum Congregationi aquarum infra mensem exhibendum erit, & in publicis tabulis redigendum, quo non exhibito, nec in tabulis redacto, concessio, & liberalitas euanescit. §. 11.

Hæc etiam lex, vt fraudibus occurratur, lata fuit, ne scilicet quis plus quàm impetrauerit, ducat; quod etiam S. C. antiquitus cautum fuisse testatur Frontinus *g* his verbis. *Ne quis sine literis Cęsaris, & ne quis amplius, quàm impetratum fuerit, ducat.* Et alia lege. *h Qui aquam in vsus priuatos deducere volet, impetrare debebit, & à Principe Epistolam ad Curatores deferre:* vt est Vlpiani responsum, *i* & ibi glossator alia iura congerit. *k* Addit etiam Vlpianus, concessiones aquarum quandoque fieri personis, quandoque prædijs: quę prędijs dantur, extincta persona,

g lib 2. de aquæductu

h l. 2. C. Theod de aqu. duc

i d. l. 1 §. permittitur, ff de aqua quot. & æstiu.

k in verb à Principe

non

non extinguitur, quæ datur personis, cum persona amittitur. Necessaria igitur est exhibitio impetrationis à Principe obtentæ, vt eius qualitas innotescat. *a*

Aliam quoque Congregationem pro aqua Paula seruanda, & in Vrbe custodienda, instituit Paulus V. *b* & omnia ferè, quæ à Sixto sancita fuerant, innouauit, paríquè ratione seruari mandauit. A

Aquæductuum violatores graui pœna mulctandos edixit: quod etiam ab Imperatoribus statutum refert Rosinus *c*; sed latius, & ad Iurisconsultorum theoricam P. Greg. Tholosan. *d* qui Imperatorias Sanctiones, & Iurisprudentum Responsa hac de re loquentia indicat.

Habemus enim in Pandectis, & in vtroque Codice, Theodosiano scilicet, & Iustinianeo pluribus in locis hanc materiam viarum, pontium, fluminum, & aquarum pertractatam, ac in vsu frequentissimo deductam: in Pandectis enim quinque titulis concluditur. De via publica, & itinere reficiendo tit. 10. de fluminibus, ne quid in flum. pub. tit. 11. Ne quid in flumine publico, ripauè eius &c tit 12. Vt in flumine pub. nauig. liceat, tit. 13. De ripa munienda, tit. Hæc in Pandectis lib. 43. vol. 3. In Theodosiano Codice lib. 15. tit. 2. De aquæductu, quem vide; multa enim, quæ supra retulimus, hinc desumpta cognosces. De itinere muniendo, tit 3. In Iustinianeo Codice lib. 11. tit. 42. De aquæductu; & lib. 8. tit. 10. De operibus publicis; & lib. 1. tit. 5. de sacrosanctis Eccles. Vide Honor. & Theodos. Sanctionem *e* ita conceptam: *Ad instructiones itinerum, pontiumq; etiam diuinas domos, & venerabiles Ecclesias tam laudabili titulo libentèr adscribimus, quia non est inter sordida munera numeratum &c.* ad cuius Sanctionis interpretationem consule Hieronymum Cæuallos. *f* Et legatum factum pro reparatione pontium, & viarum, piæ causæ vim habere scribit Tiraquellus *g* videndus. Denique vias publicas, flumina nauigabilia, aquarum deriuationes ex fluminibus publicis inter Regalia connumerari, in vsibus feudorum legimus: *h* itaut qui binas habet ædes ab vtraque parte viæ publicæ, non possit pontem supra viam construere sine Principis licentia, consuluit Surdus; *i* imò nec supra flumen publicum, ex Petro Belluga. *k* Et ideo ad supremum Principem pertinere, vt in Republica Magistratus sint, prout in Vrbe inter noua officia ab Augusto excogitata, curam operum publicorum, viarum, aquarum, alueiTyberis apud Suetonium *l* legimus; & ferè in vnaquaque Ciuitate nunc adsunt, qui iuxta Iaboleni responsum, *m* quę secundùm Ciuitates sunt, adæquentur viæ, effluxiones domibus non noceant, pontem faciant, vbicumque oporteat, parietes labiles restituendos curent, recusantes mulctent, ne subruantur, nequè effodiantur, neque construatur aliquid in vijs publicis; vt vnusquisque secundùm propriam domum vias construat, aquæductus purget, ne prohibeatur vehiculum transire; qui mercede habitant, si dominus non construat, ipsi construentes, dispendium in mercedem cōputent; ante officinas nihil exponatur, quo vehiculorum transitus impediatur; non permittant rixari in vijs; neque stercora proijcere, neque morticina, neque coria iacere, vt latius in d. l. ædiles, quam reassumit Petrus de Auendan. *n* Mastrillus quoque videndus est. *o* Qui quidem Magistratus etiam apud Græcos fuit, vt Plato. *p* demonstrat. In Romana verò Republica semper extitisse, nemo est, qui nesciat; & hodie Magistri Viarum nuncupati extant, quorum facultates è Summorum Pontificum Constitutionibus emanatas breuitèr indicabimus B C D

Primo enim loco se offert Martini V Constitutio, qua Magistratus hic iam obsoletus, & deperditus ad illius antiquam maiestatem, & institutionem restituitur, ac redintegratur. *q*

Iurisdictionem nonnihil ampliauit Sixtus Pontifex huius nominis IV. *r*

Hanc Sixti, & aliam Iulij Secundi Constitutionem hac super re editas confirmauit Leo X. *s*

Pius quoque IV. prædictas reassumendo Constitutiones, illasquè confirmando, aliam edidit: *t* quas omnes Constitutiones suis Commentarijs exornauit Ant. Bardus. E

Verùm Pius V. has omnes prædecessorum Constitutiones ad terminos iuris communis (exceptis tamen sacris, aut publicis) reduxit. *u*

Gregorius verò XIII. præuia huius reductionis reuocatione, omnes alias iam editas Sanctiones innouando, & in pristinum robur restituendo, Eminentiss. D. Cardinali S. R. E. Camerario, & Viarum Magistris infra positas facultates impertitus est. *x*

a l. 2. ad fin.
b Const. 75. aliàs 49. Bullar. nou. tom 3. pag. 310.
c lib. 1. antiq. Roman. cap. 14. de aquæductib.
d in syntag. iur. vniu. lib. 3. cap. vlt.
e l. 7. ad instruct.
f pract. quæst. cō. cōtra com q. 415.
g de priuil piæ causæ in præfat. vers. item legatū factum, pag apud me 17.
h in vsib. feud. lib. 2. tit 56 quæ sint regalia.
i cons. 137 nu. 1. & seq lib. 1.
k in spec. Prin. rub. 28. § 1. n. 8.
l in vita Aug. cap 37.
m in l. ædiles, ff. de via pub.
n de exequen. mand. par. 1. cap. 19. num. 38
o de magistrat. lib 3. cap. 10 nu. 276 & alibi.
p lib. 6. de legib.
q Const 9 § 2. & per tot Bullar. nou. tom. 1. pag. 260
r Const 20 d. Bullar. & tom. pag 364.
s Const. 19. d. Bullar & tom. pag. 497
t Bullar. nou to. 2. pag. 158 Constit. 102.
u Const. 126 d. Bullar. & tom. pag. 338.
x Constit 21. d. Bul. & to pag 387

Do-

Domorum dominos ad vias, & loca publica aptanda cogere ad vendendum. §. 2.
Loca vacua claudere si negligant, pensiones, & canones à conductoribus in huiusmodi opus erogandos curare. §. 3.
Aedificantibus murum propinquum soluto pretio concedere. §. 4.
A Viculos intermedios trium palmorum circitèr eisdem ædificantibus nullo precio occupare. §. 5.
Vicinos ad vendendum domos locari solitas, aucto pretio ad duodecim pro centenario, vel à dominis inhabitatas, aucto ad viginti, cogere. §. 6.
Domino quoque domus, cuius pars ad ornatum Vrbis diruta fuerit, vicinam domum vendere, seruata pretij, vt supra, auctione, vicinum cogant. §. 7.
Domos vendere volentes vicinos in primis requirant, aliàs datur intra annum retractus. §. 8.
Vicini, quibus venditio denunciata fuerit, si præsentes intra quindecim, absentes intra triginta animum declarent. §. 9.
B Si in venditione simulatio intercedat, emptor oblatum pretium, venditor domum amittat, fisco applicanda. §. 10.
Inquilini ad retractum admittuntur, vbi vicini noluerint hoc iure vti. §. 11.
Vicinis verò pluribus concurrentibus, qui potior sit habendus, statuitur. §. 12.
In re emphiteutica, siue censuaria ædificare volens, si alium fundum eidem oneri supponat, prioris fundi liberationem obtinebit. §. 13.
Ad prædia etiam rustica, tertio ab Vrbe lapide distantia hæc Constitutio vires extendit. §. 14.
Prædiola duodecimo ab Vrbe lapide, & decem rubrorum mensuram non excedentia, maiora prædia obtinentibus vendantur. §. 15.
Dispositа in venditionibus tam spontè, quàm coactè factis, vel fiendis, etiam in Ecclesijs, & locis Pijs locum habent. §. 16.
C Bis monitus ad vendendum, si per calumniam, vel malitiosè subterfugiat, Camerarius, & Viarum Magistri vendere valent, seruata forma. §. 17.
Venditor si fideiussionem de euictione noluerit, vel nequiuerit præstare, in emptionem aliarum rerum pretium erogabitur. §. 18.
Huius Constitutionis priuilegio vti volentibus tempus ad ædificandum, & summam ibidem exponendam assignetur. §. 19.
Qui domos, & loca vigore huius, & aliarum Constitutionum emerunt, intra sex menses ædificium construant, & promissa adimpleant. §. 20.
Pœnæ si hac de causa exigendæ erunt, locis Pijs applicentur. §. 21.
Camerario, & Viarum Magistris simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, in his omnibus procedendi, & exequendi facultas conceditur. §. 22.
D Denique Paulus V. in generali Tribunalium Vrbis reformatione nonnihil etiam de Viarum Magistris, & eorum officio sancinit, *a* nempe.
Ad vias lateribus, siue silicibus sternendas, prout eis opus esse videbitur, dominos contiguatum domorum, cuiuscumque sint dignitatis, aut ipsis absentibus, vel non soluendo existentibus, illorum inquilinos, iuris remedijs oportunis, ac sub eorum arbitrij pœnis cogant.
Possint autem inquilini retinere de pensione soluenda ratã per eos soluendam, nõ obstante obligatione Camerali, aut quacumque exceptione, quæ opponi posset, & non obstantibus quibuscumque sequestris, etiam anterioribus. §. 14.
Curentque easdem Vrbis vias continuò, & plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martij, Iunij, Septembris, & Decembris mensibus ab immunditijs purgari. num. 15.
E Nullos actus, nullaquè negocia, quæ alicuius momenti fuerint, sine rogitu sui Notarij expediant. num. 16.
Reddant rationem Cameræ singulo quoque semestri, prout in literis ad Cameræ Tribunal spectantibus constitutum est. num 17.
Edant initio eorum officij edicta sub nomine Camerarij, & de pœnis in illis, atque etiam in Statutis contentis nullam sine eiusdem Camerarij, aut saltem Clerici Præsidentis mandato gratiam facere possint. num. 18.
In cœteris tam quoad appellationes ab eorum sententijs, quàm quoad reliqua omnia, seruent omnino Statuta de eorum officio loquentia. num. 19.
Submagistri verò suas relationes, quas tanquam periti facere solent, nonnisi medio

a Const. 71. §. 7. de Capitolio, & eius offic. nu. 13. & seq. Bull. nou. tom. 3. pag. 270.

N dio

dio iuramento faciant: & si quid dolo, vel fraude egerint, periurij, & alias pœnas arbitrio Camerarij, & Clerici Cameræ pro tempore Præsidentis incurrant, & ad interesse partibus condemnentur. num. 20. Hæc Paulus V.

a lib. 3. cap. 39.

Sed & alia quoque ad Officium Magistrorum Viarum Vrbis è Statuto Ciuitatis cognoscenda erunt. a A

Illud autem adnotandum erit, horum facultates ab Eminentiss. Cardinali Camerario, & Reuerendiss. Cameræ Apostolicæ Clerico pro tempore Viarum Præside dirigendas esse, quod ex lectura Constitutionum, & Statutorum Vrbis apparet; siquidem qualibet hebdomada, statuta die, in domo prædicti Viarum Præsidis conueniunt vnà cum notario, & Assessore, & de rebus, negocijsquè ad eorum Tribunal spectantibus determinant; in grauioribus Eminentiss. Cardinalem Camerarium, & Sanctissimum Pontificem consulunt.

b l. 1. ff. de cloacis,
c de magnitud. Rom. lib. 3. cap. 13.
d lib. 3 pag. apud me 106.

Sed cloacarum quoque curas ad Magistros Viarum pertinere certum est; nam vt Vlpianus b ait; *& Cœlum pestilens, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, si non reficiantur.* Hæ autem licèt magnæ, operosæ, & mirabiles in Vrbe sint, tamen quia cloacæ sunt, & oletum suum habent, vt Lipsius c ait, illarum quidem indagationem libenter omitterem, nisi Dionysium Halicarn. d amplitudinem Imperij Romani etiam in cloacis admirantem haberem, in hæc verba. *Ego certè in tribus magnificentissimis Romæ operibus, vnde maximè imperij amplitudo apparet, Aquaductus pono, & vias stratas, & cloacas factas, non solùm ipsius vtilitatem considerans (qua de re suo loco dicam) sed etiam impensarum magnitudinem, quam vel ex hac vna re quiuis conijcere potest, sequutus C. Aquilium huius rei auctorem, qui asserit, neglectas aliquando cloacas, nec amplius aquas transmittentes, à Censoribus purgandas, & reficiendas mille talentis locatas fuisse.* Hæc Dionysius. Verùm Strabo e adeo amplas fuisse cloacas scribit, vt duro cameratæ lapide per vias carris stramentorum semitas relinquerent. Cassiodorus f autem hæc habet. *Quæ tantum visentibus conferunt stuporem, vt aliarum Ciuitatum possint miracula superare; videas illic fluuios quasi montibus concauis clausos per ingentia signa decurrere &c. Hinc Roma singularis quanta in te sit potest colligi magnitudo; quæ enim Vrbium audeant tuis culminibus contendere, quando nec ima tua possunt similitudinem reperire?* Sed cum alia multa de cloacis congerat Iustus Lipsius, g tu lector illum consule; nobis enim satis esse putamus, si cum Cassiodoro huic rei finem imponamus: audi quæ Argolico Præfecto Vrbi Theodorici Regis nomine scribit. h *Illustris sublimitas tua spectabilem virum Ioannem nos direxisse cognoscat propter splendidas Romanæ Ciuitatis cloacas, quæ tantum visentibus conferunt stuporem, vt aliarum Ciuitatum possint miracula superare: videas illic fluuios quasi montibus concauis clausos per ingentia stagna decurrere: videas structis nauibus per aquas rapidas non minima solicitudine nauigari, ne præcipitato torrenti marina possint naufragia sustinere. Hinc Roma singularis &c.* Hactenus Cassiodorus, & de cloacis hactenus. B C D

e lib. 5. geogra. pag. apud me 158
f lib. 3. var. cap. 30.
g lib. 3. cap. 12. de magnit. Rom.
h lib. 3. var. cap. 30.

i in vita Augusti cap. 30.
K in vita Aureliani ad fin.
l in eius vita,

Quarum vsus cum eò potissimùm dirigatur, vt per eas sordes vel abluantur, vel in Tyberim euehantur, non desuerunt propterea antiquitùs Imperatores, nec hodie Summi Pontifices prætermittunt, inuigilare scilicet, ne ipsius Tyberis alueus nimia cloacarum euectione repleatur, quà Tyberinis nautis impedimentum esse possit; Augustus enim, Suetonio teste, i ad coercendas inundationes alueum Tyberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapsionibus coarctatum. Et Tyberinas ripas extruxisse Aurelianum Imperatorem, vt Vrbicariam iuuaret annonam, Vopiscus k affirmat, dum illum ita loquentem refert. *Tyberinas extruxi ripas, vadum aluei tumentis effodi, dijs, & perennitati vota constitui, almam Cererem consecraui &c.* & vigilantissimus Vrbanus VIII. pontem Aelium coarctatum dilatauit, arcum antea ab Alexandro VI. obstructum reserauit, laxioremquè Tyberis alueum fecit, vt liquet ex iam recensita inscriptione. Sed (ne hoc omittamus) Gregorius quoque IX. ad ornandam Vrbem conuersus, referente Ciaccono, l veteres cloacas expurgatas restituit, & nouas extruxit. E

CON-

CONGREGATIO XVII.

A *Pro Vbertate Annonæ.*

SVpremi Principis, Ecclesiastici præsertim, vt est Summus Pontifex, nedum in populis Christifidelibus Cœlesti pane, idest verbo Dei reficiendis, sed terreno quoque, quem ab Omnipotenti Deo vnà cum Cœlesti nobis quotidie dari postulamus, pauperibus, & egenis saturandis, officium, & cura versatur: nihil enim (vt Aurelianus Imperator apud Vopiscum *a* testatum habet) saturo populo potest esse lætius.

Vt igitur in omnibus Ecclesiasticæ Ditioni subiectis Prouincijs, & in alma Vrbe potissimùm, ad quam maxima hominũ frequentia vndique confluit, res frumentaria rectè curata sit, annonæque publicæ copia semper suppetat, Cardinalium Congrega-
B tionem pro vbertate Annonæ Sixtus V. instituit. *b* Nec inscins, ad omnes Vaticanos Senatores, & sacra Purpura redimitos id oneris vnà cum ipsa Dignitate coniunctissimum pertinere, non vt in alijs Congregationibus certum Cardinalium numerũ assignauit, sed omnium mentes in tanti ponderis negocium excitauit: quod etiam Fabius Albergatus ad Odoardum Cardinalem Farnesium etrusco sermone scribens non inelegantèr insinuat; *c* ea potissimùm innixus ratione, quia Cardinales sunt Sedis Apostolicæ, & Summi Pontificis Consiliarij, ad Consiliarios verò cuiusque Principis pertinet, ne annona, & alia ad subiectorum substentationem necessaria è finibus extrahantur; conuectiones, & comportationes aliunde, si aliquando desint, curare; eorum quoque amicitias, qui hac in re adiumento esse possint, non vulga-
C ritèr colere.

Quod attinet ad extractionem annonæ prohibendam, multas habes Summorum Pontificum Sanctiones à Paulo V. innouatas, & in quibusdam auctas. *d*

Illam verò ad Vrbem comportantes multis oxornauit priuilegijs, & pœnas grauissimas id prohibentibus iniunxit Pius V. *e*

Et nullas naues, nullosquè nauras Tyberinos à comportanda annona excusari posse, ab Imperatoribus quoque sancitum plutibus in locis habes. *f* Videnda sunt etiã Martiani, & Vlpiani responsa. *g*

Amicos denique colendos diximus, qui nostris indigentijs præsto esse possint: sed quoniam nullus certior amicus, quàm nummus, qui necessitatis fideiussor, & sine quo substantia fragilis dicitur ab Angelo de Perusio, *h* Theodosius propterea, &
D Valens Imperatores certam auri quantitatem ad coemptionem frumentatiam perpetuò dedicatam esse, & nullum Vrbis Præfectum quid de ipsa minuere, vel in alium vsum conuertere sanxerunt: *i* Et qui hanc formam inquinare ausus fuisset, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuisset, in duplum exhibere iusserunt: Quicquid verò ex prædicta ratione accreuisset, ad cumulum eiusdem auri assignati quantitatis, & frumentarij tituli firmitèr redundare; legis huius tenorem æneis tabulis incidi mandarunt.

Quo ductus exemplo Sixtus V. scuta ducenta millia ex pecunijs sua parsimonia, frugalitate, & diligentia ad publicam vtilitatem, rei scilicet frumentariæ iuuandam comparatis, ea lege apud Io. Augustinum Pinellum Cameræ Apostolicæ, & eiusdem Pontificis Depositarium relaxauit, deposuitquè, ne scilicet in aliam causam, quàm
E prædictam siue vniuersa quantitas, siue illius pars, quæcumque illa sit, insumatur, vel erogetur: quod & tabulis publicis, *k* sua etiam Constitutione *l* firmatis extare voluit.

Harum verò pecuniarum dispositionem huius nostræ Congregationis Cardinalibus, adhibitis etiam Thesaurario generali, Annonæ Præfecto, & Cameræ Apostolicæ Commissario, in supra narratam tantummodo causam concessit. §. 4.

Romanis Pontificibus Successoribus suis, ne earundem pecuniarum distractionem quauis occasione patiantur, vel permittant, legem indicauit; si secus, contra Pontificis, Cardinalium, & aliorum cuiusuis Ordinis Successores, posteros, & coniunctos omnes, qui hanc formam ausi fuerint inquinare, actionem popularem, quia in hoc publica læditur vtilitas, instituit. §. 6. Quæ ex Constantini Imperatoris Sanctione desumpta videntur, *m* dum ita cautum habes. *Et quia nefas est, obnoxijs corporibus alie-*

N 2 *natis*,

a in vita Aureliani ad fin.

b in præcitata eius Constit. 74. Congreg. 4 Bull. non. tom. 2. pag. 612.

c tract. de Card. lib. 2. cap. 6.

d Const. 12. alias 10. Bullar. non. tom. 3. pag. 190.

e Const. 19. Bullar. non. tom. 2. pag. 197.

f l. 1. & 2. C. de nauib. non excus. l. vnic. C. de nauis Tiber. lib. 11.

g l. 1. & 2. ff. ad leg. iul. de annon.

h in l. debitor, n. 3. ff. de negot. gest.

i l. 2. C. de frument. Vrb. Constan. lib. 11.

K die 16. Martij 1588 Tydeo de Marchis Notario.

l Constit. 78 § 1 & 2. Bullar. non. tom. 2. pag. 624.

m in l. 2. C. de debit Ciuit. lib. 11.

natis, circumscribi Ciuitates, placuit, si quis debitor Reipublicæ Ciuitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, eum pecuniam Reipublicæ sumeret, donauerit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit, qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus considerates, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo, qui ex facultatibus debitoris aliquid detinet, ex sorte, atque A
vsuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen Ciuitati alicui inuenitur obnoxium, iudex omni diligentia, & sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates, vt singuli aqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conueniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis soluentibus liberatur. Hæc Constantinus. Sed magis ad rem, de annona scilicet loquitur gloss. *a* determinans, hæredes teneri ex persona defuncti quasi auctores. Nec omittendum, quod Archad. & Honor. sanxerunt, *b* pœnam scilicet deportationis, ac totius substantiæ iacturam subituros, qui horreorum temeratores aliquid ex illis audeant vsurpare. Atque Romanos Pontifices, eorumquè Successores, & hæredes de gestis, & administratis obnoxios ratiocinijs esse, post alios, quos adducit, firmat Munnoz de Escobar. *c* B

Quod verò Sixtus addidit, dandam quippe popularem actionem contra omnes, ad quos bona eorũ, qui suam temerauerit voluntatem, peruenerint, Vlpiani responsum *d* mentem quatit, dum ait. *Omnes populares actiones neque in hæredes dantur, neque supra annum extenduntur.* Quapropter aut dicendum erit, pœnam iuris communis auctam, & actionem prorogatam esse à Sixto V aut loco actionis popularis crimen peculatus intelligendum esse, quod quidem iudicium ex Papiniani responso, *e* & Accursij obseruatione ibi, etiam contra hæredes exerceri, & institui potest; ac videndus est Tiberius Decianus *f*

Sed enunciandæ iam sunt huius Congregationis facultates. Ciuitatibus, Oppidis, C
Vniuersitatibus, personis quoque singularibus, quauis temporali, aut ecclesiastica, etiam Cardinalatus Dignitate fulgentibus, quæ ad vbertatem annonæ parandam, conseruandamuè oportuna duxerit, præcipiat: & correspondet Constantini Imperatoris edictum. *g*

Ministros, quos Commissarios vocant, prout necessitas tulerit, siue vtilitas suaserit, vbique locorum deputet.

Contra impedientes, aut negligentes per se ipsos, vel aliorum opera, palàm, vel occultè annonam comportari, siue extrahi, vel abduci procurantes, procedat: vide Vlpiani responsum. *h*

Denique ad vbertatem annonæ necessaria cuncta prouideat, & exequatur.

Quoniam verò nullum omnino studium reperiri potest, quod rei frumentariæ, & D
tollendis annonæ difficultatibus magis conferat, quàm agrorum cultura, & homines ad hos colendos allicere; quamobrem valdè supportandos esse rusticos, tanquam ad Rempublicam sustentandam maximè necessarios, scribit Lucas de Penna, *i* addens pro ipsis propter culturam agrorum nonnulla specialia contra iuris rationem constituta, vt est Iustiniani Imperatoris Sanctio, *k* & confert Alpheni I C. responsum; *l* & videnda est quoque Friderici II. Sanctio ab Honorio III. confirmata §. vlt. *m* Ideo supra modum in hoc Summorum Pontificum vigilantia, & sollicitudo commendanda videtur, quippe qui multas hac de re Constitutiones ediderunt, à Clemente Octauo, *n* & Paulo V. *o* vltimo loco innouatas, & auctas.

Clemens enim Baronibus, Domicellis, & alijs quibuscumque, etiam S.R.E Cardinalibus præcipit, ne vasallis extra eorum Statum agros colere prohibeant. *§.* 3. E

Ordinationes, edicta, bannimenta agriculturam, & annonam concernentia ijsdem Baronibus &c. promulgare vetuit. *§.* 4.

Clericis in bonis proprijs agriculturam exercere permittit. *§.* 5. & à iure communi permissum quoque esse docet Tiraquel. *p*

Vituli in mensibus Martij, Aprilis, & Maij nati pro tertia saltem parte alantur. *§.* 6.

Boues, & iuuencos ad aratrum idoneos nullus lanio, siue macellarius mactet. *§.* 7. Neque extra territorium, & districtum Vrbis extrahat. *§.* 8. Quod verò diximus, boues ad arandum aptos mactari non posse, id etiam iure communi cautum scias, vt post alios, quos refert, scribit Menochius, *q* ac etiam docet, qua pœna puniantur exequutores, qui pignori capiunt boues aratorios; & instrumenta rusticalia; vide

a l. 1. in verb. annona, C de annon & tribut. lib. 10.
b in l. fin. C. de condit. in pub. horreis, eod. lib
c tract. de ratiocin. cap. 3. num. fin.
d l. fin. ff. de popular. action.
e in l. fin. ff. ad leg. iul. peculat.
f tract. crim. lib. 8 de pœn. & damn. peculat. cap 29. nu. 7. & alibi.
g l. omnes, C de annon. & trib. lib. 10.
h in l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon.
i in l. 1. nu. 10. C de agr. & censit. lib 11.
k l. fin §. vlt. C. de seruitut.
l in l. vicinus, ff. de aqua plu. arc.
m Bullar. nou. tom. 1. pag. 44. Const 1.
n Const 72. Bullar. nou. tom. 3. pag. 102.
o Const. 70 alias 48 d Bullar. pag. 263.
p tract. de nobil. cap 32. nu 3.
q de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 378. nu. 4. & per tot.

vide Constit. Friderici II. ab Honorio III. Pontifice confirmatam. *a*

Verùm Paulus V. firma remanente in rebus arduis Congregatione S. R. E. Cardinalium super vbertate annonæ à Sixto V. vt diximus instituta, ad excitandos agricolas dormientes, & artem agriculturæ restituendam, augendamquè (vt verbis illius
A vtar) aliam Prælatorum, & egregiorum virorum, nempe Thesaurarij generalis, Annonæ Præfecti, Grasciæ Præsidis, Cameræ Apostolicæ Commissarij generalis, Pontificiæ Domus Præfecti Congregationem ordinauit, quibus, vt quintodecimo quoque ab eis statuendo die in vnum conueniant, ac de arte agriculturæ restituenda, & augenda, laboterijs, & pascuis diuidendis, atque vendendis, & de statu annonæ, ac grasciæ rebusq; omnibus illam concernentibus inuicem conferant, tractent, & diligentèr perpendant iniunxit, atque mandauit. *b*

a Constit. 1. §. vl.. Bullar. nou. tom. 1 pag. 44.

b d. Const. 70. aliàs 48. §. 2.

Boues aratorios, vel ad arandum aptos ad effectū mactandi mercari, vel contractus inire quibusuis personis secularibus, & ecclesiasticis, etiam S. R. E Cardinalibus, & ecclesiasticæ ditioni mediatè, vel immediatè subiectis omnino prohibuit. § 3.

Dohanerij, & Publicani tam in Vrbe, quàm alibi pro contractibus prædictorum
B animalium nihil recipiant, neque in ipsorum libris referant, nisi præuia Commissarij à Præfecto annonæ deputati inspectione. §. 4.

Lanijs, & alijs animalium mactatoribus, ne sub pecuniaria, & fustigationis Præfecti arbitrio pœna boues hosce mactent, distinctè præcepit. §. 5. Clementis VIII. & aliorum Pontificum in præmissis editas Constitutiones innouauit. §. 6.

Greges, siue armenta vaccarum, quas vocant albas, habentibus, vt ex centū vaccis vigintiquinque iuuencos ad vsum agriculturæ quotannis nutriant, vaccarumquè numerum Præfecto deferant, sub certa pœna mandauit § 7.

Agricolis subuentionis titulo scuta mille, vel aliam summam à Præfecto annonæ mutuandam, duorum pro centenario nomine meriti accepto emolumento, tradendam edixit. §. 11.

C Quæ à Clemente, & alijs, de vasallis artem vbicumque exercere volentibus, à dominis non molestandis, agriculturæ priuilegijs, frumenti sub certa lege extractionibus permittendis sancita fuerunt, denuò concessit, & innouauit. §. 8. 9. & 10.

Patet igitur ex iam dictis, Summos Pontifices non vulgarem adhibuisse curam, & diligentiam, vt homines ad agros colendos allicerent: etenim vt Plutarchus ait: *c* *Nullum studium est, quod tam acrem, tamquè celerem patis amorem hominibus immgeneret, quàm victus agricultura quærendus*. Et Cicero. *d* *Omnium rerum* (inquit) *ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius*. Neque hanc artem nobilitati derogare pluribus probat Tiraquellus *e* videndus.

c in vita Numæ Pompilij.

d lib. 1. officior.

e de nobilit. cap. 32. per tot.

Et quamuis non liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & obseruare
D vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas. *f* Syderum tamen obseruationem in agris colendis, sicut etiam in re nautica, & medica vetitam non esse, ex ijs, quæ Sixtus V. contra exercentes artem astrologiæ iudiciariæ edixit, *g* colligere fas est. Et quæ in præcitato c. non liceat, sancita sunt, ad inanes vtique Gentium superstitiones, à Barnaba Brissonio *h* relatas referenda erunt, quem quidem Brissonium, si antiquorum ritus in agris colendis, & lustrandis, si deos, deasquè agricolis in honore habitos, si denique multa ad animum politioribus literis erudiendum cognoscere cupis, tu consule. Nobis enim hac de re plura nunc dicenda non putamus: alia siquidem, vbi de Præfecto annonæ sermo erit, Deo fauente dabimus.

f c. non liceat, 26 q. 5.

g Const. 17 bulla nou tom 2. pag. 510.

h de formulis, & solemnibus Pop. Rom. verbis, lib. 1 pag. 52. & 60.

E

CON-

CONGREGATIO XVIII.

De Classe paranda, & seruanda ad Status Ecclesiastici defensionem. A

ANte primum bellum punicum quàmuis Romani in omni militia illustres essent, mari tamen sese nunquam adhuc commiserant; Romanorum autem primus nauem conscendit, aliosq; conscendere suasit Appius Claudius Caudex: hic enim C. Plinij *a* testimonio victis Vulsiniensibus ad Mamertinos liberandos missus, quorum arcem Carthaginenses, & Hiero Rex Syracusanus obsidebant, primò ad explorandos hostes fretum piscatoria naue traiecit, & cum Duce Carthaginensium egit, vt præsidium arce deduceret: Rhegium reuersus quinqueremem hostium copijs pedestribus cæpit; phalangem in Siciliam traduxit. Hæc Plinius. Seneca verò sic ait. *b Quis Romanos primus persuasit nauem ascendere, Claudius is fuit Caudex, ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus Caudex apud antiquos vocatur, vnde Tabulæ Codices vocantur; & naues nunc quoque, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subeunt, caudicaria appellantur &c.* B Suetonius quoque. *c Claudius Caudex* (inquit) *primus freto classe transfecto, Pœnos Sicilia expulit &c.* Ne autem milites rerum maritimarum expertes omnino essent, Consulum prouidentia, & cura factum est, vt hi ad remigandum interea, dum classis pararetur, exercerentur in hunc, quem Polibius *d* modum docet. *Subsellijs in arena per ordinem dispositis remiges insidentes, ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes vnà protendere brachia, ac reducere, remosque per arenam mouere pariter docebantur, ad illius vocem simul omnes incipiebant, simul detinebant, per hunc modum nauigandi artem edocti, & perfectis interea nauibus, mare ingressi, post paucos dies circa Italiam nauigantes, secundùm Ducis iussum verum in vndis periculum fecerunt.* C Hæc Polibius. Erat autem tunc Consul C. Cornelius, qui, vt idem Polibius *e* scribit, paucis ante diebus Classi præpositus uerat.

Duumuiros deinde nauales constitutos fuisse Liuius *f* testatum habet, à Panuinio, *g* & Budæo *h* relatus. *Et duo imperia* (inquit) *eo anno* (nempe 443. ab Vrbe condita) *dari cœpta sunt per populum, vtraque ad rem militarem pertinentia; vnum vt Tribuni Militum &c. alind vt Duumuiros Classis ornandæ, reficiendæque causa idem populus iuberet &c.* Creati verò sunt hi Magistratus, qui tuendam viginti nauibus Anconam velut cardinem superiori mari haberent, eiusdem Liuij *i* testimonio, vt Rosinus *k* refert: Sed Misenivnam, Rauennæ verò alteram Classem ad tutelam superi, inferiquè Maris collocasse Augustum, Suetonius *l* scribit. Et Paulum III. Equites S. Georgij creasse, hosquè Rauennæ residere ad litus Adriatici maris D custodiendum decreuisse; & Crucem auream cum corona in circulo aureo pro tessera assignasse, scribit Franciscus Mennen. *m* qui de Equitibus à Summis Pontificibus institutis agit.

Qua ratione etiam motus Sixtus V. vt piratæ scilicet, & prædones coerceantur, & à litoribus ecclesiasticæ Ditionis longè repellantur, post compressam perditorum hominum licentiam, publicam tranquillitatem in locis mediterraneis restitutam, quinque Cardinalium Congregationem pro triremibus decem parandis, construendis, ornandis, ac diligenti cura conseruandis instituit: bono namquè Principi congruit, terram, & mare malis hominibus purgare, nedum ad subditorum securitatem, sed ne externæ quoque Nationes in miseram à piratis captiuitatem adducantur, vt ex Valentin. & Valent. Imperatorum rescripto *n* obseruant Bart. & Lucas de Penn. E in Commentarijs ibi; & post eos Hieron. de Monte: *o* nec iniucundum erit videre, quæ de Leone IV. Baronius *p* ait. Princeps enim dum remedijs inuigilat subditorum, dum eorum onera excutit, dum scandala remouet, in eorum quiete quiescit, & fouetur in pace, vt est Innocentij IV. sententia, *q* fortasse ab Vlpiano *r* desumpta, dum ita respondit. *Congruit bono, & graui Præsidi curare, vt pacata, atque quieta Prouincia sit, quam regit, quod non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, vt malis hominibus Prouincia careat, eosquè conquirat: nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptoresquè eorum coercere, sine quibus latro diutinus latere non potest &c.* Vedendus est Ioannes Garzias. *s*

a de viris illustrib. cap. 37.
b lib. de breuit. vitæ.
c in Tiberio cap. 2.
d lib. 1. pag. apud me 38.
e loco iam commemorato.
f lib. 9. pag. 106.
g de Ciuit. Rom. pag. 598.
h in Pandect. ad l. 2. verf. interd. 20. de orig. iur.
i lib. 40. & 41.
k lib. 7. cap. 40. antiq. Rom.
l in vita Augusti. cap. 49.
m de Militiari origine, pag. 81.
n l. vnic. C. de classic. lib. 11.
o tract. de finib. regun. cap. 39. nu. 3.
p in annal. tom. 10. anno 854. in prin.
q c. 1. de off. legat. in 6.
r l. congruit. ff. de off. Præsid.
s tract. de expens. cap. 21. n. 34. & 35.

Prædi-

Prædictis igitur quinque Cardinalibus huic Congregationi præpositis idem Pontifex Sixtus iniunxit, vt triremibus paratis, & constructis idoneos illorum Duces, & Præfectos, Romano Pontifice consulto, deligant.

Vt pecuniarum subsidium huic operi necessarium ab ijs, qui Pontificis mandato
A conferre tenentur, fideliter, integrè, & maturè exigatur.

Exactum, ac receptum ad opera prædicta tantùm perficienda vtilitèr, & fructuosè impendatur. Cætera denique omnia pro ipsorum prudentia, & sedulitate celeritèr, vtiliterquè disponant, & expediant.

Illud autem Cardinales isti magnopere curent, vt in his Apostolicis triremibus nautæ omnes,& milites,nō solùm ex nautica,militariquè,sed multò magis ex Christiana disciplina, piè, & modestè viuant

Viros Religiosos animarum, corporumquè curatores deligant, qui valentes ad pietatem instruant, ægrotos charitatis affectu quotiis necessario adiumenti genere, spirituali in primis recreent, atque reficiant.

Ea denique à Præfectis, militibus, nautis omni loco piè viuendi ratio, & institu-
B tio obseruetur, vt verè illos Christianos, ac Pontificios esse omnes agnoscant &c.

Sed quoniam ad construendas, & parandas naues, triremesquè hanc Congregationem institutam fuisse diximus, si quis huic rei necessaria, & nauium partes instrumenta, ac nomina cognoscere cupiat, Rosinum *a* legat; diligenti etenim relatione hæc omnia explet: sed fusius, à quo Rosinus mutuasse fatetur, Lilius Gregorius Giraldus: *b* alia quoque scripsit etrusco sermone Bartholomæus Crescentius, *c* qui de officialibus quoque, ac ministris ad rem nauticam necessarijs agit, eorumquè ministeria recenset. Verùm Lazarus Baifius I. C. nedum verbis rem navalem ex Iurisconsultorum, grauissimorumquè virorum penetralibus depromptam pertractasse contentus, icones etiam, ac exempla diuersarum nauium diligenti perquisitione ex antiquis monumentis conquisitas, delineatas, impressas, & ab edacitate temporis vindicatas hominum oculis conspiciendas obtulit. *d*

a lib. 10. cap. 20 antiq. Roman.
b in lib. de nauigijs.
c della nauigat. mediter. cap. 15. & alibi.

C Nauium verò construendarum exemplar sumpserunt Romani ex vna quinqueremi Carthaginensibus ablata, Polibio *e* teste in hæc verba. *Erant eo tempore circa fretum Siciliæ complures Carthaginensium naues, quarum vna quinqueremis cum longiùs à cæteris vagaretur, casu fracta ad manus Romanorum peruenit: hæc exemplar eius generis Romanis præbuit; eius instar omnis eorum classis ædificata &c.* Sed & nauium appellationes nonnullas refert Aul. Gellius, *f* quarum interpretationem habes à Rosino loco cit. inter quas Pontones, genus nauigij Gallici esse dicit, quorum mentio apud Cæsarem *g* extat. *Naues (inquit) traijciendis amnibus apta*. Sed nos in portu Centumcellarum hoc nauigij genus vidimus, & ita etiam apud nos Italos appellatum, quo cementarij ad comportanda ingentia saxa vtuntur, easquè in mare proijcienda, vt alia super alia deiecta ipso pondere
D maneant, ac quodam velut aggere constructo illatum vento mare frangant (scoglieta vulgò dicitur) cuius ministerio, vt Rutilius ait, *b*

Tranquilla puppes in statione sedent.

d de re nauali, in annot. ad l. 2. de capt. & postlim. reuers.
e lib. 1. pag. 38.
f lib. 10. cap. 25. noct. attic.
g lib. 3. de bello ciuil.
h in itinerario lib. 1.

Præterea si Petri Gregorij Tholosani ~~librum, Syntaxes artis mirabilis inscriptum~~, legendi facultatem habes, ex eo multa ad rem nanalem facientia disces: agit enim lib. 26. De nauigandi inuentione, cap. 1. De aqua nauigabili, cap. 2. De periculis nauigantium, cap. 3. De nauibus, cap. 4. De nauium distinctionibus, cap. 5. De nauium partibus, cap. 6. De instrumentis nauticis, cap. 7. De præceptis optimè nauigandi generaliter, cap. 8. De marium natura, & itineribus, cap. 9. De Pyxide nautica versoria, cap. 10. De nauium gubernaculo, cap. 11. De tempestatum præcognitione, & sedatione, cap. 12. De ventorum obseruatione, cap. 13.
E De obseruandis in Sole, Luna, Stellis, & Cœlo, cap. 14. Polydorus item Virgilius *i* (qui cum facultate, si de correctis non extet, legendus est) multa ad rem scribit. Postremò Io. Franciscus de Ponte Neapolitanus *k* nonnulla videnda de triremibus, cæterisquè nauibus, aut nauigijs, quæ in cursu destinantur, iuxta iuris regulas scribit.

i de rerum inuentorib. lib. 3. cap. 15.
K in tract. de potest. Proregis, tit. 11.

Huc vsque dictum, quando ad manus nostras deuenit libellus ab Antonio de Gueuara Mondogneti Episcopo exaratus Hispanico idiomate, in quo nedū eruditè, sed etiam festiuè habes. Quinā fuerint inuentores artis nauigandi; qui labores, & quę incommoda patiantur in triremibus; aliaquè multa decē capitibus comprehensa, quę apud ipsum legito, etiam Italica lingua impressa *l* Tarquinienses verò Populos (qui anti-

l lib. 3. delle lettere in fin.

antiquitus in Etruria in agro Cornetano Ciuitatem à Tarconte ædificatam, vt Straboni placet, *a* habuerunt) lintea Romanis pro nauium velis subministrasse Thomas Bozius scribit. *b* De nauium quoque constructione; de lignorum ad hanc rem necessaria incisione; de remigibus comparandis, alijsquè multis non minus eruditè, quàm elegantèr scribit Cassiodorus *c* videndus. Nec prætereunda censeo, quæ luculentèr affert Volfangus Lazius. *d* De iure autem, & re nauali, ex Iurisconsultorum, ac doctissimorum virorum monumentis præcepta quædam desumpta in publicum commodum edidit inter Iurisprudentiæ Patres non modica eruditione refertus Iulius Ferettus Rauennatensis; quam tractationem typis datam sub auspicijs Caroli V. Imperatoris commendauit. A

a Geograph. lib. 5 pag. apud me 147
b de Italiæ statu aduersus Macchiauel. cap. 7. pag. 55.
c var. lib. 5. cap. 16. 17. 18. 19. & 20.
d in commen. Reipub. Roman. lib. 6. cap. 5. vsq. ad fin. lib.

CONGREGATIO XIX.

Pro Vniuersitate Studij Romani. B

QVoniam literarum cognitio, liberalesquè doctrinæ, & disciplinæ, quibus iuuentus in publicis Gymnasijs eruditur, magnam Reipublicæ vtilitatem afferunt; *per hanc enim* (vt Plutarchus *e* ait) *atque hac adiutrice nosse licet, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniquum, breui quid expetendum, quid fugiendum; quemadmodum erga deos, quemadmodum erga parentes, qui erga maiores natu, qui erga leges, qui aduersus Magistratus, qui aduersus alienos, qui aduersus amicos, qui aduersus coniuges, qui aduersus seruos nos gerere debeamus; deos vt colamus, parentes, vt veneremur, maiores natu reuereamur, legibus pareamus, Magistratibus audientes simus, amicos diligamus, castè, cum coniugibus agamus, pietatem in liberos exerceamus, in seruos non sæuiamus, & quod caput est, rebus secundis vt non exultemus, neque nimiùm animum contrahamus rebus asperis; neque in voluptatibus gestiamus, neque in ira exardescamus, vel efferati simus*. Hactenus Plutarchus. Quò respexisse videtur Salomon Rex, dum Regnum gubernaturus, à Deo sibi electione data, vt quid vellet exposceret, scientiam sibi necessariam esse respondit, eamquè humilitèr postulauit; quam quidem petitionem supra modum Domino placuisse, quod ab ipso datum est responsum, demonstrat. *f* Dixit enim Dominus Salomoni. *Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundùm sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te futurus sit &c.* C

e lib. de instituen. liberis.
f lib. 3. Regum cap. 3.

Cum autem non omnibus datum sit hanc à Domino gratiam impetrare, & donum consequi, vt è Cœlo scilicet descendat Sapientia, quæ mentes, animosquè nostros instruat, & informet, eapropter Gymnasia, liberaliumquè Artium Studia in vnaquaque benè disposita Republica adinuenta, & instituta videmus, in quibus adolescentes, & iuuenes scientiam, iurisquè prudentiam addiscant: tunc enim, Platonis testimonio, *g* Ciuitates, & Regna optimè gubernantur, cum sapientes, & intelligentes gubernacula possident: quam quidem veritatem post alios multis comprobat rationibus, & scribentium monumentis, ac dictis Garzias Mastrill. *h* videndus. D

g dialog. 5. de Repub.
h de Magistr. lib. 2. cap. 3.

Hac igitur impulsus ratione Sixtus V. post Vniuersitatem Romani Gymnasij ab ære alieno viginti duorum millium scutorum, & alijs multis oneribus subleuatam, Congregationem pro eadem Vniuersitate Studij conseruanda, & augenda, rectequè administranda instituit, *i* & quinque S. R. E. Senatores, & Cardines huic negocio præfecit: facultates mox dicendas ijsdem concessit. E

Præclaros Theologiæ Magistros, Iurisconsultos egregios, liberalium Artium Professores eximios vndecumque, cum opus fuerit, ad iuuentutem erudiendam euocent. Et quoniam (vt Felinus *k* testatum habet) conscientia sine sapientia reputatur insipida, scientia verò sine conscientia diabolica est; morum igitur integritate, eruditione, & literarum eloquentia non minus quàm peritia, vsuquè dicendi Præceptores isti præstare debent. Quod etiam ab ethnicis mirum in modum expetitum Plutarchus *l* docet in hæc verba. *Præceptores quærendi pueris sunt vita probata,*

i in sup. cit. Constit. 74. Congreg. 10. Bullar. nou. tom. 2. pag. 614.
K in c. ex parte, il 2. nu. 1. vers. adde dictu, de offic. deleg.
l de instit. liber.

probata, moribus inculpatis, rerum vsu excellentissimi; quando fons, & radix est probitatis recta imbutum esse institutione &c. Et à Iuliano Imperatore hoc sancitum habes. *a*

Singulis scientiarum Magistris pro meritorum ratione, Summo tamen Pontifice
A prius consulto, stipendia constituant; Constantini Imperatoris exemplo, *b* dum ait. *Mercedes etiam eis, & salaria reddi iubemus, quò facilius liberalibus studijs, & memoratis artibus multos instituant.*

a in l.magistros. C. de profess. & medic. lib.10.
b in l.C. ad fin. C eod. tit.

Et cum in alma Vrbe præter alias discentium Scholas, Græcorum Maronitarum, Anglorum, Scotorum, & Neophitorum ingenti Pontificum liberalitate, atque munificentia erecta fuerint Collegia, & congruis dotata redditibus, in quibus sacra Theologia, liberalesq; Artes hebraicè, græcè, arabicè, & chaldaicè edocentur; vt horum Collegiorum Alumnos ad literarum studia ardentiori animo complectenda, quod ad Fidei Catholicæ propagationem, & literarum ornamenta, & ingenia excolenda maximè pertinet, oportunè pro eorum pietate, & prudentia, omni adhibito
B studio excitare curent, ijsdem Cardinalibus iniunxit.

Præterea cum in præcipuis Christiani Orbis partibus Sancta Apostolica Sedes, vt pia mater, insignes quasdam Vniuersitates, in quibus sacrarum Literarum, Legum, & Artium præstantissima Studia florent, in tutelam, & clientelam olim receperit suam, nimirum Parisiensem, Oxoniensem, Bononiensem, Salamantinam, vt in eis scilicet ex Apostolicæ Sedis protectione bonarum Artium Studia tanto maiori cum fructu excolantur, ipse quoque Sixtus & illas, & cæteras Catholicas Vniuersitates paterna beneuolentia complectens, nec ipsam Oxoniensem deserens, sed ex intimo animi affectu ad matris gremium, & ad viam salutis reuocans, & summa beneuolentia prosequens, ac sub Beati Petri Principis Apostolorum protectione iterum suscipiens, vt earundem Vniuersitatum, atque ad eas pertinentium negociorum apud Sedem Apostolicam curam gerant, illarumquè necessitates Summo Pontifici ordine exponant,
C vt eis ex paterna charitate opem, auxiliumquè afferre possit; easquè interdum per literas visitent, ac Summi Pontificis nomine Catholicis viris Apostolicam benedictionem impartiantur, illisquè vt prospera cuncta eueniant; alijs verò spirirum sanioris consilij à Deo Optimo deprecentur, ijsdem Cardinalibus, eidemquè Congregationi imposuit. Hactenus Sixtus V.

Antiquissimũ verò Studium, seu potius Vniuersitatem hanc Romanã esse, telictis, quæ ante Christi Domini aduentũ adduci posse ut, ex Valent. in. Valent & Gratian. Imperatorum ad Olybrium Præfectum Vrbis rescripto, *c* ijsdem Valent. & Valen. III. Coss. anno scilicet humanæ salutis 372. vt Holoander obseruat, *d* manifestum est: quid enim ab ijs, qui discendi cupiditate ad Vrbem veniunt, seruandum esset, Imperatores isti peculiari lege sanxerunt.

c in C.Theod.d Stud. lib. Vrb. Rom l. 1.
d in cronolog. Consul.

D Et primò testimoniales literas Iudicum Prouincialium, quibus oppida, natales, & merita exprimantur, Magistro census proferant.

Secundò vt in primo statim introitu profiteantur, quibus potissimùm studijs operam nauare proponant.

Tertiò hospitia, quæ expetisse dixerint, Censualium Officium norit.

Quartò ne turpem, inhonestamquè famam, & consociationes habeant, ijdem Censuales inuigilent.

Quintò ne spectacula frequẽtiùs adeant, aut adpetant vulgo intempestiua cõuiuia.

Sextò si quis non ita in Vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscit, publicè verberibus affectus, statimquè nauigio suppositus abijciatur Vrbe, domumquè redeat.

E Septimò. Qui verò operam sedulò professionibus nauant, vsque ad vicesimum ætatis suæ annum Romæ liceat commorari.

Octauò. Post id autem tempus qui neglexerit spontè remeare, sollicitudine Præfecturæ etiam imparatus ad patriam reuertatur.

Nonò. Ne perfunctoriè hæc curentur, Officium Censuale Præfectus Vrbi commoneat, vt per singulos menses, qui vel vnde veniant, quiuè sint pro ratione temporis ad Aphricam, vel ad cæteras Prouincias remittendi breuibus comprehendat.

Decimò. Similes autem breues etiam ad Imperatoris scrinia singulis annis dirigantur, quo meritis singulorũ institutionibus compertis, vtrũ quandoque Reipublicę sint necessarij, iudicentur. Hęc Valentin. & alij Imperatores. Quę vtinam in desuetudinem non abijssent; multi namquè hodie nomine tenus discipuli parentum vota

O non

non deciperent, patrimonium non dilapidarent, & loco honoris, ac laudis ignominiam, & dedecus in Patriam non reportarent. Sed reuertamur in viam.

Post biennium, Modesto, & Arintheo Coss. anno scilicet ab Orbe redempto 374. ijdem Imperatores Clearco P.V. rescripserunt, quatuor Græcos, & tres Latinos scribendi peritos ad Bibliothecæ Codices componendos, vel pro vetustate reparandos eligendos esse. *a* A

a l. 2. d. C. Theod. de Stud. liber. Vrbis Romæ.

b in vtroq. Cod. Theod. & Iustin. sub eod. tit. de studijs liber. Vrbis Romæ.

Theodosius verò, & Valent. quæ circa Magistrorum electionem, & officium gerenda erant, legem dixerunt; *b* quæ hæc habet in summa.

Magistros vndecumque discipulos colligentes in cellulis, eosdemquè postea circumferentes ab ostentatione vulgari amouendos præcipiunt: priuatim verò, & ipsis tantùm discipulis vacantes non prohibentur.

Qui intra Capitolij auditorium constituti, publicis scilicet lectionibus addicti, priuatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant; si secus fecerint, priuilegijs deserantur.

Magistrorum autem numerum ita præfinitum habes. Oratores numero tres. Grammatici decem, in his etiam, qui facundia græciratis pollere noscuntur. Quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici æquè decem. Qui Philosophiæ arcana rimetur, vnus. Qui iuris, ac legum formulas pandant, duo: itaut vnicuique loca specialitèr deputata assignentur, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel Magistri; neuè linguarum confusio permixta, vel vocum aures quorundam, aut mentes à studio literarum auertat. Hactenus Imperatores. B

Ex quibus etiam colligere fas est, locum lectionibus constitutum, quem hodie Sapientiam vocant, vbi scilicet Doctores, & discipuli ad scientias audiendas, & addiscendas conueniunt, antiquitùs in Capitolio fuisse, quod ex lectura Sanctionis apparet.

c lib. 4. var. cap. 6.

Sed & postquam infœlix Roma gentium domina in prædam, & direptionem barbarorum exposita fuit, liberalium Artium adhuc Studium in ea seruatum fuisse, Cassiodorus, *c* dum Theodorici Gothorum Regis nomine Symmaco viro patritio scribit, in hæc verba insinuat. *Spectabilis Valerianus in Syracusana Ciuitate consistens reuerti se ad lares proprios supplicauit, qui studiorũ causa liberos suos ad Romanã Ciuitatem deduxit. Quos illustris magnificentia tua ex nostra continens iussione in supradicta Vrbe faciat commorari; nec illis liceat ante discedere, nisi hoc noster proloquatur affatus. Ita enim & illis studiorum profectus acquiritur, & nostræ iussionis reuerentia custoditur. Non ergo sibi putet impositum, quod debuit esse votiuum. Nulli sit ingrata Roma, quæ dici non potest aliena. Illa eloquentiæ fæcunda mater, illa virtutum omnium latissimum templum. Sentiatur planè, quod clarum est; non sine gratia esse creditur, cui habitatio tanta præstatur.* Hactenus Cassiod. hic *d* videndus est etiam de ijs, quæ Athalarici Regis nomine Senat. Vrbis scribit. C D

d lib. 9. cap. 21.

e in eleg. de causis, quæ afferunt exitium Regnis.

Sed quæ barbarorum sæuitia non potuit, ehu iterum infœlix Roma tuorum ciuiũ insania rapuit: nam vt Solon *e* cecinit.

Non Vrbem Superi cupiunt euertere nostram,
Et nobis (nisi sint Numina læsa) fauent
Ipsi, sed Patriam sceleratis mentibus vltrò
Conantur Ciues dilacerare suam:
Nam pretio quidam vendunt legemq; fidemq;
Aurum qui nullo iure, modoq; petunt.
Sæuitiam exercent, rapiuntq; tyrannida quidam
Induat vt iustus Ciuibus arma dolor.
Et non Iustitiæ formidant numen, & iram E
Consilijs Superum, quæ dea semper adest.
Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta,
Nemo putet falli numina posse deum.
Et quamuis pœnas differt aliquando, tacetq;
Mente tamen memori facta nefanda notat,
Exigit, & tandem pœnas, non Regna, nec Vrbes
Effugiunt clades, quas meruere graues.
Hinc Vrbs diuitijs quondam, imperioquè superba,
Seruitij patitur tristia iura modò.

Hæc,

Hæc, & alia videnda scripsit Solon, cuius etiam meminit Demosthenes. *a* Sed relictis Græcis, & ethnicis, qui solo naturæ lumine ducti, multa quidem, etiam à nobis vera Christi Fide illustratis non spernenda, tradiderunt; alia sunt legenda, quæ Diuus Bernardus *b* contra Romanos, seu potius Romanenses sui temporis Ciues monumentis consignauit, quæ omittimus, & satis ad rem nostram esse putamus, si temeritatem, impietatem, petulantiam, qua aliqui Romani Ciues in Pontifices Maximos veros Christi Vicarios vsi fuerunt, in causa fuisse, vt Ciuitas ipsa iuxta supra relatam Solonis sententiam, quàmuis immortalis, & terrarum domina à multis dicta, in squallorem, ac sordes, taceo seruitutem turpissimam, prolapsa, & abiecta fuerit, ostendamus; itaut ab illis ipsis, quos antea iniurijs, & contumelijs affecerant, superbam subijciendo ceruicem, pristinam dignitatem, studiorum, ac literarum ornamentum agnoscere, & acceptum ferre cogantur.

a in oratione de falsa legatione contra Aeschin.
b lib 4 de consid. ad Eugen. pag. apud me 259.

Sic enim legimus, *c* Innocentium IIII. ex Flisca nobili Familia ex Lauaniæ Comitibus ortum, ad commune omnium commodum, & profectum paterna sollicitudine apud Sedem Apostolicam, ad quam ex diuersis Mundi partibus multi confluunt, Iuris diuini, & humani, canonici videlicet, & ciuilis Studiū instituisse, & vt studentes in scholis ipsis penès eandem Sedem talibus priuilegijs, liberalitatibus, & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, vbi generale regitur Studium, & integros prouentus suos ecclesiasticos, sicut illi, recipiant, statuisse. Et iure quidem merito, nam vt Iustinianus Imperator *d* Ioanni beatiss. ac sanctiss. Archiepiscopo, & Patriarchæ veteris Romæ scribit, legum originem anterior Roma sortita est: & ideo Staphileus *e* Studium Romanum nobilius, ac magis antiquum alijs vniuersalibus Studijs appellat, quàmuis bonos Professores, seu Lectores suo tempore non extitisse indicet, & rationem propter tenuitatem stipendiorum affertat, dum ait. *Vtinam essent bona salaria, quia non deficerent boni Lectores, iuxta illud, sint Mecœnates, non deerunt Flacci, Marones.* Hæc Staphileus. Qua ratione forsan motus Leo X. *f* ea conditione Populo Romano gabellam vini concessit, vt salaria Lectoribus Studij soluerentur: & ante ipsum Athalaricus Rex Gothorum, Cassiodoro *g* teste.

c in c. 2. de priuil. in 6.
d in Auth. vt Ecclesia Romana in prin
e in tract de gratijs expect. 9. circa tertiam partē. nu. 43.
f Constit. 1. §. 7. Bullar. nou tom. 1 pag 459
g lib. 9. variar. cap. 21.

Post Innocentium IV. Bonifacius VIII. natione Hernicus, Patria Anagninu s, eodē anno duo erexit Studia generalia, alterum in Ciuitate Firmana Prouinciæ Marchiæ, Romæ autem alterum; licèt hoc etiam ante sexagesimum, plusue minus annum ab Innocentio, vt diximus, diuini, & humani iuris initium habuisset. Bonifacius ergo diligenti cum fratribus suis S.R.E. Cardinalibus deliberatione præhabita, de ipsorum consilio, & Apostolica auctoritate Romæ perpetuis futuris temporibus generale Studium in qualibet facultate voluit extare, & vigere; Doctoribus, & Studentibus ibidem priuilegia, liberalitates, & immunitates, quibus in alijs Studiorum Vniuersitatibus docentes, & Studentes potiuntur, & gaudent, concessit, & impartitus fuit. *h* Vt autem priuilegiorum aliqua magis expressa notitia haberetur, in eadem erectionis Constitutione quæ sequuntur, expressit.

h Const. 9. Bull. nou. tom. 1. pag. 146.

Doctores, & scholares ad forum Capitolinum inuiti non trahantur, siue ciuilis, siue criminalis causa sit, homicidio tamen excepto, super quo contra clericos Vicarius Papæ, contra laicos Senator Vrbis procedat. §. 2.

A quocumque vectigali, collecta, siue impositione sint immunes. §. 3.

Domorum pensiones à peritis electis taxentur; si primi dissentiant, eligatur tertius. §. 4.

Scholares peregrinantes coram Doctore, seu Magistro conueniantur: Rectores à Doctoribus, & scholaribus electi causas ciuiles, & criminales, leuiores tamen, inter ipsos de Vniuersitate cognoscant. §. 5.

Fructus Beneficiorum, & Pensiones (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) licitè percipiunt. §. 6.

Ne super præmissis molestentur, Defensores, & Protectores deputat Abbatem Monasterij S. Laurentij extra muros, Priorem Basilicæ ad Sancta Sanctorum, & Archipresbyterum Ecclesiæ S. Eustachij de Vrbe, quibus has etiam literas diræxerat. §. 7.

Contrarijs quibuscumque derogat. §. 8. Hactenus Bonifacius.

Et cum super enarratorum priuilegiorum validitate, & efficacia consultus aliquando fuisset Oldradus, respondit, *i* Studentes Romæ habere priuilegium percipiendi fructus Beneficiorum suorum, & eos percipere, non obstante Statuto Ecclesiæ, quòd per annum faciant residentiam; quia hoc Statutum tollitur per clausulas generales,

i cons. 117.

rales, *non obstantibus quibuscumque &c.* Quam quidem consultationem reassumens Cherubinus iunior, *a* priuilegia hæc largè inquit interpretanda, quia non sunt data personæ, sed causæ, quæ pia dicitur, & præferenda causæ dotis, teste Panormitano: *b* mouetur, quia in hoc versatur publicus fauor in communi, nam repletur terra sapientibus: & potest etiam considerari vtilitas particularis, cum quilibet A
possit Doctores consulere, audire, & addiscere, quod non est in dote, vt idem Panormit. concludit, & voluit etiam Rebuff. *c*. Attamen videnda sunt etiam, quæ scribit Tiraquel. *d* sequutus Baldum dicentem, causam Studij tunc esse piam, quando versatur in studio sacræ Theologiæ.

a ad hanc Bonif. Const. schol. 2.
b in c. fin. ad fin. de iud. c.
c de priuil. schol. priu. 82. n. 2.
d de priuileg. piæ caus. in præfat. vers. item relictū causa Studij.
e Clem. 1. de magistr.

Bonifacio VIII. successit Clemens V. Gallus, qui sacro Concilio Viennensi approbante, sanciuit, *e* vt in Romano hoc Studio viri Catholici sufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, Chaldeæ Linguarum notitiam, duo videlicet vniuscuiusque linguæ periti, detineantur, qui scholas regant, libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicitè doceant.

Cui quidem Sanctioni inhærens Paulus V in cuiuscumque Ordinis instituti Regularium tam mendicantium, quàm non mendicantium Studijs omnibus, trium linguarum, Hebraicæ scilicet, Græcæ, & Latinæ, in maioribus verò, ac celebrioribus etiam Arabicæ Doctores Regulares eiusdem Ordinis, si adsint, sin minus, seculares esse sanciuit. *f* §. 2. B

f Const. 65. Bull. nou. tom. 3. pag. 154.

Regularium Superiores si in huiusmodi Doctoribus eligendis, eisq; scholaribus assignandis negligentes fuerint, eorundem Ordinum Protectoribus id muneris iniunxit. § 3.

Scholares in promotione ad Doctoratus gradus, & in cæteros sui Ordinis honores illi, cæteris paribus, præferantur, qui in cognitione trium saltem linguarum prædictarum profecerint. §. 4.

Post harum linguarum Lectiones in Studio Romano à Clemente V. institutas, Eugenius IV. viros omni scientiarum genere excultos, Platina testante, *g* addictos hic esse voluit. C

g in vita Eugenij IV.

Leo X. de munere, auctoritate, & priuilegijs Rectoris, Reformatorum, Lectorumque, & scholarium huius Vniuersitatis almæ Vrbis, ac etiam de officio Bidelli Constitutionem edidit. *h*

h Const. 4. Bull. nou. tom. 1. pag. 472.

Et primo loco priuilegia, immunitates, & exemptiones à Bonifacio VIII. concessas, & suprà à nobis relatas confirmauit. §. 2.

Lectorum numerum, alterum scilicet in iure canonico, & in iure ciuili alterum, cū certa salarii assignatione, à Rectore, & Reformatoribus facienda, determinauit. §. 3

Lectoribus verò in foris Aduocati munus exercere prohibuit, domi tamen consulere permissum est. § 4. D

Solitis diebus, & horis legant, post lectiones cum discipulis circulos, seu congressus habeant; sin minus, salarii pro rata temporum intermissorum iacturam faciant, Bidellis denunciantibus, & fabricæ scholarum applicandam. §. 5.

Rector cum duobus Reformatoribus Doctores legentes semel in mense visitent, defectus corrigant: ex Reformatoribus vnus seorsim bis in hebdomada visitationis officium subeat, corrigenda cum Rectore conferat, & Collegis. § 6.

Bidellorum, seu Nunciorum munus præfinitur; si deliquerint, trinam subeant monitionem, & pœnam; prima est Rectoris arbitrio, secunda salarij diminutio, tertia remotio absque restitutionis spe § 7.

Iudicibus Romanæ Curiæ cauetur, ne scholares in priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus perturbent, & molestent, sub excommunicationis pœna inhibuit. § 8 E

Rectori, ac Reformatoribus, vt præmissa obseruent, & ab alijs seruari faciant, iniunctum est. § 9.

Sacri Cardinalium Collegii Decano Episcopo Ostiensi, ex Presbyterorum, & Diaconorum Ordinibus primis Cardinalibus, vt Doctoribus, & Scholaribus præsidio sint, ac tutores assistant, demandatur. § 10.

Exequutores Rectoris obediant mandatis. Contrariis quibuscumque derogatur. §. 11. & 12.

Legum cognitio pro faciliori Canonum intelligentia, etiam ex aliqua Constitutione, & Statuto clericis prohibita, in hac Vrbe permittitur. §. 13. Hactenus Leo.

Sancta denique Tridentina Synodus *i* vt in hac, & in quibusdam aliis Vniuersitatibus Sacræ Theologiæ Doctores, & audientes designentur, & adsint, Spiritus

i sess. 5. cap. 1. vers. in Gymnas. de reformat.

Sancti

Sancti lumine illustrata mandat, Reges, Principes, & Respublicas ad huiusmodi lectiones restituendas, & ordinandas hortatur.

Doctores ad docendum non admittantur, scholares Doctoratus gradu non decorentur, nisi facta Catholicæ Fidei professione, iuxta formam à Pio IV. *a* præscriptam.

A Denique quia de Rectore Studij huius almæ Vrbis habita est supra mentio, non ignorandum puto, Rectorem hunc ex præstantissimo Aduocatorum Consistorialium Collegio assumi; cui quidem Collegio regimen eiusdem Studij, siue Vniuersitatis assignauit, & concessit Sixtus V. *b* qui præuia quoque reuocatione cuiusuis concessionis antea fieri solitæ Rectoratus prædicti in personam vnius ex Romanæ Curiæ Prælatis, Consistorialium Aduocatorum Collegio perpetuò vniuit. §. 2.

Facultatem creandi Doctores vtriusque iuris, à Iulio III. *c* antea concessam, confirmauit, & quatenus opus esset, denuò concessit. §. 4. Sed numquid huic priuilegio detogatum esse censeatur, si aliud simile priuilegium alteri Collegio, puta Prothonotariorũ, quos de numero participantium vocant, concedatur? Negatiuam partem amplexa est Rota Romana apud Seraphinum, *d* rationibus ibidem vidẽdis, B vbi etiam de Aduocatis Consistorialibus nonnihil agitur: Verùm si plura de ipsis cupis, Martini V. Constitutionem, *e* Octauianum Vestrium, *f* Petrum Gregorium Tholosanum, *g* & Carolum Carthariam *h* legito.

Addam postremò, si ad Philosophiæ, & Medicinæ lauream quis promouendus erit, hic à Phisicorum Medicorum Collegio, priuatiuè quoad omnes alios, hunc dignitatis gradum impetrare debet, ex Iulij III. Sanctione. *i*

At si Romanæ Vniuersitatis (quæ Sapientia nuncupatur) statum hodiernum requiris, en affero.

a Const. 88. tom. 2. pag. 128.
b Const. 62. Bull. nou. tom. 2. pag. 588.
c Const. 16. Bull. nou. tom. 1. pag. 709.
d decis. 1271. per tot.
e Const 3. § 28. Bullar. nou. tom. 1. pag 253.
f in pract. lib. 2. cap 18.
g in syntag. iur. vniu. lib. 49 cap. 6. nu. 10.
h in syllabo Aduocator. Consist. per totum.
i Const. 19. tom. 1. pag. 712.

Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Ioannes Baptista Spada Lucensis, Patriarcha Constantinopolitanus, Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocatus, ac d. Studij Rector de-
C putatus.

Professores in sacra Theologia.

R. P. Magister Fr. Bartholomæus Ferrius ab Argenta Ordinis Minorum Conuentualium, in scholastica. Professus per annos 11. Recipit annua scuta 100.

R. P. M. Fr. Petrus Maria de Sestula Procur. general. Ordinis Prædicatorum, in scholastica. Professus per annos 2. scuta 60.

R. P. M. Fr. Cœlestinus Brunus de Venosa Ord. Herem. S. Augustini, in sacra Scriptura. Professus per annum 1. scuta 60.

R. P. M. Fr. Io. Baptista Nisius de Crucianis de Monte Granario Ord. Min. Conuentualium, in Theologia morali. Professus per annos 5. scuta 70.

D

Professores in Iuribus.

D. Ioseph Palamolla Pollicastrensis, in iure canonico. Professus per annos 10. scuta 250.

D. Fœlix Antonius Monacus Cosentinus, in iure canonico. Professus per annos 6. scuta 180.

D. Angelus de Iudicibus Aretinus, in iure ciuili. Professus per annos 27. scuta 420.

D. Franciscus Angeluccius ex Podio Crucis Spoletanæ Diœcesis, in iure ciuili. Professus per annos 15. scuta 250.

E D. Carolus Sgomblinus Neapolitanus, in iure ciuili. Professus per annos 3. scuta 180.

D. Ioseph Carpanus Romanus, in iure ciuili. Professus per annos 12. scuta 180.

D. Antonius Bucchierius Cusentinus, in Institutionibus. Professus per annos 26. scuta 180.

D. Iacobus Cincius Romanus, in Institutionibus. Professus per annos 3. scuta 100.

D. Carolus Festinus Ferrariensis, in Institution. Professus per annos 3. scuta 75.

Pro-

Professores in Medicina.

Perill. D.Gabriel Fonseca Medicus secretus SS. D.N. Papæ, in medicina practica. Professus per annos 7. scuta 500.

Magister D. Ioannes Manelphius de Monte Rotundo in Sabinis, in medicina practica. Professus per annos 28. scuta 400. A

Magister D. Ioannes Benedictus Sinibaldus Leonissanus, in medicina practica. Professus per annos 17. scuta 370.

Magister D. Benedictus Rita Leonissanus, in medicina theorica. Professus per annos 25. scuta 260.

Magister D. Iulius Cæsar de Benedictis Aquilanus, in medicina theorica. Professus per annos 5. scuta 220.

Magister D. Hyacintus Altomarius Cusentinus, de morbis mulierum. Professus per annos 4. scuta 130.

Magister D. Ioannes Maria Castellanus Albensis, in chirurgia, & anothomia. Professus per annos 33. scuta 120. B

Magister D. Dominicus Panarolus Romanus, in simplicibus medicamentis, in diebus vacantibus, & festiuis. Professus per annos 6. scuta 80.

Professores in alijs facultatibus.

R P.M. Fr. Io.Baptista de Lezana Matritensis Ordinis Carmelitarum, in Metaphisica. Professus per annos 11. scuta 100.

D.Gulielmus Arctius Lancastrensis, in Philosophia naturali. Professus per annos 11. scuta 210.

D Demetrius Phallyreus Constantinopolitanus, in Philosophia naturali. Professus per annos 6. scuta 100. C

D. Iacobus Philippus Camola Romanus, in Philosophia morali. Professus per annos 18. scuta 160.

R.P.M. Fr. Antonius Marinarius à Chripralijs Ordinis Carmelitarum, in Logica. Professus per annos 12. scuta 100.

R.P.M. Thomas de Thomasijs Pisauriensis Ord. Crucif erorum Definitor, in Logica. Professus per annos 10. scuta 120.

R.P.D. Antonius Sanctinius Lucensis Cler. Reg. Somaschæ, in Mathematica. Professus per annos 9. scuta 120.

D.Henricus Chifellius Antuerpiensis, in Rethorica, Professus per annos 31. scuta 230.

D.Ioannes Baptista Iona Galilæus, in Lingua Hebraica: Professus per annos 4. scuta 75. D

D Demetrius Phallyreus Constantinopolitanus, in Lingua Græca. Professus per annos 10. scuta 65.

R P.D. Philippus Guadagnolus Cler. Reg. Min. in Lingua Arabica, & Chaldæa, Professus per annos 8. scuta 75.

D Abraham Ecchellensis è Libano in lingua Syriaca. Professus per annos 2. scuta 100 Hactenus de Studio Vrbis.

Cum autem in ipsa Ecclesiastica Ditione adsint etiam aliæ Studiorum Vniuersitates, nempe. Bononiæ antiquissimam, quæ in legibus monarchiam tenere scribit Accursius; *a* & in numismate sculptum legitur. *Mater Studiorum Bononia docet.* ibique Theologicam facultatem legendam instituit Innocentius VI *b* Auenioni à Bonifacio VIII. institutam. *c* Firmi ab eodem Pontifice. *d* Perusij à Clemenre V. institutam, *e* à Ioanne XXII. *f* confirmatam. Ferrariæ à Bonifacio IX. *g* erectã, & a Clemente VIII. *h* auctam. Maccratæ à Paulo III. *i* Et ne Patriam meam omittam, Vrbeueranam inquam Ciuitatem, in qua ab Vrbano VI. fuit generale Studium institutum. Si dicamus, harum quoque Vniuersitarum curam huic nostræ Congregationi iniunctam esse, non erit à conuenientia, & veritate alienum. Et cum Vniuersitatibus, seu Academijs in istis sacræ Theologiæ, Canonum, Iuris ciuilis, & Medicinæ Professores adesse debeant, ex iam supra dictis, breuia horum Studiorum elogia à Francisco Suuertio *k* mutuata referre lubet. E

a in rub. C. de Stud. liber Vrb. Rom. lib 11.
b Const. 11 Bull. nou. tom. 1. pag. 218.
c Const. 1. aliàs 10. in append. bullar. nou tom. 3. pag 11.
d Const 8. bull. nou. tom 1. pag. 14.
e Const. 2. d bull. pag. 149.
f Const. 6 d bull. pag. 159
g Const. 2. d. bull. tom 1. pag 231.
h Const. 94 bull. tom 3. pag 142.
i Const. 22. d. bull. tom. 2. pag. 546.
K in libello, delitia Christiani Orbis dicto, vbi de Salamantina Academia agit pag apud me 324

Theo-

Theologiæ Sacræ.

Qua rerum Diuinarum cognitione hominum mentes imbutæ terrena despiciant, Cælum votis petant, beatamquè iam nunc incipiant viuere vitam:

A

Iuri Ciuili,

Quo possint Principes Rempublicam benè gerere, & curas hominum rectè componere, sitquè omnibus cordi pax, & iustitia, prudentiam maiorum hoc loco Senatus docendam curauit.

Medicinæ seruatrici,

Corpori, vt anima inhabitet suauius, & vita tot periculis obnoxia constet, Senatus consuluit, & Philosophiæ, & Astronomiæ.

B

CONGREGATIO XX.

De Typographia Vaticana.

Literarum peritiam ex librorum, ac voluminum reuolutione, & lectione consequendam esse, nemo, ni fallor, ibit inficias. Hinc enim factum fuisse credendum puto, vt alij in arborum corticibus; alij in plumbeis laminibus; in papyro, qui intextus farina glutinabatur, alij; in tabulis cera illitis quidam; in chartis hedinis (quas pergamenas vocant, quòd Pergami primùm inuentæ fuerint) nonnulli quoque sua, & virorum doctrina excellentium monumenta consignauerint: quæ in Bibliothecis postmodum collocata, perpetuum, quibus id muneris cordi fuit, nomen, & famam compararunt, vt Tholomæo Philadelpho, qui plus ducentorum millium voluminum in Alexandria disposuit; Asynio Pollioni, qui primus in Vrbe ex hostium manubijs Bibliothecam instituit; & alijs ab Alex. *a* & Polydor. Virgil. *b* relatis, qui simili studio capti non modicum rei publicæ ornamentum, vtilitatemquè tulerunt, Plinio teste. *c*

C

Verùm licèt hæc omnia semper, & omni tempore summa laude sint extollenda; quia tamen sine magno, & ingenti sumptu perfici nequibant, atque ita pauperibus id assequi impossibile foret, cũ arte igitur imprimendi libros auorum nostrorũ ætate inuenta, & Leone X. sedente expolita, nequaquã comparari posse videtur: nam parua impensa librorum copia haberi potest, quibus ingenia ad literarum studia percommodè exerceri, & instrui valeant, eiusdem Pontificis oraculo. *d* Et ne tantæ rei auctor sua laude fraudetur, præsertim vt posteritas sciat cui Diuinum beneficium acceptum referre debeat, Ioannes Cuthembergus natione Theutonicus equestri vir dignitate primus omnium in Oppido Germaniæ, quam Maguntiam vocant, hanc imprimendarum literarum artem excogitauit, primùmque ibi exerceri ea cœpit; non minore industria reperto ab eodem, prout ferunt, auctore nouo atramenti genere, quo nunc impressores tantùm vtuntur. Decimosesto deinde anno, qui fuit salutis humanæ 1458. quidam nomine Conradus, homo itidem Germanus Romam primò in Italiam attulit; quam deinde Nicolaus Ienson Gallicus mirum in modum illustrauit. Hæc ex Polyd. Virgilio *e* habes.

D

Verùm ne quod ad Dei gloriam, & Fidei augumentum, ac bonarum artium propagationem salubritèr est inuentum, hæreticorum, aliorumquè veritatis hostium dolis, & insidijs in contrarium conuertatur, Leo X. Lateranensi Concilio approbante, *f* statuit, vetuitquè, ne sine examine, & approbatione Vicarij Papæ, & Magistri Sacri Palatij Apostolici in Vrbe, Episcoporum verò, ac hæreticæ prauitatis Inquisitorum in alijs locis, libri, seu quæuis scripturæ imprimantur. *g* Quod etiam à sacrosancta Tridentina Synodo *h* confirmatum habes: quæ quidem approbatio in scriptis, & absque vlla solutione mercedis facienda erit, vt ibi, vers. ipsa verò.

E

Regulares verò libros, vel scripturas edere volentes, nedum prædictorum approbationem, sed & suorum quoque superiorum licentiam obtineant, ex declaratione

a dier. genial. lib. 2. cap. 30.
b de inuentor. rer lib. 2. cap. 7.
c lib. 35. cap. 2.

d Constit. 12. §. 1 Bullar nou. tom. 1 pag 484.

e lib. 2. cap. 7. de rer. inuentor.

f sess. 10. de impress. libr.
g d Const. 12. §. 2
h sess. 4. in decr. de edit. libror. §. sed & impress.

tione Congregationis Cardinalium fuper interpretatione eiufdem Concilij Tridentini; tefte Cherubino iuniore poft alios ab eo relatos: *a* & videri etiam poterit modernus Pater Io. Bapt. Scortia è Societate Iefu Theologus. *b*

Denique Sixtus V. vt hæc omnia, in Vrbe præfertim, cuius exemplo, & doctrina tota Chriftiana Refpublica regitur, maturius perficiantur, poft erectam Vaticanam Typographiam, eidem Cardinalium Congregationem præfecit, quibus id potiffimum negotii impofuit, & mandauit. A

Vt facram Bibliam latinæ vulgatæ, græcæ, & hebraicæ editionis, Epiftolas Decretales, Concilia generalia, Sanctorum præcipuorum Ecclefiæ Doctorum opera, cæterofquè denique libros, quibus Fidei Catholicæ doctrina, traditionefquè Ecclefiæ continentur, & explicantur, quàm eruditiffimè imprimendos curent.

Vt vetuftis manufcriptis, emendatifquè Codicibus adhibitis, præfertim ex nobili, & optimis libris referta Pontificia Vaticana Bibliotheca, addito quoque ftudio, & opera doctiffimorum hominum, ex omnibus Chriftiani Orbis nationibus per Summos Pontifices felectorum, qui linguarum peritiffimi fint, libros imprimendos accuratè, diligenterquè conferant, & recognofcant, vt eorum editio quantò fieri poffit, integra, atque incorrupta prodeat. B

Si quæ verò grauiores dubitationes, & difficultates in veterum Codicum auctoritate, librorum correctione, & emendatione inciderint, rebus prius in Congregatione examinatis, ad Pontificem referant, vt in lectionum varietate id, quod Orthodoxæ veritati maximè confonum erit, ex fpeciali Dei priuilegio Sanctæ Apoftolicæ Romanæ Sedi conceffo, ftatuatur. Et non parùm huic rei conferre videntur, quæ Baronius *c* in Gottifredo Viterbienfi obferuat, eundemq; fummis laudibus exornat; quippequi licèt Imperatoris Friderici, & Henrici Regis eius filii Notarius, fuam tamen hiftoriam Pantheon appellatam in lucem daturus, Summi Pontificis Vrbani III. cenfuræ, & correctioni fupponit his verbis. *Quia nullum fcripturarum elogium nofcitur effe authenticum, nifi ab eius fapientiæ fluminibus fitientibus propinetur: quare fi quod hiftoriarum opus noua per aliquem inftitutione conficitur, ratio fuggerit, vt antequam in publicum deueniat, Apoftolico examini præfentetur; quatenus fi acceptione dignum effe perpenditur, eius mandato, & iudicio approbetur, & ab eo vires, auctoritatemq; recipiat, cui terrena, & cœleftia Diuinitùs funt commiffa.* C

Demum vt in quibufuis Chriftiani Orbis Regnis, & Prouinciis Typographos, & librorum recognitioni præfectos admoneant, quatenus diligentem, oportunamquè operam ad fua quæque officia fidelitèr, atque integrè exequenda præftent, & in librorum huiufmodi editione accuratifsimè verfentur, & ad Vaticanæ impreffionis normam omnino fe conferant. Hæc Sixtus, cuius etiam operis infcriptionem accipe.

a in fchol. ad præd. Conftit. 12. Leonis X.

b in felect. Sum. Pontif. Conftit. epit 56. ad Conft. 12. Leonis X. theorem. 154. & 155.

c in annal. tom. 12 fub an 1186 pag 738, & feq.

D

TYPOGRAPHIA VATICANA

DIVINO CONSILIO A SIXTO V. PONT. MAX.

INSTITVTA

AD S.S. PATRVM OPERA RESTITVENDA

CATHOLICAMQ. RELIGIONEM

TOTO TERRARVM ORBE PROPAGANDAM E

Sed cum Vaticana hæc Typographia Pauli V. iuffu Camerali Typographiæ vnita effet, non amplius Vaticana tantùm, fed Cameralis etiam qnandoque dicitur

Cum autem de Vaticana quoque Bibliotheca fupra fit facta mentio, non omittendum duxi, hanc à Sixto IV. in Vaticano toto terrarum Orbe celebrem, aduectis ex omni Europa libris, conftructam; vnde cuftodes, & librarii græci, latini, & hebraici menftrua falaria, quibus ali pofsint, recipiant; vtq; libri emerentur, idem Pontifex afsignauit prouentus: opus omnium præclarifsimum, & Pontifice Maximo dignum, qui infignem ob id laudem, libris vndique conquifitis, aut fi haberi non poterant, exem-

exemplaribus eorum expetitis, missisquè, qui describerent, vt eam exornaret, consequutus est; itaut prædecessorum memoriam, Benedicti scilicet III. Martini V. Nicolai V. & Pij II. qui etiam in hoc negocio non parùm inuigilarunt, fermè in hoc deleuerit: & iure quidem merito sequentibus laudatus est carminibus.

A *Templa, domum expositis, vicos, fora, mœnia, pontes*
Virgineam Triuij quòd repararis aquam.
Prisca licèt nautis statuas dare commoda Portus,
Et Vaticanum cingere Sixte iugum;
Plus tamen Vrbs debet: nam quæ squallore iacebat,
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.

Quam postea Sixtus V. Paulus V. auxerunt, illustrarunt; & Gregorius XV. libris à Cæsarianis anno 1621. Comite Palatino expugnato, ac deuicto ablatis, Romano Pontifici dono datis, atque è Germania ad Vrbem adductis, adauxit: nec sempiternæ memoriæ Vrbani VIII. vigilantia in ea excolenda, muniendaquè desiderata fuit, vt monumenta ibidem affixa demonstrant, ex quibus, quod de Palatina Bibliotheca loquitur, hic addere placet.
B

SVM DE BIBLIOTHECA
QVAM HEIDELBERGA CAPTA
SPOLIVM FECIT
ET PONT. MAX. GREGORIO XV.
TROPHAEVM MISIT
MAXIMILIANVS VTRIVSQVE BAVARIAE DVX
C S. R. IMPERII ARCHIDAPIFER
ET PRINCEPS ELECTOR
ANNO MDCXXIII.

Denique ad Typographiam Vaticanam redeundo, vt vnde noster hic sermo exordium habuit, debitum quoque consequatur finem, non omittendum putaui, Andream Brogiottum, Vaticanæ, & Cameralis Typographiæ tunc Præfectum, quibus characteribus libri, & scripturæ ibidem imprimi, cudiquè valeant, sub auspicijs Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Francisci Card. Barberini, quo auctore eandem Præfecturam consequutus fuerat anno 1628 Indicem à se cusum in lucem edidisse, quem
D videre non iniucundum erit.

CONGREGATIO XXI.

De Confinibus Status Ecclesiastici conseruandis.

ROmanum, & vniuersalis Ecclesiæ Pontificem, velut Christi Domini in terris Vicarium, duplicem habere gladij potestatem, spiritualis scilicet, ac temporalis, nemo, nisi à recta Catholicorum Fide aberrans ibit inficias;
E adeo quippe firmis hæc veritas innixa est fundamentis, vt quouis hæreticorum turbine diuelli nequeat; prout ex ijs, quæ S. R. E. Eminentiss. Gard. Belarminius *a* aduersus Barclaium scribit, cunctis efficitur manifestum.

Etenim quia Summus Pontifex est, vt diximus Christi Domini in Terris Vicarius, Innocentio III. *b* hoc iterum, ac tertiò confirmante, nisi cum spirituali temporalem quoque gladium, & potestatem haberet, alteri (nempe Imperatori) esset in hac parte subiectus, quod vtique dicendum non est; nam sicut Sol non à Luna suum recipit lumen, sed è contra, ita Imperator, qui Lunæ comparatur, Pontificem, qui Sol dicitur, nec puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, ex Innocentio, *c* agnoscere debet in superiorem: quod cum aliquando Dantes Aligerius *d* in dubium

a tract. de potest. Papa in tempor.
b c. 1. 2. & 3 de translat. Episc.
c c. quanto de translat. Episc
d in libro, Monarchia, nuncupato.

P bium

bium reuocare tentasset, nempe Imperium nullam habere dependentiam ab Ecclesia, post eius mortem fuisse hæreticum denunciatum, scribit Bart. *a* & post eum Volaterranus: *b* videnda sunt etiam, quæ scribit Baronius sub anno 990. de noua quadam hæresi à fautoribus Caroli Francorum Regis excogitata, nempe omnia licere Carolo etiam in Ecclesiis; ex quo ab Episcopis in Siluanecti Synodo diro anathemate A
vulnerati fuerunt; & eundem Baronium vide anno 1053. *c* Atque hanc politicam opinionem fecuisse sub Innocentio II. Arnoldum Brixiensem, & ideo tanquam hæreticum ab Italia pulsum, scribit Ciacconius, & affirmant alij *d* ac de quodam Fratre Alberto, qui abiurauit errorem, Papam scilicet non habere dominium in rebus temporalibus, sed totum ad Imperatorem spectare, scribit Hieronymus de Monte. *e* Et ex quadam conuenientia sic argumentatur Foscarius. *f* Nisi Christus Dominus hanc in temporalibus potestatem Vicario suo in terris reliquisset, videretur quodammodo minus diligentèr boni patrisfamilias gessisse partes, nam cum spiritualia sine temporalibus diù esse non possint, si quando spiritualium defensio immineret, cogeretur Pontifex extra propriam domum quærere auxilium. Hæc Foscarius.

Sed quoniam, vt Diuus Thomas ait, *g* Romani Pontifices, & Ecclesia in sui nouitate nec vires compescendi terræ Principes, neque hac vti potestate poterant, B
quæsitum est, quando in vsum deduci cœpta sit? Et sanè nisi postquam Constantinus Christi Fidem amplexus est, & nouum hominem post sacrum Baptisma induit, non apparet. Ipse enim pijssimus, & verè Catholicus Imperator anno Imperij 19. humanæ salutis 324 Syluestro Sanctissimo Pontifice sedente, vt Baronius, *h* & alij multi testantur, ex Vrbe Roma in Byzantium transferens Imperii solium, sic effatus est. *Vt Pontificalis Apex non vilescat, sed magis quàm terreni Imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam Palatium nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam Vrbem, & omnes Italia, seu occidentalium Regionum Prouincias, Loca, & Ciuitates præfato Beatissimo Pontifici nostro Syluestro vniuersali Papæ contradimus, atque relinquimus, & ab eo, & à Successoribus eius per hanc diualem nostram,* C
& pragmaticum Constitutum decernimus disponenda, atque iuri S. R. E. concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum Imperium, & Regni potestatem in orientalibus transferri Regionibus, & in Byzantiæ Prouinciæ optimo loco nomini nostro Ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium: quoniam vbi Principatus Sacerdotum, & Christianæ Religionis Caput ab Imperatore Cœlesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hactenus Imperator à Gratiano relatus; *i* quod etiam Nicolaus III. Pontifex suis consignasse monumentis legimus *k* his verbis. *Ne autem ipsa mater Ecclesia in congregatione, & pastura Fidelium temporalibus careret auxilijs, quin potius ipsis adiuta, spiritualibus semper proficeret incrementis, non absque miraculo factum esse concipitur, vt occasionalitèr Constantini Monarchæ à Deo prouisa, sed curata* D
Baptismalibus fomentis infirmitas, quandam quasi adijceret ipsi Ecclesiæ firmitatem: qui quarto die sui Baptismatis vnà cum omnibus Satrapis, & vniuerso Senatu, Optimatibus etiam, & cuncto populo in persona Beati Syluestri sibi Romanam concedendo Vrbem, relinquens ab eo, & Successoribus eius per pragmaticum Constitutum disponendam esse; decernens in ipsa Vrbe vtriusque potestatis monarchiam Romanis Pontificibus, declararet: non iustum arbitrans, vt vbi Sacerdotij Principatum, & Christianæ Religionis Caput Imperator Cœlestis instituit, illic Imperator terrenus habeat potestatem &c. Vide etiam, si placet, quæ scribit Restaurus. *l* Licèt non desint aliqui (qui dum nimium sapere cupiunt, insipientes apparent) negantes scilicet hanc Constantini donationem esse veram, & quatenus veram, attamen inualidam, vt videre est apud Foscararium, *m* qui post donationis verba relata, quæ in contrarium adduci possunt, optimè soluit, & ne nimius E
sim, ad eum te lectorem remitto: nec erit iniucundum videre, quæ scribit Baronius *n* de validitate donationis Constantini. Nobis enim satis nunc esse putamus hæc indicasse, vt quam hodie Romanus Pontifex in bonis temporalibus exercet iurisdictionem, siue illam totam à Constantino, siue ab aliis postea Imperatoribus, Regibus, Principibus, priuatisque iuris (vt infra videbimus) habuerit, antiquissimam tamen esse: & hoc esse Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ Patrimonium Christo Domino eius Sponso in dotem assignatum, vt benè probat Re-

a in l. 1. C. de req. reis.
b in antropol lib. 21. pag. apud me 344.
c tom 11. annal. pag. 190. litera E.
d in vita Innocentij II.
e q. 11 in princ. & per tot.
f in Comment. ad donation. Constantin. Imp q. 3. nu. 38. vers. quandoquidem.
g in 2. 2. q. 12. artic. 2. ad 3.
h annal. tom. 3. anno 324.
i in c. 14. Constantinus 96, vnde vt Pontificalis, dist 96
k c. 17. fundamenta. §. ne autem, de elect. in 6
l tract. de Imper. q. 4. nu. 5. & q. 5. ferè per tot.
m in opusc. ad comproban. validitatem donationis Constantini, edito.
n annal. tom. 12 anno 1191. pag. 850 litera B.

Redoantis. *a* Et ideo ad Romani Pontificis potißimum sollicitudinem, & curam pertinet, ab illius inuasione, vsurpatione, distractione, & alienatione vltra licitos modos, & à iure permissos, improbos, ac temerarios homines compescere, ac deterrere, prout à multis factitatum fuisse ex infra dicendis apparebit.

a in prœm. de reb. Eccles. non alien.

A Eusepius enim, qui Apostolicæ Sedis Episcopus anno 310. fuit, reintegranda esse omnia expoliatis, vel eiectis Episcopis præcepit: quam etiam Sanctionem renouauit Ioannes I. Pontifex à Gratiano *b* relatus; & reassumit, commentarijsquè illustrat Menochius. *c*

Leo autem huius nominis I. pro conseruandis ecclesiasticis bonis, Sanctionem à Cherubino relatam anno salutis 447. promulgauit. *d*

Et hanc à Leone, & Antemio Imperatoribus pro rebus immobilibus Ecclesiæ Constantinopolitanæ conseruandis, anno Christi 468. confirmatam legimus. *e*

b 3. q. 1. c. 3.
c de recuper. poss. remed. 15. & sup. in præludijs nu. 58. & seq.
d Bull. nou. tom. 1. Const. 1. pag. 1.
e L. iubemus. C. de sacros. Eccles.

Symmachus verò, qui anno ab Orbe redempto 498. Christi vices in terris gerere cœpit, nedum Presbyteris, alijsquè Ecclesiarum patrimonijs, ac iuribus præpositis, sed suis etiam Romanis Pontificibus Successoribus eorundem bonorum alienationem sub anathemate prohibuit, his verbis. *f* *Non liceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsumfructum iura dare, nisi tantummodo domos, quæ in quibuslibet Vrbibus non modica impensa sustentantur. Qua lege omnes custodes adstringantur, vt donator, accensator, venditor honorem perdat, & qui subscripserit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituatur; liceat etiam quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere: quod non modò in Apostolica seruandum est Ecclesia, verum etiam vniuersis Ecclesijs per Prouincias quidem dicitur conuenire &c.* Hæc Symmacus; pro cuius Sanctionis intelligentia vide, quæ copiosè scribit Peregrinus, *g* qui luculentèr hanc quæstionem, an scilicet Papa posit bona Ecclesiæ alienare, hac, & alijs Sanctionibus non obstantibus, examinat, videndus.

B

f c. nō liceat Papæ, 12. q. 2.

g de iure Fisci. lib. 1. tit. 3. à nu. 81. quinta conclusio. vsque ad num. 93.

C Gregorium Sanctißimum Pontificem huius nominis I. bona Ecclesiæ temporali gladio tutasse, plures ipsius epistolæ demonstrant, *h* à Baronio: *i* contra Petrum Damiani adductæ, & in quibus apertè legitur; in ijs, quæ ad defensionem mœnium Ciuitatum spectant, vigilandum esse Episcopis, & necessaria cuncta paranda, neque ab illorum custodia viros ecclesiasticos esse exemptos, sed obligatos. Mauritium verò Imperatorem insano furore Romanam Vrbem, & Ecclesiam donastantem, nedum ad sanam reduxisse mentem, sed supplicem, & veniam per literas petentem habuisse, literæ eiusdem Imperatoris his verbis demonstrant. *k*

h epist. 20 indic. 1. epist. 2. indic. 11. lib. 7.
i in annal. tom. 11. anno 1053. pag. 191. litera E.
k eodem. epist. Principum à Dozelling collectaru pag. 97.

Mauritius Imperator Gregorio Romano Pontifici.

D *Serò tandem animaduerti, me à recta viuendi ratione ad deteriora prolapsum, nam & tam multa portenta Deum Optimum Maximum mihi infensum significant, vt dies, & noctes perniciem, clademquè mihi instare planè videam: sed quando nunc is tantùm pœnitentię locus superest, oro te, reliquosquè viros Deo addictos, & charos, vt irata mihi Numina precibus vestris mitiora efficiatis, meque ad sinum Matris Ecclesiæ redeuntem excipiatis. Confido enim fore, si me antea & inimemaiorum complecti velitis, meum præclarius actum iri, ac futurum, vt quæ incommoda Romana Vrbs, ipsaquè Ecclesia per nos passa est, multis maximis officijs auctæ instaurari, excitari, cumulariquè possit. Vale. Constantinopoli.* Hanc verò epistolam editam puto anno salutis 602. Imperij ipsius Mauritij vltimo, quo ad sanam redijsse mentem, & supplices libellos ad omnes Patriarchas, & Monachos scripsisse, vt à Deo peterent, vt ipse de peccatis admisis, in hac vita, & non in futura pœnas lueret, testatur Baronius. *l*

E Ioannes huius nominis VI. Gisulphum Beneuentanum Ducem, quòd Campaniā, Soram, Arpinum inuasisset, his literis increpans, eius audaciam, & errorem arguere non dubitauit. *m*

l annal. tom. 8. anno 602. pag. 159. litera E.
m in præd. epistol. lib. pag. 102.

Ioannes VI. Romanus Pontifex
Gisulpho Duci Beneuentano.

Proximis ferè diebus Romani exercitus, & Exarchi dissidijs fretus Campaniam inuasisti, Soram, & Arpinum occupasti, Villas incendisti, rusticos, & pecora abegisti,

quę quamprimùm intelleximus, tanta admiratione affecti sumus, vt etiam dubitaremus, numquid tantum cladis à Christiano Principe in Christianos innocentissimos, velpotius in ipsam Romanam Ecclesiam excogitari potuisset. His adducti sumus, vt ad te Legatos cum literis mitteremus, dequè omnibus certiorem faceremus. Mandantes tibi, vt quamprimùm omissis Campania, & Hernicorum oppidis, in Samnium redeas. A *Quòd si secus feceris, iussaquè nostra aspernatus fueris, scias breui futurum, vt Deo Opt. Max. (cuius res agitur) pro illata sibi iniuria pœnas des. Vale. Romæ.*

Huic etiam Pontifici factam fuisse ab Ariperto Longobardorum Rege Alpium Cottiarum donationem, post Paulum Diaconum, Anastasium Bibliothecarium, & alios à se relatos scribit Baronius; *a* ac literis ab ipso Ariperto Rege scriptis, & hanc donationem continentibus confirmatur. *b*

Aripertus Longobardorum Rex Ioanni VI. Romano Pontifici.

Multis, maximisquè rationibus tandem in eam sententiam deueni, vt nihil nobis B *maiori studio enetendum sit, quàm Diuino cultui vacare, animiquè nostri aliquando vinculis exituri, aliquam rationem habere. Quod cum mihi satis constitutum sit, vt obsequij etiam mei erga Romanam Ecclesiam pignus aliquod habeatis, ex hoc nostro latissimo Decreto eidem* Romanæ *Ecclesiæ liberalitèr Alpes* Cottias*, in quibus & Genua est, donamus, itaut in bonis Beati Petri ipsæ Alpes à Taurinis montibus vsque ad Lygusticum mare censeatur. Quod eò libentius fecimus, quòd de Romanorum Pontificū pietate, iustitia, innocentiaq; nobis maxima polliceri solemus. Hoc quod nostri animi decretum à quibusdam nostri Regni Successoribus ratum, firmumquè haberi in primis volumus. Tu autem Sanctissime Pater* Deo *Opt. Max. pijs precibus me pluribus commendes. Vale. Papa.* Et hanc Prouinciam primùm à Romana C Ecclesia possessam esse affirmant Anastasius Bibliothecarius; Addo Episcopus Viennensis in chronico; Beda, & alij à Baronio *c* relati. Atque hinc collige, Platinam malè scripsisse, hanc donationem esse sine auctore, & factam fuisse Ioanni VII. *d*

Constantino Papa sedente, prædictarum Alpium Cottiarum donationem à Luitprando Longobardorum Rege confirmatam fuisse, ex Oldrado Episcopo Mediolanensi refert Baronius *e* in hæc verba. *Constat etiam ipsum (* Luitprandum scilicet*) hoc primo Regni sui anno confirmasse donationem Alpium* Cottiarum *ab Ariperto factam Ecclesiæ* Romanæ*. Habet idem Oldradus Episcopus Mediolanensis in epistola ad Carolū Magnū Imperatorem his verbis: Primo Regni sui anno donationem, quam Beato Petro Aripertus Rex donauerat, confirmauit, scilicet Alpium* Cottiarum*, in quibus Ianua est, & quicquid ab ea Alpes vsque ad Galliarum fines continebant.* Hæc D Baronius. Hoc etiam confirmat Hieronymus Rubeus, *f* sub anno tamen 715. Vide Panuinium in addit. ad Platinam. *g*

Gregorius II. anno Christi 716. Constantino Papæ succedit: hic Neapolitanos, proposito præmio, contra Longobardos excitauit; parta victoria, præmia, quæ fuerat pollicitus, præstitit: Arcem Cumę, quę belli causa fuerat, ecclesiasticæ Ditioni reddidit. Ne Leonis III. Imperatoris Exarchus tributa, nouaquè vectigalia exigeret, apertè vetuit, Hieronymo Rubeo, *h* & Belarminio *i* id affirmantibus.

Gregorio II. alter Gregorius III. appellatus anno à partu Virginis 731. sufficitur. Hic eundem Leonem III. Imperatorem, quòd immani rabie agitatus, Sanctorum Imagines ab Ecclesijs tota Italia detrahendas, & antiquandas edixisset, conuocato Romæ apud Lateranum Concilio, Imperio simul, & fidelium communione E priuauit: Id autem quamprimùm resciuit Luitprandus Longobardorum Rex, augendi Regni cupiditate incensus, Vrbem Romam obsedit, vicina inuasit Oppida, ac ferè totius Italiæ sceptro potitus fuit. Qua re Sanctus Pontifex commotus Carolum Galliæ Regem ad res, & bona Ecclesiæ tuenda, conseruandaquè in Italiam euocauit; vt ex historicis liquet, & eiusdem Pontificis literæ hac de re ad ipsum Carolum missæ leguntur. *k* Mœnia Vrbis collapsa multis in locis restituit: idemquè fecit Centumcellis iam prope desertis, Philippo Bergomense teste. *l*

Zaccharias post Gregorium III. anno Christi 741. in Beati Petri Sede locatur. Initio Pontificatus totam Italiam ardentem bello, & penè consumptam inuenit, virtute, prudentia, Sanctitate pacauit, ædes, ac templa ruinam minitantia restituit,

a in annal. tom. 8. sub anno 704 pag. 643.
b in precit. epistol. lib. pag. 105.
c in annal. tom. 8 sub anno 704. pag. 648
d in eius vita.
e in annal. tom. 8. anno Christi 712. Pontificatus Constantini. 5.
f in hist. Rauen. lib. 4. pag. 217.
g in vita huius Pontificis.
h in histor. Rauen. sub an. 725. lib. 4. pag. 219.
i de potest. Papæ in temp. cap. 4.
k in libell. epist. Principa Donzellino collectar. pag. 109. 114. 116 & 117.
l in supplem. chronic. lib. 10. sub anno 732.

tuit, fundos, ex quorum redditibus Sacerdotes alimenta caperent, designauit. Cum
autem Luitprandum Longobardorum Regem per Legatos suos ad quatuor Oppida
Romanæ Ecclesiæ erepta restituenda monuisset, Rex autem hanc restitutionem dif-
ferret, Pontifex, Gregorij II. exemplo Regem ipsum Interamnæ in Ditione Spoleta-
A na sedentem conuenit, ibiquè summo honore exceptus, nedum quatuor recupe-
rauit Oppida, sed Sabinense patrimonium triginta annos ante ereptum ab eodem
Rege recepit; & insuper Narniense, Anconitanum, Auximate patrimonium, &
Vallis Agri Sutrini, magna vocata, donantur. Ciuitates, Oppida, Vicosquè tri-
ginta annis elapsis a Longobardis in Aetruria, & alibi vi, aut defectione capta
redduntur, anno salutis 742. Ciacconio teste, *a* quem si legeris, alia quoque ad
rem cognosces; videndus est etiam Sigonius, *b* & Eminentiss. Cardinalis Baronius,
qui de recuperatione Patrimonij, & Pentapolis agunt. Chilpericum Franciæ
Regem, tanquam Regno inaptum priuauit, & Pipinum inaugurauit.

Stephanus III. dictus II. quia alter Stephanus illi prædecessor quatuor tantùm
dies in Pontificatu vixit, ex Baronio, *c* Aistulphum Longobardorum Regem anno
B 753. cum exercitu in Romanam Ditionem irrumpentem, Castra inuadentem,
agros ferro, igneque vastantem, verbis primò, muneribus postea à tanto scelere
auertere non valuit; vnde lacessitus pijssimus Pontifex, Pipinum Francorum Re-
gem adijt, bellumquè Longobardicum decretum est: Pipinus verò palàm omnibus
audientibus sic effatus est. *Ego, si me Deus Longobardica compotem victoria fece-
rit, polliceor me pro remissione peccatorum meorum impetranda, Exarchatum, &
Pentapolim Reipublica Romana adempta, Beato Petro, & Successoribus eius tradi-
turum perpetuò possidenda:* atque ita præsentem Scribam referre in Tabulis iussit,
easquè suo, & Caroli, & Carolimanni filiorum præsentium sacramento muniuit;
quod Carolus, vt mox dicemus, absoluit. Interim Aistulpho mortuo, Desiderius
Fauentiam, Caballum, Ferrariam Stephano reddit, Sigonio teste, *d* qui alium Ste-
phanum Pontificem ponit, & post schismaticos Constantinum, ac Philippum cano-
C nicè electum.

Hadrianus I. qui Beati Petri Sedem annò Domini 772. obtinuit, cuius am-
plitudinem Desiderius Longobardorum Rex veritus, statim dè pace ineunda, &
amicitia concilianda mentionem per Legatos fecit; verùm Hadrianus, cognita ho-
minis perfidia, nihil sibi magis, quam à Desiderij insidijs cauendum existimauit; in
aliud proinde tempus pacem distulit. Quare Desiderius, nondum duobus mensi-
bus Hadriani Pontificatus exactis, in Exarchatum irrupit; primo aduentu Ferra-
riam, Comaclum, & Fauentiam occupauit, ac Rauennæ se bellum illaturum osten-
dit; deinde Vrbinum, Senogalliam, Eugubium cæpit: Romam cum exercitu ven-
turum, & Vrbem hostilitèr obsessurum minatur, nisi Hadrianus ad ipsum accedat;
cui petitioni responsum hoc dedit Pontifex. *Nunciate meo nomine Regi vestro,*
D *me coram Deo Omnipotente spondere, si Oppida Beati Petri reddiderit, me aut hic
Roma, aut vbicumque ille voluerit, in congressum eius venturum, & cum eo com-
muni de salute, & quiete Italia loquuturum, & si fefellero, non recuso, quin
ille pro arbitratu illa rursus inuadat: quòd si ille duriorem se mihi præbuerit, de-
nuncio illi, nunquam me in conspectum eius daturum:* ex quibus, Sigonio teste,
e nec ad sanam rediens mentem, Carolo Magno hæc ab Hadriano delata sunt, qui
in Italiam veniens, Desiderius è Regno deijcitur, ecclesiastica bona tutantur, & ab-
lata restituuntur; Spoletini, Reatini, Longobardi omnes in Vmbria degentes, co-
gnita Desiderij deiectione, Romam adeunt Pontificem, se sequè illi fidelitatis sa-
cramento obstringant; quorum exemplum aliæ sequutæ sunt Ciuitates Anchona,
Auximum, Firmum: Quinta verò die postquam Carolus Romæ summo honore
E exceptus erat, rogante Pontifice, vt sponsionem, quam Pipinus pater, ipsemet, &
Carolusmanus eius frater Stephano Papæ fecerant, Exarchatum, & Pentapolim
complectentem expleret, recitatis huius sponsionis Tabulis, sine cunctatione pro-
bauit; addiditquè Corsicam, Sardiniam, Siciliam, Territorium Sabinense, Duca-
tum Spoletinum, Tuscumquè Longobardorum, vnà cum censu, qui quotannis pro
his Ducatibus Regi Longobardorum soluebatur, vt Sigonius *f* ait. Ducatus verò
Tusciæ Longobardorum amplectitur Castrum Felicitatis, Orbitum (Vrbemueterem
hodie dictum) Balneum Regium, Ferenti Castrum, Viterbium, Marchiam Tusca-
nam vulgò Maremma, Populoniam, Soanam, Roscllas; Ciacconio, *g* Baronio, *h*
alijsquè testantibus.

a in vita Zachariæ to. 1. col. 250. & 251.
b de Regno Ital. lib. 3. anno 742. & 749.
c in annal. sub anno 752.
d de Regno Ital. lib 3. ann. 757.
e lib. 3. de Regn. Italia. sub anno 772.
f de Regno Ital. lib. 3. ad fin sub anno 773.
g in vita Hadr. I. Pontif. tom. 1. col. 266. & seq.
h in annal. sub anno 774. nu. 6. & 7.

Leo

Leo III. Hadriani Succeſſor, vt Eccleſia Romana aduerſus hæreticos, ſeditioſos, & ſacrilegos tyrannos tutorem haberet, cuius Officiū repudiaſſe iam Imperator Orientis videbatur, Carolum Francorum Regem adit, & ab eo ſummo honore exceptus, auditis, quas paſſus fuerat, iniurijs, harum vindictam ſumere aggreditur; in Italiam proficiſcitur, Pontificis, Romanæquè Eccleſiæ temporale Dominium, & ſacros ritus tuetur; quibus beneficijs cumulatus Leo Pontifex Maximus, Occidentalis oræ ſolemni pompa anno 801. ipſa die Chriſti Domini Natalitia Imperatorem dixit, & Pipinum eius filium Italiæ Regem ordinauit, oleoquè ſancto perunxit, Platina, Sigonio, Ciacconio, Baronio, hiſtoricis ferè omnibus hoc affirmantibus: & in Laterani parietibus, ab Eminentiſsimo Card. Franciſco Barberino, S.R.E. Vicecancellario, Principe eruditiſsimo, & venerandæ antiquitatis amante optimo reſtitutis, monumentum his verbis indicat, A

FRANCISCVS S. AGATHAE DIAC. CARD. BARBERINVS
TRICLINII B
A LEONE III. ROM. PONT. CONSTRVCTI
A LEONE IV. SVCCESSORE
SEXAGESIMO POST ANNO REPARATI
NOSTRA TANDEM AETATE PENE DIRVTI
PARTEM HANC ILLVSTRIOREM
IN QVA C
VTRAQVE IMPERII ROMANI TRANSLATIO
REDDITAQ. VRBI PAX PVBLICA CONTINETVR
PARIETIBVS HINC INDE SVFFVLSIT
CAMERAE MVSIVVM RESTAVRAVIT
LABANSQ. OLIM DEXTERVM APSIDIS EMBLEMA
ANTIQVARIORVM DILIGENTIA COLORIBVS EXCEPTVM
PENITVS DEINDE COLLAPSVM D
AD PRISCVM EXEMPLVM SVMMA FIDE
EX MVSIVO RESTITVIT.

Paſchalis I. anno Chriſti 817. in Apoſtolica Sede locatus Theodorum Nomenclatorem ad Ludouicum Imperatorem, vt quod à patre Carolo Magno, & Auo eius Pipino Romanæ Eccleſiæ promiſſum fuerat, ratum haberet, expoſcentem miſit: Imperator haud grauatè illius petitioni indulſit, Beatoquè Petro Apoſtolorum Principi, & Vicario Chriſti Paſchali Ciuitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, & viculis omnibus, ac territorijs eius, & maritimis litoribus, ac portubus, & cunctas Caſtella, Oppida, & vicos in Tuſciæ partibus, ideſt Portum, Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepet, Caſtellum Galleſij, Ortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium cum tribus Inſulis ſuis, ideſt maiorem, & minorem, puluenſem, & lacum, Narniam, Otricolum, cum omnibus finibus, ac territorijs ad eaſdem Ciuitates pertinentibus: & in partibus Campaniæ Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrium, Patricum, Fruſinonem, cum alijs partibus Campaniæ, nec non & Tibur, cum omnibus finibus, ac territorijs ad eaſdem Ciuitates pertinentibus: nec non Exarchatum Rauennatenſem per Pipinum reſtitutum, & Carolum; hoc eſt Ciuitates Rauennam, & Aemiliam, & Bobium, Cæſenam, Forumpompilij, Forumliuij, E

Fauen-

Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, & Gabellum, cum omnibus finibus suis; simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anchonam, Auximum, Humanam, Aesium, Forumsempronij, Montemferetri, Vrbinum, & territorium Balnense; Calles, Luceolas, & Eugubium, cum
A omnibus finibus, ac territorijs ad easdem Ciuitates pertinentibus; territorium Sabinense; in locis Tusciæ Longobardorum Castellum Felicitatis, Vrbeuetum, Balneumregis, Ferenti Castrum, Viterbium, Martam, Tuscaniam, Populoniam, Soanam, Rosellas, & Insulas Corsicam, Sardiniam, & Siciliam sub integritate, cum omnibus adiacentibus, ac territorijs maritimis, litoribus, portubus ad supradictas Ciuitates, & insulas pertinentibus: item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Theanum, Capuam, & Patrimonium Beneuentanum, & Salernitanum, & Patrimoniū Calabriæ inferioris, & superioris, & Patrimonium Neapolitanum confirmauit: declarauitquè Ciuitates Aetruriæ Imperio subiectas, Aretium, Volaterras, Clusium, Florentiam, Pistorium, Lucam, Pisas, Perusiam, & Vrbemueterem; cætera Romanæ Ec-
B clesiæ adscripsit, prout publicis Tabulis constare scribunt Sigonius, *a* & Ciaccon. *b* quarum Tabularum fragmentum refert Gratianus *c* in Decreto. Vide Baronium in annal. *d*

Sergius II. anno Christi 844. Summus Pontifex renunciatus. Cum Lotharius Imperator Ludouicum filium Regia, & Imperatoria insignia ab ipso Pontifice postulaturum misisset; hic autem Ludouicus nequaquam insita ferocitate deposita, animo concepisset Romam sibi tyrannide subiacere, & superbiore illuc mente pertexisset, Sanctus Pontifex sui memor omnes Templi ianuas præcludi iussit, atque illum intuens, *Ludouice*, inquit, *si pacis, & salutis Ecclesiæ causa venisti, iussu meo hæ tibi portæ patebunt, si minus, nunquam per me tibi aperientur*: cum autem Ludouicus se puro, ac sincero erga Ecclesiam animo, patris, proauique exemplo venisse respondisset, tunc patefactis ad nutum Pontificis ostijs, ædem ingressus, ad Confessionem
C Beati Petri accessit; militibus verò, qui de more extra Vrbem castramentati erant, & suburbana ædificia, fruges, segetesque militari licentia, & hostilibus armis inuaserant, corruperantquè, obseratis, munitisque portis Dei Templa inuisere cupientibus inhibuit. Baronio, *e* & Ciacconio *f* testibus.

Leo IV. post Sergium II. anno 847. sedit. Hic nauali prælio clarissima victoria Saracænis hostibus deuictis, ecclesiastica Ditione tutata, Afidulphum Angliæ Regem Ecclesiæ Romanæ Regnum suum tributarium constituentem, singulis familijs nummi argentei in annos singulos obligatione adiecta, in Basilica S Petri excepit; mœnijs Vaticanum cinxit; Leoninam Vrbē de suo nomine appellauit; Portuensem Ciuitatem, deductis è Corsica, Sardiniaquè colonijs, populo frequentiorem reddidit; Hortinæ, & Amerinæ Ciuitatum muri, ac portæ cum nimia vetustate cecidissent, ex quo ciues latronum inuasionibus, & deprædationibus continuis erant expositi, nouos muros,
D nouasquè portas restituit; multaquè alia pro recuperandis, tuendisque Romanæ Ecclesiæ finibus egit, vt ex Baronio, *g* Pollydoro Virgilio, *h* Ciacconio, *i* alijsquè patet.

Ioannes VIII. (cui soli Romanorum Pontificum contigisse legimus, vt quatuor annis tres Imperatores coronauerit, Volaterrano, *k* & alijs multis hoc attestantibus) cum Saraceni Romanam Vrbem, agris iam, vicinisque locis deuastatis, inuadere tentarent, Spoleti Duce secum assumpto, Carolo Caluo, & postea Ludouico Imperat. frustra per Legatos in auxilium aduocatis, Neapolim, Salernumquè progressus, boni Pontificis partes nequaquam prætermisit; sed conuocato pro viribus exercitu, adiuuantibus Venetis, alijsquè Principibus Christianis, non vulgarem de hostibus cædem edidit, eosdemquè pro maiori parte ex Italia deturbauit; Bergomense, *l* & Ciacconio *m* referentibus.

Ioannes IX. Alberico Tusciæ Regulo in auxilium ascito, & exercitu comparato, qui sub Leone IV. in Italia remanserant Saraceni, hos omnes expulit, Platina *n* sic
E affirmante: latius tamen hanc rem prosequitur Baronius *o* videndus, licèt ipse huius rei auctorem Ioannem X. scribat. Hoc etiam sedente, Lambertus Imperator donationes Ecclesiæ à Regibus antecessoribus factas confirmauit, Sigonio *p* teste.

Agapitus II. ad compescendam Berengarij tyranni audaciam manus in personas ecclesiasticas mittentis, & ab eis tributum exigentis, haud diutiùs id tollerandum censuit, sed auxilium ab Othone Pio Rege petendum, quod feliciter consequutus

est;

a de Regn. Ital. lib. 4. sub an. 817
b in vita Paschalis I.
c dist. 63. c. 30. ego Ludouicus.
d tom. 9. an. 817
e annal. tom. 10 sub anno 844.
f in vita Sergij II. to. 1. col 291.
g annal. tom. 10 anno 852.
h in histor. Anglicana.
i in vita Leonis 4.
k in antropolog. lib. 22. pag. apud me 252.
l in suppl. chronicor. lib. 11. anno 880
m in vita Ioannis VIII.
n in vita Ioannis IX
o in annal tom. 10 anno 915. in prin.
p de Regn Ital. lib. 6. sub anno 898.

a annal. tom. 10 ann. 950. & 951
b annal. tom. 10. sub anno 955 & sub anno 963.

est; nam Berengarius Regem Italiæ agens, eiusquè filius Adelbertus Italia pulsi in
Germaniam mittuntur, Baronio *a* teste.

Ioannes XII. quem malis artibus, & adhuc impuberem Pontificiam Dignitatem
inuasisse, Platina, & Ciacconius in eius vita, Baronius verò in annalibus *b* scribunt,
Berengarij tyrannidem iterum Italiam deuastantem haud vlterius ferre valens, ad A
Othonem Regem Legatos misit, eumquè hac conditione in Vrbem euocauit, vt Le-
gatis Apostolicæ Sedis antea iuramento promitteret, sibi, Romanæquè Ecclesiæ bona
à tyrannis sublata restituere; cuius iuramenti formulam si cognoscere cupis, Gratia-
num, *c* & Baronium *d* consule, qui subdit. *Ioannes igitur malè conscius de sua*
in Sedem Apostolicam intrusione, ab Ottone, quem vocat, sic Romanæ Ecclesiæ libe-
rationem ab Ottone, quem vocat, exoptat, vt tamen antea voluerit, sibi consultum
esse. Præstito igitur ab Ottone iuramento, Romam pacificè adijt, Imperialiquè Di-
gnitate sublimatus, nedum quæ à Berengario sublata fuerant Romanæ Ecclesiæ red-
didit, verùm etiam quæ antea Pipinus, Carolus, & Ludouicus Imperatores Beato
Petro, & Romanæ Ecclesiæ donauerant, suo diplomate aureis literis exarato, Romæ B
in autographo in Arce S. Angeli, & in Vaticana Bibliotheca duobus exemplaribus
asseruato, Baronio teste *e* confirmauit his verbis. *In Nomine* Domini Dei *Omnipo-*
tentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ego Otto Dei gratia Imperator Augustus,
vnà cum Ottone glorioso Rege filio nostro Diuina ordinante Prouidentia spondemus,
atque promittimus per hoc pactum confirmationis nostræ Tibi Beato Petro Principi
Apostolorum, & Clauigero Regni Cœlorum, *& pro te Vicario tuo D. Ioanni Summo*
Pontifici, & vniuersali XII. Papæ, sicut à prædecessoribus vestris vsque nunc in ve-
stra potestate, atque ditione tenuistis, & disposuistis, Ciuitatem Romanam cum Du-
catu suo, & suburbanis suis, atque viculis omnibus, & territorijs eius montanis, &
maritimis, litoribus, atque portubus, seu cunctis Ciuitatibus, Castellis, Oppidis, *&*
viculis Tusciæ partibus, idest Portum, Centumcellas, Cerem, *Bledam, Marturianum,*
Sutrium, Nepem, Castellum, Gallisem, *Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam,* C
*Perusiam cum tribus insulis suis, idest maiore, minore, puluensim, * Nar-*
niam, & Vtriculum, cum omnibus finibus, ac territorijs ac suprascriptas Ciuitates
pertinentibus. Nec non Exarchatum Rauennatem *sub integritate, cum vrbibus, ciui-*
tatibus, oppidis, & Castellis, *quæ piæ recordationis domnus Pipinus, & domnus Ka-*
rolus excellentissimus Imperator prædecessores videlicet nostri Beato Petro Apostolo, &
prædecessoribus vestris iamdudum per donationis paginam contulerunt; hoc est Ciui-
tatem Rauennam, *& Aemiliam, Bobium, Cesenam, Forum populi, Forumliuij, Fa-*
uentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, *& Hadrianis, atque Gabel-*
lum, cum omnibus finibus, territorijs, atque insulis terra, mariquè ad suprascriptas
ciuitates pertinentibus, simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fa-
num, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsempronij, *Mon-* D
tefeltri, Vrbinum, & territorium Balnense, Calles, Luciolis, *& Eugubium cum om-*
nibus finibus, & territorijs ad easdem ciuitates pertinentibus. Eodem modo territo-
rium Sabinense, *sicut à domno Karolo Imperatore antecessore nostro Beato Petro A-*
postolo per donationis scriptum concessum est, sub integritate. Item in partibus Tu-
sciæ Longobardorum *Castellum Felicitatis, Vrbem veterem, Balneum* Regis, Feren-
tum, Viterbium, Ortem, *Martam, Tuscanam,* Suanam, *Populonium, Rosellas, cum*
suburbanis, atque viculis omnibus, & territorijs, ac maritimis oppidis, ac viculis,
seu finibus omnibus. Itemquè Almus cum insula Corsica, deinde in Suriano,
deinde in Monte Bardonis, deinde in Bereeto, exinde in Parma, deinde in Regio,
exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Prouincia Venetiarum, & Istria;
nec non & cunctum Ducatum Spoletanum, seu Beneuentanum, *vnà cum Ecclesia* E
S. *Christinæ posita prope* Papiam *iuxta Padum quarto milliario. Item in partibus*
Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, *nec non patri-*
monia ad potestatem, & ditionem vestram pertinentia, sicuti est patrimonium Bene-
uentanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ *superioris,*
& inferioris. De ciuitate autem Neapolitana, cum castellis, & territorijs, & fini-
bus, & insulis suis sibi pertinentibus, sicut ad easdem respicere videntur; nec non pa-
trimonium Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus; simili modo Ciuitatem
Caietam, *& Fundum cum omnibus earum pertinentijs. Insuper offerimus Tibi*
Beate Petre Apostole, Vicarioquè tuo domno Ioanni Papæ, & Successoribus eius pro
nostræ animæ remedio, nostriquè filij, & nostrorum parentum de proprio nostro Regno
ciui-

c c. 33. tibi domine. dist. 63.
d loco cit. sub anno 950.
e in annal. tom. 10. sub an. 962.
** & Latiu.*

ciuitates, & oppida cum piscarijs suis, idest Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam; Balusm, & Marsim, & alibi Ciuitatem Interamnem cum pertinentijs suis. Has omnes supradictas prouincias, vrbes, ciuitates, oppida, & castella, viculos, & territoria, simulquè & patrimonia pro remedio animę nostrę, & filij nostri, siue
A *parentum nostrorum, ac successorum nostrorum, & pro cuncto à Deo conseruato, atque conseruando Francorum populo, iam dictę Ecclesię tuę Beate Petre Apostole, & per te Vicario tuo spirituali patri nostro domno Ioanni Summo Pontifici, & vniuersali Papa, eiusquè Successoribus vsque ad finem saculi eo modo confirmamus, vt in suo detineat iure, principatu, atque ditione. Simili modo per hoc nostra delegationis pactum confirmamus donationes, quas pia recordationis domnus Pipinus Rex, & postea domnus Carolus excellentissimus Imperator Beato Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt; nec non & censum, vel pensionem, seu cęteras dationes, quę annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri solebant, siue de Tuscia, siue de Ducatu Spoletano, sicut & in suprascriptis donationibus continetur, & inter sanctę*
B *memoriae Hadrianū Papam, & domnū Carolum Imperatorē conuenit, quando idē Pontifex eidem de suprascriptis Ducatibus, idest Tuscano, & Spoletano sua auctoritatis praeceptū cōfirmauit, eo scilicet modo, vt annis singulis prędictus census ad partē Ecclesię Beati Petri Apostoli persoluatur, salua super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem, & filij nostri subiectione. Caterùm, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostra confirmationis pactum roboramus, vt in vestro permaneant iure, principatu, atque ditione, & neque à nobis, neque à Successoribus nostris per quodlibet argumentum, siue machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur, aut à vobis inde aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet prouincijs, vrbibus, ciuitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territorijs, atque patrimonijs, nec non & pensionibus, atque*
C *censibus, itaut neque nos ea facturi simus, neque quibuslibet ea facere volentibus consentiamus. Sed potius omnium, quę superius leguntur, idest prouincia, ciuitates, vrbes, oppida, castella, territoria, & patrimonia, atque insula, censusquè & pensiones ad partem Ecclesię Beati Petri Apostoli, atque Pontificum in sacratissima illius Sede residentium, nos, in quantum possumus, defensores esse testamur, ad hoc vt ea in illius ditione ad vtendum, & fruendum, atque disponendum firmiter valeant obtineri; salua in omnibus potestate nostra, & filij nostri, posterorumquè nostrorum, secundùm quod in pacto, & constitutione, ac promissionis firmitate Eugenij Pontificis, successorumquè illius continetur &c.* Omissis quibusdam alijs ad electionem Romani Pontificis spectantibus, nec ad rem nostram modò facientibus. Denique in hæc verba clauditur Diploma. *Hoc vt ab omnibus fidelibus Sanctę Dei Ecclesię, & nostris firmum esse credatur, proprię manus signaculo, & nobilium optimatum nostro-*
D *rum subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostrę roborauimus, & bullę nostrę impressione obsignari iussimus.*

† *Signum domni Ottonis Serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum, Abbatum, & Comitum.*
† *Signum Adaldagi Hamaburgensis Ecclesię Archiepiscopi.*
† *Signum Hartberti Curiensis Ecclesię Episcopi.*
† *Signum Druogonis Osnaburgensis Ecclesię Episcopi.*
† *Signum Votonis Argentinensis Ecclesię Episcopi.*
† *Signum Otruuini Hilsenheimensis Ecclesia Episcopi.*
† *Signum Landrucarti Mindonensis Ecclesię Episcopi.*
† *Signum Otgeri Nemetinensis Ecclesia Episcopi.*
E † *Signum Gezonis Tortonensis Ecclesia Episcopi.*
† *Signum Huberti Parmensis Ecclesię Episcopi.*
† *Signum Vreidonis Mutinensis Ecclesia Episcopi.*
† *Signum Attonis Fuldensis Monasterij Abbatis.*
† *Signum Gunthary Herolfesfeldensis Monasterij Abbatis.*
† *Signum Ebcrarti Comitis.*
† *Signum Gunthary Comitis.*
† *Signum Burgharti Comitis.*
† *Signum Vtonis Comitis.*
† *Signum Gonratis Comitis.*

Q Sig-

† *Signum Brnuftes*.

† *Signum Tbietheris, Riedages, Liupen, Hartuuigis, Arnoliuet, Ingilthies, Burchartes, Retinges*.

Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo. indictione quinta, mense Februarij, decimotertio die eiusdem mensis, anno verò domni Ottonis Imperij inuictiss. Imper. vigesimo septimo, facta est hæc pactio feliciter. Quam nos ex Baronio *a* loco supra citato desumpsimus. A

a in annal. tom. 10 anno 962 pag. 764. littera B.

Ioannes XIII. Rauennam vnà cum Ottone Imperatore profectus, ibiquè anno salutis 967. celebrato Paschate, plurimos ex Italia, & Romania Episcopos conuocauit, & habita Synodo, post multa ad vtilitatem Ecclesiæ adinuenta, donationis antea ab eodem Imperatore Ioanni XII. factæ confirmationem obtinuit; præter Consules ex Italia pulsos, Tribunos suspendio necatos, Petrum Vrbis Præfectum nudatum asino impositum, vtre redimitum, ad ludibrium circumductum, virgis cæsum, & carceri demum traditum, tanquam ipsius Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ perduelles, ab ipso Ottone Imperatore mulctatos vidit; ex Baronio. *b*

b in annal. tom. 10. anno 966. & 967.

Ioannes XV. ad finem anni 985. vt Baronius putat, Pontificalibus redimitus est infulis. Hoc sedente, etsi sectatores Bonifacij (nefandissimi duorum Pontificum interfectoris) quieuerant, nouus in Vrbe tyrannus Crescentius Nomentanus surrexit, qui titulo Consulatus Munitionem S. Angeli possidere aggressus est, quam adeptus, Ioannem Pontificem nonnihil infestare cœpit: hic prædecessorum suorum ærumnis admonitus, secedit in Tusciam, & Ottonem frequenti legatione ad Vrbem euocat; memores Romani, quæ ea de causa, ob iniurias nimium Pontificibus illatas, passi erant maiores ipsorum, tum ab Ottone I. tum etiam à II. è vestigio honorifica legatione eundem Ioannem Pontificem accersunt, redire rogant, omniquè securitate adhibita, in Vrbem tandem reuocant, cui venienti occurrunt omnes, & pijs officijs, obsequijsquè Christi Vicarium, Petri Successorem honorant, seq; illi subijciunt; sicquè aliquãdo Romana Ecclesia tranquilla pace potita est, Baronio *c* sic scribente: verùm Ciacconius hæc Ioanni XVI. tribuit in eius vita. B C

c annal. tom. 10. anno 985. pag. 856. litera B.
d Bzonius in vita Syluestri II. cap. 25. videndus.

Gregorius V. qui Ottonem III. Imperiali coronâ in Vrbe decorauit, Germaniæ Principibus eligendi Reges in Imperium postea à Summis Pontificibus Christi in terris Vicarijs promouendos facultatem concessit; *d* vt tantis beneficiis Otto deuinctus aliquod grati animi signum redderet, ex Vrbe discessurus, ipsius Vrbis statum pacificum Pontifici relinquere in primis laborauit, & omnes, qui Crescentio tyranno fauerant, inter quos populus Tiburtinus fuit, compressit, & ne penitus Tiburtini delerentur, S. Romualdo præsto fuit; & hoc anno salutis 996. contigisse testatur Baronius *e* verùm Sigonius *f* anno sequenti 997. scribit.

e annal. tom. 10. anno 996.
f de Regno Italia lib. 7. pag. 300.
g in vita Syluestri II. in princ.
h in vita eiusdẽ Syluestri cap. 36.

Syluester huius nominis II. habitis comitijs Kal. Nouembris anno 998. Pontifex Maximus renunciatus est. Otto III. Imperator, Pontifice petente, vetera Pipini, Caroli, Ludouici priuilegia Romanæ Ecclesiæ renouauit, Ciacconio *g* teste; sed fusius rẽ prosequitur Bzouius *h* à Sigonio mutuatus; his verbis Carolus Sigonius *i* habet: *Quia petente Syluestro, Otho III. Augustus, Pipini, Caroli Magni, & Ludouici Imperatorum priuilegia Romanæ Ecclesiæ concessa renouauit, confirmauit, & patrimonium Apostolicum vindicauit; isq; ipse Syluester Pontifex Vrbeuetum profectus, Rempublicam eius ciuitatis multis salutaribus legibus iunxit, & Cæsenam admoto exercitu circumsedit, & ad obsequium Romanæ Sedis reuocauit*. D

i lib. 7. pag. apud me 301.
K de Regno Italia lib. 8.
l annal tom. 11. anno 1004. & seqq.

Ioannes XVIII. (quem Sigonius, *k* & Baronius *l* XIX. dicunt) 12. Kal. Decembris 1003. altero Ioanni cognomento Sicco in Pontificatu successit: hic ægreferens Sardiniam, & Corsicam à Saracænis iam inde à Caroli Magni temporibus occupatam, proposito diplomate indulsit, vt qui eas occupasset, sibi haberet, dummodo Christianos sæuo Saracænorum imperio liberasset: quo edicto inuitati Pisani Sardiniam, Genuenses Corsicam anno 1004. aut sequenti anno inuaserunt, vt Sigonius *m* scribit. E

m de Regn. Ital. lib. 8. an. 1004. pag. 305.
n in annal. tom. 11. sub an. 1009
o in supplem. cronic. lib. 12. in Sergio IV.
p in vita eiusdẽ Pontificis.

Sergius IV. post Ioannes XIX. in Pontificatu sufficitur, Baronio *n* & alijs testibus. Huius Pontifici sconsilio omnes Italiæ Principes fœdere composito è Sicilia Saracænos expellere constituunt; vnde & Giulielmus magni Tancredi Normandorum Ducis filius, adiuuantibus Campano, & Salernitano Principibus, è Sicilia ipsa breui temporis spatio omnes expulit: ita Bergomensis *o* & Ciacconius *p* scribunt.

Benedictus VII. (quem multi VIII. vocant) post Sergium IV. in Apostolicâ Sede locatur;

locatur; eoquè sedente, Henricus Imperator, post accepta in die Resurrectionis Dominicę solemni cæremonia Augustalia insignia, priuilegia, vt Sigonius *a* ait, inde Ciuitatibus Ecclesijsquè renouare ingressus, in primis beneficia, ac iura, à Pipino, Carolo, Lodouico, Ottonibus patre, & filio Ecclesiæ Romanæ quondam concessa A firmauit: eæ Tabulæ adhuc leguntur ijsdem prope verbis descriptæ, quibus Ludouici fuerunt; hæc Sigonius, & confirmat Ciacconius *b* sed Baronius *c* verba huiusmodi confirmationis, eaquè cum quatuor manuscriptis collata, videlicet cum Codice Cencij Camerarij, cum volumine priuilegiorum Romanæ Ecclesiæ, cum autographo Molis Hadrianæ, cum suo manuscripto refert, apud ipsum videnda. Ciuitatem quoque Bambergensem Romanæ Ecclesiæ, & Beato Petro Censuariam, equum scilicet album, & centenas marcas argenti in singulos annos daturam agnouit; vt Sigonius *d* scribit. Baronius *e* addit. Vt ab huiusmodi censu solueretur, Henricus iunior vice Bambergæ tradidit Ecclesiæ Romanæ Beneuentum tempore Leonis IX. Romani Pontificis.

Gregorius VI. depositis tribus Sedis Apostolicæ inuasoribus, tanquam Ecclesiæ B Dei liberator anno 1045. Pontifex Maximus renunciatus est; quem aliqui ob simoniæ labem in Sutrina Synodo Henrico III. interueniente, a Sede Apostolica postea depositum scribunt; sed Baronius *f* rationibus satis claris illum ab hoc purgat crimine, & optimè de Ecclesia Dei meritum fuisse scribit: siquidem Gilbertus historiarū scriptor, quem sequuti sunt Platina, Ciacconius, & Baronius, affirmat, Gregorium VI. cum Sedis Apostolicæ dignitas priorum Pontificum negligentia labefactata esset, hanc sua anctoritate, & animi magnitudine restituisse; Ditionem Ecclesiæ breui recuperasse, & latrones circa Vrbem grassantes, quorum sæuitia peregrini ad eam Religionis causa accedentes necabantur, è medio sustulisse, prius execrationibus, & interdictis admonitos, deinde vi, & armis domitos; prædia, & iura Ecclesiæ recuperasse: hæc, & alia ab auctoribus supra relatis, & apud ipsos videnda referuntur.

C Leo huius nominis IX. dum in Germania moraretur, de locis, alijsquè iuribus S. Petri in Germania existentibus malè possessis, de illis inquam recuperandis, & vt Bambergensis Ciuitas cum Beneuentana permutaretur, vt supra in Benedicto VII. diximus, cum Henrico Imperatore egit. Cum autem Beneuentum, & alia Romanæ Ecclesiæ bona à Northmannis occuparentur, accepto ad eos profligandos ab eodem Imperatore exercitu, contra illos arma mouit; quamuis occulto Dei iudicio (quia fortè, vt Baronius *g* autumat, tantum Sacerdotem spiritalis potius, quàm pro caducis rebus carnalibus pugna decebat, siue quòd nefarios homines quammultos ad se ob impunitatem scelerum, vel quæstum auarum confluentes, contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat, siue alias ob causas apud ipsum videndas) malè hæc pugna cessisset; ipse namquè Pontifex captus (licèt Pontificali D semper seruato etiam ab hostibus honore) Beneuentum ducitur; ibiquè à ipsis victoribus Apostolici culminis reuerentia vti victor habitus, & veniam discedendi daram acceptare noluit, nisi suis omnibus paritèr relaxatis, quod eidem obsequentes præstitere Northmanni, Pontifici in omnibus perinde ac victori morem gerentes: ita Baronius loco iam dicto, quæ à Sigonio quoque pro maiori parte referuntur *h*. Habes etiam huius Pontificis Sanctionem, *i* qua inuadentibus domos, & bona Episcoporum defunctorum communio fidelium interdicitur, & hos tanquam putridum membrum excommunicationis ferro à S.R.E. corpore detruncandos edicitur: hi namquè matrem suam Ecclesiam, in qua ex qua, & Spiritu Sancto regenerati sunt, vt viperinum genus dissipare contendunt: deprimatur ergo ausus illicitus, & nefarius diabolicæ instigationis, cohibeatur excessus, abstineat manus audax ab eccle- E siastico patrimonio, ne victus pauperum pereat, ne quod ex oblatione fidelium iam Deo factum est sacrificium, præda raptorum fiat: hæc Sanctissimus Pontifex. *k*.

Victor II. anno Domini 1055. Romani Pontificis insignia suscepit; annos duos, menses tres, dies sexdecim, Henrico III. & eius filio Henrico IV. laudabilitèr sedit. Vrbe aliquos, arces, & oppida Romanæ Ecclesiæ prioribus sæculis amissa recuperanit. Ita Ciacconius. *l* Addit Baronius, *m* in Concilio Tholosano, eodem Pontifice curante habito, contra laicos res ecclesiasticas vsurpantes hæc sancita fuisse: *Et quia audiuimus, quosdam Laicorum nefario ausu res ecclesiasticas suis vsibus, applicuisse,*

a de Regn. Ital. lib. 8. sub anno 1014.

b in vita Benedicti VII.

c in annal. tom. 10. anno 1014. pag. 48. sub litera B.

d de Regn. Italia lib. 8. anno 1019.

e in annal. tom. 11. d anno 1019. pag. 63. lit. A.

f in annal. tom. 11. anno 1014.

g in annal. tom. 11. anno 1053. pag. apud me 189

h de Regn. Ital. lib. 8. sub anno 1053.

i in Bullar. nou. tom. 1. pag. 10. Constit. 1.

k d. Constit. §. 2. & 3.

l in vita Victoris II.

m annal. tom. 11. anno 1056. pag 229. lit. E.

& iniusto dominio in suum opus retinuisse, idcirco omnimodis prohibemus, vt nemo laicorum Abbatiam Monachorum, vel Clericorum Archidiaconatum, neque Praepositurum, vel honorem Presbyterij, vel Sacristae, seu Magistri scholae, neque vllos honores ad ius praedictum pertinentes ausit suis vsibus retinere, & si fecerit, excommunicationi subiaceat &c. A

Nicolaus II. post Stephanum X. quē dixere IX an. Christi 1059. Romanae, & vniuersali Ecclesiae praeficitur: vt cum Normandis de rebus Ecclesiae temporalibus vtiliter transigeret, Melphi in Apulia Conuentum habuit, ibiquè accedentibus Normandis, & restitutis omnibus terris Beati Petri, quas abstulerant, in libera potestate Summi Pontificis, à vinculo excommunicationis soluuntur, & in gratiam Sedis Apostolicae recipiuntur: quia verò potentia, & vires eorum tunc temporis in Vrbe Romana Magnates caeteros superabant, & in causis Ecclesiae contra illos, qui Apostolicę Sedis iura violentèr occupauerant, Romano Pontifici magnum solatium, & opportunum auxilium manu valida poterant exhibere, addit Sigonius, *a* proximum Leonis periculum ante oculos habens, & populorum suorum quotidianas defectiones reformidans, fidelitate ab eis accepta, praeter Beneuentum, totam Apuliam, & Calabriam eis concessit, atque Siciliae Ducatum confirmauit; eosquè solemni sacramento adegit, se Ecclesiae Romanae fideles, ligiosquè (sic enim loquebantur) futuros, atque annui tributi nomine duodenos in singula boum iuga denarios soluturos: ita Baronius, *b* qui Roberti iuramentum de praedicto tributo soluendo, & fidelitate, ex libro, qui inscribitur *liber Censuum*, in Vaticano existente desumptum refert, apud ipsum viden. Cum verò Romani Pontifices Nicolai praedecessores multa quidem indigna à Comitibus Tusculanis, & alijs Comitibus vicinorum oppidorum passi essent, Nicolaus ipse, non absque nutu Dei, consilium inijt eiusmodi nefarios homines, eorumquè loca munita manu euertere potentiori; quod egregiè per Normandos, quos secum ex Apulia duxerat, perficiendum curauit: dispositis namquè omnibus ad Beneuentanum patrimonium pertinentibus, per Campaniam transiens, Praenestini, Tusculani, & Nomentani tanquam contumaces, & à Domino suo, nempe Pontifice rebellantes, grauissimis affecti sunt damnis. Deinde fluuium Tyberis cum immensa militia, & fortitudine armatorum peditum, & sagittariorum copiosa multitudine transiens, Galeriam, & alia Gerardi Comitis Oppida diripuit, Castella omnia Sutrium vsque expugnauit, & Ecclesiasticam Ditionem tutissimam reddidit: Ciaceonio, *c* & alijs hoc scribentibus. B C

a de Regn. Ital. lib. 9. pag. apud me 342. sub an. 1059.

b annal to. 11. anno 1059. pag. 367. & seq.

c In vita Nicolai II. tom. 1. col. 395.

Alexander II. mortuo Nicolao, pridie Kal. Octobris anni 1061. absens creatus Pontifex, auxilio Gottifredi Tusciae Ducis Romam perducitur, ibiquè sine Regis auctoritate consecratur; quod aegrè ferens Henricus Rex, Cadaloum Parmensem Episcopum Pseudopontificem, Honorij II. nomine, Basileae in Conuentu Episcoporum dixit, eundemquè in Italiam misit; hic à Giberto Lombardiae Praefecto summo studio excipitur, & Romam ineunte Aprili perducitur consecrandus; ac 18 Kal. Maias castris ad Vrbem Leoninam locatis, vi prarumpere in eam contendit, Alexandro Lateranum tenente: Romani, & Gottifredus cum valida Tuscorum manu, ingenti animorum alacritate, vt in summo Vrbis periculo adfuerunt, & Lombardorum irruptionem prohibuerunt, ita Gibertus metuens, ne à Mathilde circumueniretur, ab Vrbe recessit, & Cadaloum Mediolanum reduxit: ineunte vere, Cadalous nocturnis ad occultandum aduentum confectis itineribus, ex improuiso ad Vrbem accessit, atque Vrbe Leonina per noctem furto occupata, Basilicam Vaticanam inuasit, sed fraude, illucescente die, detecta, repentè armis à populo petitus, cum impetum eius sustinere non posset, auxilio Cincij Romani hominis potentis, imprimisquè magna ab eo vi pecuniae comparati, in Arcem refugit, ibiquè ab aduersarijs acritèr est obsessus: cuius obsidionis soluendae cum Germani rationem idoneam nullam inuenirent, ad pacem animos conuerterunt, & de Concilio conuocando Mantuae, quae erat in Ditione Mathildis, statutum est: itaque eò & Alexander ipse, & sacer Cardinalium Coetus, & Episcopi fermè Italiae omnes venerunt; & V. Kal. Nouembris summo omnium consensu Cadaloo repudiato, & à sacris remoto, ipse Alexander retentus est: qui ad motus in Campania locis Capuae vicinis à Ricardo Principe Vrbis Patriciatum ambiente excitatos Romam profectus est, & Gottifredum Ducem è Tuscia acciuit; qua re comperta Riccardus sibi metuens, Campania cessit, Iordane, & Gulielmo Riccardi filijs solis cum suis D E

suis apud Aquinum obstare parantibus; Gotifredus autem iam adnito Maio, Pontifice, & Cardinalibus stipatus cum exercitu Aquinum processit, ibiquè per decem, & octo dies cum Northmannis æquo marte, & vario euentu pugnauit; demum res per colloquium transacta, Dux ingenti pecunia accepta domum reperijt.
A Ita Sigonius *a* scribit; confirmat Baronius; *b* & Ciacconius *c* refert his verbis, sed anno 1065. *Rebus omnibus Hildebrandi diligentia in Vrbe pacatis, Alexander Romam redijt, cuius suasu Hildebrandus Gottbofridi Ducis & Mathildis Comitissæ auxiliantibus copiis fretus, quę schismatis tempore Normandi in Campania de Ecclesia Romana vi abstulerant, recepit, pacemquè eum ijs renouauit, & ipsorum Dux Robertus Guiscardus Principatus sui possessionem beneficiario iure ab Alexandro II. quemadmodum etiam à Nicolao II. primùm fecerat, suscepit &c.*

a de Regno Italia lib. 9 sub annis 1061. vsque ad 1066.
b annal. tom. 11 anno 1066. in prin.
c in vita Alexandri II. tom. 1. col. 399. & seq.

Gregorius VII. quanta ab initio Pontificatus ad extremum vsque pro Ecclesiastica ditione tuenda passus fuerit, quiduè contra Henricum IV. aliosquè Sedis Apostolicæ rebelles egerit, ne nimius sim, ad historicos fermè omnes te lectorem reijcio; præcipuè Platinam, Ciacconium, & alios, qui eius collegerunt gesta; ad faturitatem verò Baronium, *d* & Sigonius, *e* quos consule. Verba tamen ab ipso
B Pontifice iam morti proximo prolata non omittam, videlicet. *Dilexi iustitiam, & odi iniquitatem, propterea morior in exilio*; Quæ ex Bibliothecario refert Baronius, addens, quomodo Ecclesiæ pax ipsius Gregorij exemplo quæratur. *Ita planè* (inquit) *persecutionibus indesinentibus, diuersigeneris ærumnis, atque sæpe cædibus Sacerdotum multò fælicius paratur Ecclesiæ pax, libertas acquiritur, atque confirmatur Ecclesiastica, & salus quæritur animarum; sic Sacerdotes suos pugnare, & vincere Christus docuit, cuius passionibus, & infirmitatibus robur, ac fortitudo, ac morte denique vita est fidelibus comparata. Mentior, nisi ista iam experimento rerum præsentium monstrari possint per Gregorium, nempe vendicatas à manibus Principum Ecclesiarum inuestituras, liberam electionem Romanorum Pontificum postliminio restitutam, disciplinam ecclesiasticam collapsam peni-*
C *tus restitutam, & alia innumera bona parta.* Hęc Baronius. *f* Poteris etiam, si lubet, videre huius Pontificis ecclesiastica fulmina contra impium Henricum IV. vibrata, apud Cherubinum. *g*

d in annal. tom. 11. ab anno 1073 vsque ad 1086.
e de Regno Italia lib. 9. sub ijsdem annis.
f in annali sub anno 1085. pag. 587. sub litera B
g in Bullar. nou. tom. 1. pag. 12. & seq.

Victor huius nominis III. a Gregorio VII. dignus, qui sibi in Pontificatu succederer, Cardinalibus, & Romano Clero laudatus; post iterum, ac tertiò Pontificalia insignia recusata, denique Paschate Cassini, cuius Abbas fuerat, celebrato, cum Capuano, & Salernitano Principibus ad Vrbem progressus, extra porticum S. Petri consedit, atque ædem, quam Clemens Pseudopontifex tenebat, egregia suorum opera visus recepit. VII. verò Idus Maij., anno Christi 1087. idest ipsa post Ascensionem Dominica Romanis in Vaticanum egressis, ab Ostiensi, Tusculano, Portuensi, & Albanensi Episcopis ritè consecratus, atque sacra in Sede locatus est;
D postmodum in die S. Barnabæ super Altare S. Petri Missam solemniter celebrans, eadem die auxilio, atque ope Comitissæ Mathildis, traiecto Tyberi, ingreditur Romam; transtyberim enim Vrbem totam, Romanorumquè maximam partem, & omnem penè nobilium cœtum, Castrumquè S. Angeli, Beati Petri Basilicam, Vrbem Ostiensem, ac Portuensem habebat sub ditione sua; morabatur autem apud Insulam Romæ, quæ & ipsa sui iuris erat: verùm quotidie a Giberto Antipapa lacessitus, & hostilibus impetitus armis, quàmuis illi resistere posset, vitans ipse germanus Ecclesiæ Catholicæ Episcopus Victor aduersus Christianos bella gerere, omnem expeditionem militarem aduersus improbos Saracænos, Italiæ iugitèr litora infestantes, Christianosquè captiuos abripientes conuertit, ac vexillo Beati Petri tradito, & noxis omnibus relaxatis, in Aphricam misit, ac per eos centum mil-
E lia hostium cæcidit, & Vrbem eorum maximam cæpit: neque victoria vlla per hæc tempora fuit insignior, quippe eodem die in Italia nunciata; quo est in Aphrica comparata. Hæc Sigonius, *h* & Baronius *i* ab alijs accepta scribunt:

Vrbanus II. Victori III. in Papatu succedit. Hic optimè sciens Summi Pontificis potestatem, & iurisdictionis exercitium, non solùm in Italia, & toto Occidente, cuius immediatè est dominus ex donatione magni Constantini, & aliorum Principum, vt supra vidimus; verùm etiam in Orientali plaga vbique etiam contra infideles tanquam oues Christi per creationem, & præcipuè illos, qui occupando detinent Ciuitatem sanctam Hierusalem, in qua redemptionis humanæ vestigia nituerunt, ex qua salutis in omnem terrarum latitudinem Sacramenta manarunt;

h de Regno Italia lib. 9. sub anno 087.
i in annal. tom. 11. eod. an. 1081

ger-

terram Sanctorum, qui a sæculo fuerunt Prophetarum; terram Apostolorum; terram Domini, & Saluatoris nostri, quam ipse Natiuitatis suæ mysterio initiauit, vita, prædicatione, & miraculis illustrauit, morte, sepultura, & resurrectione sacrauit, Ascensionis suæ triumpho, & paracleti Spiritus aduentu illuminauit, iurisdictionem inquam, & potestatem suam de iure, licèt non de facto, vt Innocentius *a* A
scribit, protractam, & extensam esse, vbi primùm acerbissimus Ecclesiæ hostis Henricus ex Italia cessit, & eius amici ad Conradum Lombardiæ Regnum aduersus patrem adeptum, & ad ipsum Pontificem transierunt, & Castra ab Henrico capta receperat, atque aduersus eum validis munitionibus, præsidijsque confirmauerat, quibus ex rebus non parùm recreatus, ad facinus non tam ad pietatem insigne, quàm ad gloriam futuri temporis illustre, splendidumquè, ad Hierosolymam scilicet, quæ a Saracænis longo iam tempore tenebatur, recuperandam traduxit animum, ac Omnipotenti Deo causam suam protegente, feliciter absoluit: quartò namquè nonas Iulias anno ab Orbe redempto 1099. sub Christianorum Ditione Hierosolyma venit, Sigonio, *b* & alijs multis affirmantibus: lubet tamen hic, vt melius res ipsa videatur, Gottifredi Buglionis epistolam Boemundo Antiochiæ Re- B
gi scriptam apponere. *c Maximis itineribus captis primùm aliquot oppidis Hierosolymam venimus, quæ vrbs arduis montibus circumdatur, fluminibus caret, & fontibus, excepto vnico Siloe amne, & eotenui; multæ insunt cisternæ, vbi asseruentur aquæ, & in vrbe, & in agro. Hinc Arabes, Moabitæ, & Amonitæ orientales sunt; Idumæi, Aegyptij, & Philistæi meridionales. Maritimæ Ciuitates Ptolemaide, Tyrus, & Tripoles; occidentales Tiberias, Cæsarea Philippi regio Decapoleos, & Damascus septemtrionalis. Ego in oppugnatione Vrbis partem muri, quæ mihi obtigerat, primus ascendi, & Balduinum in Vrbem descendere iussi, qui cæsis aliquot hostium cohortibus portas perfregit, & Christianos admisit. Raymundus turrim Dauidis cum preciosissima gaza per deditionem accepit. Ad Salamonis Templum ventum est, ibi peracta fuit pugna, tantaquè hostium cædes, vt cæsorum cruor nostrorum talos superaret. Nocte aduentante, superiora Templi ex-* C
pugnare non potuimus; & altera die Ciuibus miserabili voce pacem acclamantibus data. Atque ita Vrbs Hierosolyma a nobis Idibus Iulij capta est, anno salutis nostræ 1099. die 39. post cœptā obsidionem, qui annus fuit 409. postquam sub Heraclio Saracænis cesserat. Adhæc etiam me reluctantem summo omnium consensu Hierosolymæ Regem acclamauere, qui tametsi tantum Regnum horrescerem, veruntamen dabo operam, vt me Christianum Regem, dequè Fide publica optimè meritum facilè agnoscant. Tu autem me, quod facis, ama. Vale. Plura si cupis de Vrbe Hierosolyma cognoscere, *d* Villalpandum consule. Quæ verò in ipso bello sacro gesta fuerint, præter alios scriptores, latè, & piè prosequutus est Villielmus Tytij Archiepiscopus videndus, prout illum vidit, & sequutus est Baronius, *e* qui nedum bellum, & victoriam a Christianis conquisitam, sed donationem Ciuitatis Tara- D
conensis anno 1091. a Berengario Comite Barchinonensi huic Pontifici factam, & quàm vanis, ac debilibus innixa sit fundamentis Monarchia Regni Siciliæ, scribit: ipsius verò Vrbani mortem his verbis exornat. *Quarto Kalen. Augusti* (anno scilicet 1099. *Vrbanum Papam esse defunctum affirmat. Rebus iam sedatis, munitionibus vendicatis, Romanis omnibus sibi conciliatis, pacequè diù exule restituta, ipsaquè Ecclesia Catholica in statum tranquilliorem vendicata &c.* Et post relata nonnulla Domnizonis carmina eiusdem Pontificis laudes continentia, subdit. *Sed non prætereat, quod ad triumphum pertinet Vrbani Papæ, nimirum eodem tempore contigisse capi Hierosolymam Ciuitatem ab exercitu Christiano sub Godefredo Duce, cuius sanctæ expeditionis, (vt vidistis) idem Vrbanus promotor fuit; sic igitur in Cœlo meruit sanctissimus triumphare, cui non erat in terris par laboribus ho-* E
nor &c.

Vrbano vita functo, Raynerius Monachus Presbyter Cardinalis Pontifex anno 1099. vel inuitus est lectus, ac Paschalis II. vocatus, qui in tanta gratulatione nihil sibi antiquius esse putauit, quàm vt præsentis seditionis reliquias tolleret, Ecclesiamquè pacaret: primùm Clementem apostaticum, deinde Henricum, sibi aggrediendum constituit: ita pecunia opportunè, qua initio Pontificatus ægebat, a Rogerio Duce adiutus, copias, quæ necessariæ videbantur, contraxit, ac bello Albam translato, oppidoquè expugnato, Clementem inde deiecit: is primùm in Castellum

Fu-

a in c. quod super, nu. 4. de voto

b de Regno Italiæ lib 9. pag. 385.
c ex volum. epist. Princip. a Donzellin. collect. pag. apud me 126.

d in explanat. ad Ezechiel. tom. 3 part. 1. lib. 2. cap. 1. & sequen.
e in annal. tom. 11. ab anno 1095 pag 662 litera A vsque ad annum 1099.

Fureonensem abijt, deinde cum inde quoque pulsus longinquiora loca ad salutem appeteret, repentina morte correptus expirauit anno 1100. Quem eius fautor Henricus sextum post annum, à filio in acie victus, ab inimicis contumelias passus, eò necessitatis, ac miseriæ peruentus, vt ab Episcopo Spirensi victum sibi dari apud Spiram in æde Dei Genitricis à se constructa impetrare nequiuerit, ad astantes conuersus dixerit *Miseremini mei vos saltem amici mei, quia manus* Domini *tetigit me*, VII. Idus Augusti anno 1106. Sigonio scribente, *a* ingenti dolore confectus ad inferiora terræ sequutus est. Ad Paschalem redeo, qui Cauas Oppidum, quod Petrus à Columna Ecclesiæ eripuerat, recuperauit, & alia duo Castra Columnam, & Sagarolum eidem Petro ademit; teste Platina, *b* quem sequutus est Sigonius: *c* verùm Baronius *d* rem gestam his verbis enarrat. *Paschalis Papa, cuius munus Apostolicum in eo erat, vt euelleret, atque plantaret, destrueret paritèr, & ædificaret, in his erat totus, vt Romanam Ecclesiam in splendorem pristinum restitueret, atque ea, quæ direpta nouisset, eadem è tyrannorum manibus vendicaret; quænam autem ista fuerint, ita idem qui supra auctor vitæ Paschalis narrat. Eodem tempore D. Papa Ciuitatem Castellanam per suos aggressus, locum natura satis munitum, miro Dei auxilio, virtuteque obtinuit; parum post obtinuit & Beneuentum. His diebus Petrus de Columna Cauas Oppidum de iure Beati Petri inuaserat, sed dum aliena contumaciter retinere nititur, turpitèr amisit propria: egressus Vrbe* D. Papa *Cauas recepit, Columna, & Zagarolum Oppida iuris illius sapientèr expugnata, atque potentèr sunt capta: hic primùm occurrit mentio nobilissimæ familiæ Calumnensium, optassem* (inquit) *Baronius honestioris tituli occasione. Addit, ab eodem Paschale perdomitam Corsorum familiam; insuper Stephanum, atque filium cœpisse, qui inuadentes Monasterium S Pauli, illud in munitionem conuerterant, illique recepti scelератorum manu, haud mediocre facessebat Vrbi negocium; loco capto, eundem Stephanum iussit Pontifex in exilium duci. Hi primi fuere Paschalis Papę labores, qui eum haud leuitèr fatigarunt*. Hæc Baronius. Postquam verò Paschalis ex Gallia in Italiam rediisset, seque Beneuentum ad res Apuliæ componendas contulisset, ibique moram traheret anno salutis 1108. Anagnia, Præneste, Tusculum, Sabinusque tractus, auctoribus Ptolæmæo Sublacensi, cui eam discedens ipse Ditionem commiserat, & Petro à Columna, defecit: quo cognito, Paschalis, simul etiam quòd reditum sibi ad Vrbem ab ijs interclusum videbat, Ricardum Comitem Caietanum auxilio sibi acciuit, atque insidijs eorum superatis, Romam reuersus, bello hostibus vtrisque illato, haud magno negocio bona S Petri recuperauit, ac pacem populis reddidit; ita Sigonio *e* scribente. Quæ verò inter Paschalem, ac Henricum IV. gesta sint in Italia, quantaue damna ab impio Imperatore passa fuisset Romana Ecclesia, eiusque Præsul Paschalis, idem Sigonius *f* prosequitur: Consulendus est etiam Baronius, *g* & alij ferè omnes historici, qui illorum temporum gesta scripserunt, videndi sunt. Addit etiam Sigonius, hoc eodem Pontifice sedente, anno quippe 1115 purificatam esse donationem, quam gliscente inter Gregorium VII & Henricum III. discordia, Mathildis Comitissa Beato Petro fecerat: audiamus ipsius auctoris verba. *Mathildis* (inquit) *in morbum lapsa, per septem mensium spatium est grauissimè conflictata, & cum VIII Idus Maij multis muneribus ædem S Cæsarij in agro Mutinensi donasset, demum IX. Kal. Augusti, annos sex, & septuaginta nata mortem vita sanctissimè acta congruentem oppetijt, atque in Monasterio S. Benedicti ab auo suo inter Padum, & Lanionem constructo sepulturam accepit; mulier non solùm egregia pietate, ac religione omnium, & superiorum sæculorum mulierum præstantissima, sed etiam publicis operibus, arcibus, pontibus, vijs, templis, monasterijs in Lombardia extructis, bellisque assiduis pro tuenda Ecclesiæ authoritate administratis, singularibus laudibus in perpetuum celebranda. Hęc gliscente inter Gregorium, atque Henricum discordia, Lombardiæ, Tuscięque ditionem testamento S. Petro donarat; itaque ea mortua, non defuere, qui nuncijs missis, Henricum ad adeundam* Ditionis *eius hæreditatem in Italiam aduocarent: itaque Parma, & Mantua ad eum peruenit: Ferraria, quam Thedaldus auus à Ioanne XIII. Pontifice acceperat, Romanam ad Ecclesiam rediit: multa præterea in Lombardia ad Padum Castra, & possessiones fuere, de quibus magnæ postea inter Pōtificem, & Imperatorē contentiones extitere, eæque modò huic, modò illi diuersorū beneficio Regum cessere.* Hæc Sigonius; quod etiā confirmat Benuenutus Imolensis, *h* qui post relatā huius Comitissę prosapiā, & gesta, ita sermonem claudit.

Reli-

a de Regn. Ital. lib. 9. ad fi n

b in vita Paschalis II

c. loco cit. sub anno 1102.

d in annal. tom. 12 anno 1100 pag 8. litera A.

e de Regn. Italia lib. 10 sub anno 1108 pag. apud me 298.

f eod. lib 10. ab anno 1110. vsq. ad annum 1118

g annal tom 12. sub ijsdem annis.

h in comment. ad cap. 28. Purgatorij Dantis.

Reliquit autem sibi haredem Ecclesiam Romanam, *cum amplum patrimonium possideret*. Cum autem hæc donatio facta fuisset, vt diximus, sub Gregorio VII. eiusq; Tabulæ sublatæ, aut deperditæ essent, Paschali II. sedente, anno salutis 1102 illam Mathildis renouauit, Baronio *a* teste, qui in Vaticano Codice, quo eiusmodi monimenta descripta leguntur, sed ipsum iam antiquitate nonnihil læsum vidisse ait, A ac fidelissimè reddidit, ad quem, ne nimius sim, te lectorem reijciendum putaui: Huius igitur generosæ mulieris hic meminisse placuit, quia cum nostrum præcipuũ institutum sit, quæ ad tuendos, conseruandos, & ampliandos Status Ecclesiastici fines conferunt, enarrare, non sine aliqua ingenuitatis nota omitti posse putaui, quomodo Ecclesiastica Ditio à tyrannis tentata, vendicata, restituta non semel tantùm, sed perpetuò, quoad vixit, Mathildis Comitissæ armis, militibus, pecunia, corporali præsentia fuit, nec dum satis, post mortem quoque pijssima, ac verè Christiana munificentia non mediocritèr aucta. Quæ omnia præ oculis habens, & grata mente recolens optimus Pontifex Vrbanus VIII. vt tantorum beneficiorum in Apostolicam Sedem collatorum aliquod in ipsa quoque Vrbe monumentum existeret, corpus Mantua huc aduectum, post annum 519. vitali forma exutum, in Basilica Principis Apostolorum locauit, eiusquè memoriam è candido marmore excitandam iussit, B Statua apposita, & in hunc tenorem addita inscriptione;

a In annal. tom. 12. d. anno 1102 pag. apud me 27.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
COMITISSAE MATHILDI
VIRILIS ANIMI FOEMINAE
SEDIS APOSTOLICAE PROPVGNATRICI
PIETATE INSIGNI LIBERALITATE CELEBERRIMAE C
HVC EX MANTVANO S. BENEDICTI COENOBIO
TRANSLATIS OSSIBVS
GRATVS AETERNAE LAVDIS PROMERITVM
MONVMENTVM POSVIT.
ANNO MDC. XXXV.

Gelasius II. post Paschalem Beati Petri Sedem obtinuit anno salutis 1118. VII. D Kal. Februarias. Hic ab Henrico V. Imperatore, quòd sine auctoritate sua consecrari passus esset, hostilitèr insequutus, Capuam profectus est, & Conuentu omnium Episcoporum, quos vndique contrahere potuit, grauissimo decreto Henricum, & Gregorium Antipapam damnauit. His incensus Henricus Vrbe è vestigio cessit, atque oppida Latij Pontificia armis inuasit: in tanta rerum iniquitate nihil sese Gelasius deseruit, imò confestim auxilia Gulielmi Apuliæ Ducis, & Roberti Capuæ Principis, aliorumquè Apuliæ procerum aduocauit, atque aduersus Henricum profectus, ipsum militaris apparatus fama adeo exterruit, vt Gregorio de Fregepanibus commendata Vrbe repentè discesserit. Harum rerum auctorem habeo Sigonium: *b* sed Fregepanum persequutionibus non adhuc cessantibus, Sugerius illius temporis scriptor à Baronio *c* relatus, ad Francorum Regem confugisse his verbis scribit. *Siquidem vnicum illud, vsitatum, tutum, certumquè refugium fuit semper* Romanis *Pontificibus persecutione vexatis* Regnum Francorum, *ipsos Francorum Reges* E *adire, à quibus & dignè consueuissent suscipi, dignius retineri, atque dignissimè, cum facultas adesset, compressis hostibus, ad* Romanam *Ecclesiam reuocari; adeout si quis dicat, Portum* Romanę *Ecclesię fluctuantis Nauiculę Petri Galliam esse, non mentietur. Hinc Gelasius cum tyrannide Imperatoris per* Romanos *à Sancta Sede Romana Ecclesia arceretur, ad protectionem Serenissimi Regis Ludouici, & Gallicanę Ecclesię compassionem, sicut antiquitus consueuerunt, confugit*. Hæc Sugerius.

b de Regn. Ital. lib. 10 sub anno 1118.
c annal. tom. 12. eod. anno 1118. pag. 127. lit. D.

Cali-

Calistus II lateris dolore consumpto iam Gelasio, a Cardinalibus, qui cum eo
erant Viennæ Comitia habentibus, adiunctis clericis, laicisquè Romanis, Kalen. Fe-
bruarij anni 1119. Summus Pontifex renunciatus est: eodem anno Rhemis Synodo *a in annal. tom.*
congregata, præter alia, quæ ibi sancita sunt, hæc tertio loco leguntur à Baronio *a* *11. d. anno 1119.*
A his verbis relata. *Vniuersas Ecclesiarum possessiones inconcussas in perpetuum, &* *pag. 137. lit. B.*
inuiolatas esse decernimus; quòd si quis eas abstulerit, aut inuaserit, aut potestate
tyrannica detinuerit, iuxta illud Beati Symmachi capitulum anathemate perpetuo
feriatur &c. Romam inde tendente Calixto, Gregorius Pseudopontifex, Burdinus
etiam dictus, Sutrij se continuerat, Comitum quorundam præsidio septus: hi siue
auaritia obcœcati, siue insolentia inflati infestas latrocinijs vias habuerant, eosquè,
qui Romam tenderent, spoliabant; ob id Calixtus ira incensus, collecto exercitu,
ad Sutrij obsidionem Ioannem Cremensem Cardinalem misit: verùm obsidione
opus non fuit; Gregorius enim à Sutrinis subitò deditus, is Camelo, verso in cau-
dam ore, impositus, Romamque ignominiosè reductus, nouo omnibus ludibrio fuit;
demum in Cauense Monasterium inclusus, inglorius mortem oppetijt. Ita Sigonius: *b de Regn. Ital.*
B *b* latius tamen rem hanc prosequutus est Baronius, *c* qui anno superiori Calixtum *lib. 10. sub anno*
Beneuentum venientem, vt Northmannos ad expugnationem Sutrinæ munitionis *1121. pag. 417.*
hortaretur, Villelmo Duci Apuliæ, & Calabriæ confirmasse ait, quæ antea Nicolaus, *c annal. tom. 12.*
& Alexander, atque Gregorius Roberto Guiscardo ipsius Villelmi auo, atque dein- *sub eod. an. 1121*
de Vrbanus, & Paschalis Romani Pontifices eius patri Rogerio Duci donauerant;
ac demum idem Paschalis, eiusquè Successor Gelasius ipsimet Villelmo côcesserant.
De rebus verò in Vrbe à Calixto gestis Vincentius Bellouacensis à Baronio *d* rela- *d loco cit.*
tos ita scribit. *Ad pacem autem perpetuò conseruandam, eundem Pontificem turres*
Cencij Frangipanis, quæ erant officinæ iniquitatum, & præsidia tyrannorum, demoli-
tum esse, alias verò Ecclesiæ proficuas erexisse, Pandulphus affirmat. Sic igitur Di-
uina potentia factum, vt Ecclesia Romana Imperatoris schismatici oppressa tyrannide,
C *schismatici Papæ labefactata dedecore, nobilium insuper Romanorum oppressione cal-*
cata, & ignominia deturpata, breui temporis spatio gloriosè de hostibus triumphans,
ex insperato surrexerit, & pacem simul cum libertate Deo volente receperit. Hæc Ba-
ronius, qui in sequenti anno, nempe 1122. ad plenissimam instaurandam Ecclesiæ
pacem, reuocandamquè exulem diù, longiusquè propulsatam concordiam Laterani
indictum generale Concilium, interuenientibus 300. & amplius Episcopis scribit;
& indicatis Sanctionibus à Gratiano, qui hoc sæculo claruit, in eius librum *Decre-*
tum appellatum translatis, ab ipso tantùm omissa refert, & in Canone XV. hæc ha-
bes. *Si quis monetam falsam scientèr fecerit, aut studiosè expenderit, tanquam ma-*
ledictus, & pauperum virorum oppressor, nec non Ciuitatis turbator à fidelium con-
sortio separetur &c. In ipsa quoque Lateranensi Synodo compositas, & sedatas esse
controuersias tot annis inter Romanam Ecclesiam, ac Imperatores agitatas, ipsius *e de Regn. Ital.*
D Calixti Pontificis, & Henrici V. Imperatoris literæ testantur, à Sigonio, *e* Baronio, *lib. 10.*
f Laertio Cherubino, *g* & alijs multis relatæ, quarum tenor est, qui sequitur. *Ego* *f in annal. tom.*
Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Aug pro amore Dei, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, *12.*
& D Papæ Calixti, & remedio animæ meæ dimitto Deo, & SS. Apostolis eius Petro, *g Bull. nou. lib. 1*
& Paulo, & Sanctę Catholicæ Ecclesię omnem inuestituram per anulum, & bacu- *pag. 17.*
lum, & concedo in omnibus Ecclesijs fieri electionem, & liberam consecrationem.
Possessiones, & Regalia Beati Petri, quę à principio huius discordię vsque ad hodier-
num diem, siue tempore patris mei, siue etiam meo ablata sunt, quæ habeo, eidem
S. R. E. restituo, quæ autem non habeo, vt restituantur, fidelitèr iuuabo. Possessio-
nes etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tam clericorum,
quàm laicorum, consilio Principum, & iustitia, quas habeo reddam, & vt reddantur,
E *fidelitèr iuuabo: & do veram pacem Calixto Papæ, S. R. E. & omnibus, qui in*
parte ipsius sunt, & in quibus S. R. E. auxilium postulauerit, fidelitèr iuuabo, & in
quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi iustitiam faciam &c. Quę omnia
consilio, & assensu Principum, quorum nomina subscripta sunt, acta fuerunt.

Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus.
Fridericus Coloniensis Archiepiscopus.
Otto Bambergensis Episcopus.
B Spirensis Episcopus.
A. Augustensis Episcopus.
G. Traiettensis Episcopus.

R *V. Con-*

V. Constantiensis Episcopus.
E. Abbas Fuldensis.
Northomannus Dux.
Bonifatius Marchio.
Theobaldus Marchio. A
Cynulphus Comes Palatinus.
Obertus Comes Palatinus.
Berengarius Comes.
Godefredus Comes.

Ego Fridericus Coloniensis Episcopus, & Cancellarius recognoui.

Hoc autem Priuilegium aureo signo ipsius Imperatoris munitum in Archiuio Romanę Ecclesiæ tenetur reconditum. Hæc Baronius ex parte Henrici Imperatoris. Ex parte verò Pontificis ita Calixtus.

Ego Calixtus seruus seruorum Dei Dilecto filio suo Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo, electiones Episcoporum, & Abbatum Theutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in presentia tua fieri absque simonia, & aliqua violentia, vt si qua inter partes discordia emerserit, Metropolitani, & Prouincialium consilio, vel iudicio saniori parti assensum, & auxilium prabeas: electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quę ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quę ex his iure tibi debet, faciat. Ex alijs verò partibus Imperij consecratus infra sex menses Regalia per sceptrum à te recipiat: De quibus verò mihi querimoniam feceris, secundùm Officij mei debitum auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore huius discordiæ. Data anno millesimo centesimo vigesimo secundo, IX. Kal. Octobris. Hæc apud Cherubinum, & alios locis citatis. B

Honorius II non sine magno schismatis periculo post Calixtum Beati Petri Sedem anno salutis 1124 obtinet: Dignam annalibus sacram historiam hoc anno cõtigisse refert Baronius; victoriam quippe, Deo Opt. Max. eausam protegente, a Christianis vix ad tria millia extimatis contra Saracænos duodecim millium excedentes numerum, apud Ascalonam comparatam; in bello enim septem millia, in aquis verò quinque millia Saracænorum perierunt, omnes verò Christiani incolumes euaserunt, Baronio *a* rescribente. Ad Honorium reuertamur, qui nihil aliud maiori studio cupiebat, quàm Rogerium, qui Apuliam inuaserat vendicare; ad dignitatem Sedis Apostolicæ pertinere existimans capitales cum eo inimicitias, qui tam impudentèr auctoritatem suam contemneret, exercere; verùm proprijs viribus nunquã id ausus fuit attingere. Anno igitur 1127 Roberto Capuano Principe, Raidulpho Comite Tirolæ, Conuersanensibus, Grimoaldo Principe Barensi, & alijs Baronibus adiuuantibus, Apuliam contra Rogerium venit, vt illinc eum expelleret: Rogerius verò cunctando rem sibi tutiorem agnoscens, pugnandi copiam offerre distulit, quousque Barones, qui pro Pontifice erant, tædio, & necessitate compulsi, inter se diuisi ad propria remearunt: Honorius autem bellum hoc suarum non esse virium ratus, Beneuentum redijt, quem Dux Rogerius è vestigio prosequutus, & missis Nuntijs, in gratiam receptus, in ponte, qui supra Sebetum est, accepto vexillo, Apuliæ Dux ab ipso Pontifice renunciatus, Romanæ Ecclesiæ ligium se fecit, & homagium præstitit; Baronio, *b* Sigonioquè *c* testibus. Addit Ciacconius. *d Inde Signiam Romanę Ecclesiæ acquisiuit.* C D

a in annal. tom. 12. sub an. 1124 pag. 160. litera C, D.

Innocentius II. in durissimo schismate contra Anacletum Pseudopontificem verus Christi Vicarius in locum Honorij II. Pontificales infulas induit, D Bernardo *e* teste, qui tunc in humanis erat, & magnus in vinea Domini operarius ad hoc schisma sedandum fuit. Ipse verò Pontifex Innocentius post longam peregrinationem per Galliam, aliasquè Mundi partes, Romam anno salutis 1133 reuersus, & cum in Constantiniana Basilica (cum Vaticana ab Anacleto Antipapa detineretur oppressa) Lotharium Regem Imperiali Diademate decorasset, hoc ab eo fidelitatis iuramentum habuit. *Ego Lotharius Rex promitto, & iuro tibi D. Papæ Innocentio, tuisquè Successoribus securitatem vitæ & in membris, & mala captionis, & defendere Papatum, & honorem tuum, & Regalia S. Petri, quæ habes, manutenere, quę non habes, iuxta meum posse recuperare &c.* Soluta iam Lateranensi Synodo, contra Rogerium E

b in annal. tom. 12. anno 1128
c de Regn. Ital. lib. 11. an. 1127. & seq.
d in vita Honorij II
e in epist. 124. Hildeberto Turonensi Archiepiscopo scripta.

Siciliæ Regem, quòd non solùm adulterinum Papam veneratus fuerat, sed etiam communione piorum interdictus in pertinacia permanebat, atque electiones, & consecrationes Episcoporum ad se contra decreta trahebat, Sanctum Germanum, aliaquè Ecclesiæ loca per vim occupabat, Romanorum exercitu comparato, Leonis
A IX. exemplo, eodemquè belli exitu arma inferri iussit; capitur enim, Deo permittente, Pontifex, & loco miraculi habitum est, vt Baronius *a* scribit, quòd Innocentius Papa captiuus ductus, & sub libera potestate Regis, imò hactenus tyranni crudelissimi constitutus, qui eum adeo prouocasset, & per Lotharium Imperatorem sæpe vicisset, ac per Ducem Apuliæ Rainulphum sæpe superasset (omnium namque bellorum promotor ipse ob recuperanda Ecclesiæ bona fuerat) nihilominus ab eo omnem reuerentiæ, & honoris cultum acceperit, ac fidelitatis iuramentum pro inuestitura Regni Siciliæ, & à filijs pro Ducatu Apuliæ, & Principatu Capuano, quos iam illi sibi armorum potentia vindicassent, & pacificè possiderent, tanquam a victis, & superatis extorsisset; cum tanta fuisset in hanc vsque diem in tyranno feroci-
B tas, & insita natura crudelitas, vt hostibus ne quidem parceret defunctis; siquidem Rainulphi Ducis, & Brunonis Episcopi, quos viuentes habuerat inimicos, è sepulchro educta cadauera per plateas trahi iussit. Hæc Baronius. *b* Tiburtes quoque, Prænestini, Tusculani, Albani à Pontifice defecerunt, quos tandem ad obedientiam redactos, eum pœnas ex Tiburtibus præsertim, à Romanis capi denegasset, Romanorum tumultus, & defectiones expertus est, ac tantum ex ea re solicitudinis hausit, vt languore confectus, VII Kal. Octobris anno 1143. perierit; Sigonio *c* teste, qui superioribus annis multa per Innocentium, Lothario Imperatore adiuuante, pro finibus Ecclesiasticæ Ditionis tuendis, ac recuperandis contra Rogerium gesta fuisse narrat, apud ipsum videnda: & adde ex Platina, *d* & Io. Michaele Bruto, *e* Rogerium Regni Neapolitani ad Ecclesiasticam Ditionem spectantis inuasorem expulisse, & Rainonem Lotharij Comitis Apuliæ Ducem, vt Rogerio noua molienti ob-
C staret nuncupasse; videndus Sigonius. *f*

Lucius II. anno salutis 1144. Summus Pontifex renunciatus. Dum Romani nouos excitant tumultus, etenim Senatoribus, quos instituerant, non contenti, Patricium celsioris Magistratum fastigij adiecerunt, ac vectigalia omnia tam vrbana, quàm peregrina Pontifici erepta ei attribuerunt, Pontificemquè sacris decimis, & largitionibus Dignitatem tueri suam iusserunt; dum inquam Romani hæc perperam agunt, longè positi Principes ab extremis terræ laudant, & prædicant Romanam Ecclesiam; siquidem Alphonsus Portugalliæ Dux pietatis ergo suum Ducatum Romanæ Ecclesiæ vectigalem annuo censu vnciarum auri quatuor constituit; ex Baronio. *g* Romanorum tamen insanas actiones blanditijs primùm impedire contendit Lucius, deinde inanes eas expertus, vim adhibendam putauit: itaque postero ineunte an-
D no exercitu comparato, Senatores in Capitolio obsedit, Ordinem illum, qui libertatis Romanæ erat fundamentum, cupiens abolere, vt Sigonius *h* scribit.

Eugenius III. perditissimo tempore, quo bello ciuili Vrbs flagrabat, & Arnaldi Brixiensis sceleratissimi hominis hæresis, libertati Ecclesiæ, & illius temporali dominio penitus contraria, vigebat, extra Cardinalium Collegium (Abbas enim Monasterij S. Anastasij trium fontium Ordinis Cisterciensis à D. Bernardo electus erat) repentè ob periculum imminens in locum Lucij II. sufficitur anno salutis 1145. Cum autem tutus in Vrbe morari nequiret, Viterbium profectus est, ibiquè auditis Legationibus è Syria missis de damnis ab infidelibus illatis; Edessa quippe capta, Antiochia, atque Hierosolymis in discrimen adductis, antecessorum exemplo, Vr-
E bani præsertim, monitus, Christianos Principes & literis, & nuncijs ad opus verè sanctum, ac pium excitare non distulit. Quas verò literas ad Ludouicum Franciæ Regem dedisset Vetrallæ Tusciæ Oppido prope Viterbium sito X Kalen. Decembris scriptas, Sigonius, *i* & Baronius *k* referunt. Omnibus autem, quæ ad causam Orientalem pertinebant, satis, vt tunc potuit, constitutis, obstinata Romanorum insolentia grauitèr perinde ac par erat incensus, eos vlcisci, atque armis ad pristinum Ecclesiæ studium, obsequiumquè traducere statuit: itaque Lucij exemplo, haud molli rem agendam brachio ratus, Tibures, cæterosquè Latij populos, quorum causa ad eum furorem Romani venerant, ad arma sollicitauit, atque ipsos eorum ope Romanos inuasit: Romani cum per aliquot dies acerrimè restitissent, tandem tectorum euersionem, patriæ, fortunarumquè amissionem extimescentes, pacem petierunt, eamquè demum his conditionibus impetrarunt. *Vt Patricium*

R 2 *abro-*

a in annal tom. 12. anno 1139. pag. apud me 285

b loc. cit.

c de Regn. Ital. lib. 11. sub anno 1143. pag. 450. & seq.

d in vita.

e de instauratione Italiæ, lib. 2.

f loco cit. sub an. 1137. pag. 443.

g in annal tom. 12. an. 1144 pag. 307. litera D.

h de Regn. Ital. lib. 11. pag. apud me 453.

i de Regno Ital. lib. 11. sub anno 1145.

K in annal. d. anno tom. 12.

abrogarent, Vrbi Præfectum, qui Pontificis arbitrio eo munere fungeretur, restituerent, Senatores ex Pontificia auctoritate tenerent; & Arnoldum turbarum concitorem Vrbe, eijcerent, Sigonio *a* teste; Moritur interea Corradus Rex Romanorum; Fridericus non filius, sed nepos Regalia Principibus approbantibus capit: hic cum Eugenio Pontifice has præcipuè conuentiones inijt, à Baronio *b* relatas. *Nec treguam, nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Rege Siciliæ sine libero consensu, & voluntate Romanorum, & D. Papæ Eugenij, & Successorum suorum: Pro viribus laborabit Romanos subiugare D. Papæ sicut melius vnquam fuerunt à centum retro annis. Honorem Papatus, & Regalia Beati Petri sicut deuotus, & spiritualis Aduocatus S. R. E. contra omnes homines pro posse suo seruabit, & defendet; quæ non habet, recuperare pro posse iuuabit, recuperata defendet.* Hæc Baronius, apud quem poteris etiam videre, quænam Pontifex Regi promisisset, licèt à promissis recedere coactus, culpa ipsius Regis, suarum promissionum obliti. Addit denique idem auctor Baronius *c* ex Vaticano Codice: *Hic recuperauit Terracinam, Setiam, Narniam, & Arcem Fummonis, quæ à dominio Beati Petri iamdiu alienata fuerant. Hic vniuit Episcopatum Vehtrensem cum Ostiensi, & Sanctæ Rufinæ.* B A

Hadrianus IV. anno salutis 1155 Summus Pontifex creatus. Primo sui Pontificatus anno, quòd Vuillelmus Siciliæ Rex contra matrem, & dominam suam Sacrosanctam Romanam Ecclesiam procacitèr cornua erexisset, & congregato exercitu, Beati Petri ditionem inuasisset, Beneuentanam quippe Ciuitatem aliquandiù obsidendo, burgos concremando, in Campania Villam, & Castrum Babucum, aliaquè immunita loca expugnando, contra eum Beati Petri gladium exerens solemni ritu à fidelium communione seiunxit, armato milite coercuit, ac demum ligium de more homagium facientem, Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, & Calabriæ, ac Principem Capuæ comprobauit, Sigonio *d* teste: sed magis latè Baronius, *e* qui Vuillelmi diploma facti seriem continens ex Vaticano desumptum affert, vnà cum ipsius Hadriani confirmatione. Fridericum Regem, vt Imperialia per ipsius manus reciperet ornamenta ad Vrbem accedentem, seruata semper Apostolicæ Sedis maiestate, certis pactionibus excepit; præcipuè tamen fuerunt, vt Arnoldum Brixiensem hæresiarcam, quem Vicecomites Campaniæ à Magistro Gerardo Card. Diacono S. Nicolai apud Occiculos abstulerant, ipsius Pontificis Legatis Cardinalibus restitueret, digno supplicio afficiendum, prout à Petro Vrbi Præfecto igne crematum, proiectis in Tyberim cineribus, fuisse, scripserunt multi à Baronio *f* relati. Recusante verò Friderico stratoris officio fungi, ad pacis osculum recipere distulit, quousque requisitis ab eo antiquioribus Principibus, qui cum Rege Lothario ad Papam Innocentium venerant, & prisca consuetudine diligentèr inuestigata, & communi fauore totius Regalis Curiæ decretum est, vt idem Rex pro Apostolorum Petri, & Pauli reuerentia stratoris officium Hadriano Pontifici exhiberet, quo peracto, ad pacis osculum recepit. Tiburtini à dominio, & iurisdictione Beati Petri subtrahere se cupientes, ad præsentiam Imperatoris cum clauibus Ciuitatis accedentes, sequè ipsos, ac Ciuitatem illi subijcientes, vt ab eodem Imperatore, cognito, quòd iamdiù populus hic, & Ciuitas deiure Beati Petri esset, Apostolicæ Sedi redderentur, obtinuit, iniuncto etiam Tiburtinis ipsis præcepto, quatenus eidem Papæ tanquam domino, & patri suo fidelitèr obedirent: quod quidem præceptum ex actis Hadriani Pontificis desumptum rescribit Baronius. *g* Tentatus etiam à populo, vt Senatoribus Vrbis administrationem remitteret, disertè id se facturum negauit; quod iniquo animo populus passus, Vidonem Cardinalem Sanctæ Pudentianæ ad eum se conferentem inuasit, ac vulneribus multis nouo impietatis, ac furoris exemplo affecit: ea de causa Hadrianus sacris populo interdictis Vrbe abijt, atque Vrbemuetum cum aula Cardinalium commigrauit, Sigonio *h* affirmante, qui addit sub anno 1157. Regiam ibi Pontificiam condidisse, equestrem manum Vrbis præsidio instituisse, Ciuitati clauium insignia dedisse, multasquè circum in Castris Ecclesiasticis muniriones erexisse, inprimisquè Radicofanum in monte muniuisse: multis etiam priuilegijs Ciuitatem eandem Vrbeuetanam, & Episcopatum decorasse scribunt Manentes, *i* & Monaldus *k* ambo Vrbeuerani: confirmat quoque Bergomensis *l* in hæc verba. *Hic itaque (Hadrianus scilicet) Romanam Ditionem plurimùm auxit, & circa lacum S. Christinæ, seu Vulsinum multa Castella erexit, atque muniuit, & prædia Comitibus coemit; primusquè Pontificum Vrbemuetum inhabitauit,* C D E

quam

a loco supra cit. pag apud me 436. in fin. & seq. in prin.

b in annal. tom. 12. anno 1152. pag 378. lit. C. D

c annal. tom. 12. anno 1153 pag. 384. lit. E.

d de Regno Ital. lib. 12. an. 1156. & alibi.

e in annal. tom. 12. sub eod. anno 1155. pag. 403.

f in annal tom. 12. anno 1155. pag. 390.

g loco cit. pag. 395. litera E.

h de Regno Ital. lib. 12. ad fin. anni 1154. & 1157

i histor. lib. 1. pag. 9.

k in Comment. lib. 5. pag. 34. & seq.

l in supplem. chronic. lib. 12. in Hadrian. IV. pag. apud me 287

quam etiam mœnibus, & ædibus cultiorem reddidit &c. Denique non omittam, quæ ad rem nostram Baronius *a* ex Codice Vaticano desumpta refert his verbis. *Hic* (Hadrianus nempe) *Beati Petri Patrimonium in magnis possessionibus, & ædificijs plurimum auxit; comparauit autem Castrum Corolanum, aliàs Coranum à* A *Buccaleonis pro quadraginta libris: duo quoque optima Molendina posita apud Sanctam Christinam ab Hildebrando, & Bernardo filijs Vgolini Comitis de Galmagnano pro centum vndecim libris eiusdem monetæ: nihilominus comparauit etiam Roccam S. Stephani cum medietate proximi ab ijsdem Comitibus pro centum quadraginta octo libris afferam & quinque solidorum eo tempore, quo scriptum est in publico instrumento: Recepit etiam eorundem Comitum Terrarum Ditionem, sicut continetur in publico eorum instrumento, quod est in Archiuijs positum, & in propriam Beati Petri hæreditatem acquisiuit: fecit & munitionem in Castro Radicofano turribus munitam, & alto fossato defensam: & locum Orchestrum, quod erat spelunca latronum, pro pace, & securitate illius Terræ populauit, & muris, ac turribus non* B *sine multis expensis muniuit &c.* Hęc Baronius.

Alexander III. durissimo schismatis, & Imperatoris Friderici sæuissimi hostis tempore Summus Pontifex Hadriano sufficitur. Anno 1166. Gulielmum cognomento bonum alterius Gulielmi filium Ecclesię Romanę beneficiarium Regni Siciliæ agnouit, Sigonio *b* teste. Per decem, & octo annos Nauicula Beati Petri sæuissimis agitata procellis, ad cuius clauum Alexandro verò, & legitimo Pontifice firmo, constantiquè animo sedente, diro schismate, quo triplici capite latrante Cerbero perterritus, & fatigatus est Catholicus Orbis, iam sublato, paceque suo decore postliminio restituta, optatum Venetijs tenuit portum: ibi enim conuenientibus Summo Pontifice, S.R.E. Cardinalibus, ac Prælatis, Imperatore, Proceribusquè suis, ita Imperator ipse Fridericus effatus est, & scripto confirmauit. *Cum Imperatoria, ac Regia Maiestas ad hoc in terris ordinata sit, vt per eius operam totus Orbis pacis gaudeat* C *incremento, Nos, quos Deus in solio Imperij Romani constituit, eam diligentèr amplecti, & feruentiùs conseruare debemus, ac volumus. Inde est, quòd pacem Ecclesiæ, & Imperij, secundùm quod à Principibus nostris, & Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ disposita est, & ordinata, & in scripto Principum nostrorum sigillis signata continetur, sicut per interpositam personam iurare fecimus, sic præsenti scripto nos obseruare promittimus, & confirmamus, & ratum in posterum permanere volumus, & sic deinceps obseruabimus, & faciemus, quatenus in nobis fuerit,* Deo *propitio obseruari. Datum apud Venetias in Palatio Ducis XV. Kal Octobris, Indictione X.* Hęc Imperator à Baronio *c* relata. Quomodo res ista processerit, ex literis ipsius Pōtificis Rogerio Eborecensi Archiepiscopo, & Hugoni Dunelmensi Episcopo scriptis, in Bullario nouo *d* impressis cognosce; quas etiam apud Baroniū loco citato habes, licèt ipse Petro Cassinensi Abbati, & Capuano Archiepiscopo scriptas dicat, & con- D testem habet Sigonium. *e* Literarum verò tenor hic est. *Exigunt grauissima &c. vt Sponsa sua Sacrosancta Ecclesia, diù, & grauitèr procellosis fluctibus, & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit, & pacatis sæuientibus procellis, debita, & desiderata tranquillitate lętetur. Sanè duodecimo Kalend. instantis mensis Augusti de mandato charissimi in Christo filij nostri Friderici Illustris Romanorum Imperatoris, præsentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam secularibus Theutonici Regni, publicè in anima eius, in præsentia nostra, coram innumerosa hominum multitudine præstiterunt, tactis Sacrosanctis Euangelijs, iuramentum, quòd postquam idem Imperator veniret Venetias, omni quæstione, & contradictione sopita, pacem Ecclesiæ, sicut per fratres nostros, & Principes suos disposita est, & tractata, & pacem charissimi in Christo filij nostri Vuillelmi Illustris Siciliæ Regis vsque ad quindecim annos, & treguam Longobardorum vsque ad sex annos in anima sua, & etiam à Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis, & tregua continetur, iuramento firmari. Et Principes Theutonici Regni, scilicet venerabiles fratres* E *nostri Magdeburgensis, Coloniensis, & Christianus dictus Moguntinus Archiepiscopi, & quidam alij in anima sua pro se iurare fecerunt. Nono verò Kal Augusti præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat, & dispositum, venit ad Ecclesiam Beati Nicolai, quæ per vnum milliare distat à Venetijs, & ibi tam ipse, quàm Archiepiscopi,* Episcopi, *& alij Principes Theutonici Regni abrenunciantes schismati, per fratres nostros* Episcopos, *& Cardinales de mandato nostro, pręsentibus quibusdam alijs, ab-*

solutio-

a annal. tom. 12 sub anno 1159. pag. 416. lit. E.

b de Regno Ital. lib. 14. sub anno 1166. ad fin pag. 525.

c in annal. tom. 12. sub an. 1177. pag. 598. lit. E.

d tom. 1. pag. 29.

e de Regno Ital. lib. 14. pag. apud me 549.

solutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam Beati Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum, & mulierum præsente, & alta voce reddente gratias, & laudes Altissimo, nobis sicut Summo Pontifici obedientiam, & reuerentiam, humilitèr, & reuerentèr exhibuit, & recepto à nobis pacis osculo, nos deuotè dextrauit, & cum reuerentia, qua decuit, & deuotione, vsque ad Altare in Ecclesiam introduxit. Sequenti verò die in festo Beati Iacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Ecclesiam S. Marci solemnia celebraturi Missarum accessimus. Et nobis illuc venientibus præfatus Imperator extra Ecclesiam obuiam venit, & dextro latere nostro deuotè suscepto, nos in Ecclesiam introduxit: & peractis Missarum solemnijs, nos vsque ad ipsius Ecclesiæ portam dextrauit. Et cum ascenderemus palefredum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, & omnem honorem, & reuerentiam nobis exhibuit, quam prædecessores eius nostris consueuerunt antecessoribus. Erit igitur &c. Datum Venetijs in Riuoalto, septimo Kalendas Augusti. Huius facti exemplar in Aula Regia Palatij Vaticani depictum habes. Præterea ad rem nostram addit Baronius *a* hæc. *In diebus illis cum hac agerentur, C. Comes Bertinori absque liberis decedens Venetijs, pro remissione delictorum suorum, parentumquè ipsius, Castrum ipsum Bertinorum, quod alio nomine dicitur Susulianum, & totam terram suam (licèt ab antiquo iuris Beati Petri fuerit) sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ in propriam hæreditatem donauit, & ad maiorem donationis ipsius firmitatem, D. Alexandro Papæ, eiusquè Successoribus publicum exinde instrumentum fieri fecit: Quamobrem pro recipiendis inuestituris ipsius Castri, quod est caput Comitatus totius, Pontifex absque mora illuc misit Raynerium Diac. Card. & R. Subdiaconum, & P. Sarracenum Dapiferum suum, per quos inuestituram, & possessionem illius Comitatus in potestatem, & dominium Sedis Apostolicæ recepit, & detinuit*; hodiequè detinetur: Quamuis parùm abfuisset, quin hæc detentio nouum belli, ac diffidiarum incendium excitasset; nam Fridericus nulla habita iuramenti ratione, diuinis, & humanis legibus violatis, simul ac est ingressus Aemiliam, collectis militibus, statim Bertinorum Castrum munitissimum est aggressus, licèt multiplici iure ad Ecclesiam pertineret: quæ quidem perfidia mirum in modum Alexandri Pontificis, & omnium Romanæ Ecclesiæ Procerum animos incendit, ne tamen recens pax vtilissima, Ecclesiæ, & Imperij concordia dissolueretur, potius hoc ad tempus pati, & dissimulare dignum duxerunt, vt Baronius *b* scribit, addens, Alphonsum Portugalliæ Ducem ab ipso Alexandro Papa titulum Regis accepisse ob res aduersus Arabes præclarè gestas, quæ cuncta Alphonsus accepta ferens, Diuinæ gratiæ gratus Deo ipse obtulit Regnum illud S. R. E. sub cuius iugiter protectione consisteret, persoluturus annis singulis loco census duas auri marcas; quod factum nedum ex eiusdem Alexandri Diplomate, sed etiam ex epistolis Innocentij III. constare in Codice Vaticano testatur Baronius, *c* quem vide etiam in vita Lucij II. dicentem, ab eodem Alphonso tunc Duce Ducatum Portugalliæ Romanæ Ecclesiæ vectigalem fuisse factum: ex Honorij III. quoque Diplomate hoc idem constare, & legi posse in Vaticana Bibliotheca, idem Baronius *d* scribit.

A

B

C

D

a loco cit. pag. 698. litera D.

b in annal. loco cit. pag. 721. in fin. & pag. seq. in prin.

c loco cit. to. 12. anno 1179. pag. 745. lit. E.

d loco cit. pag. 747. lit. A.

Lucius III Lucensis, Alexandro vita functo, Christi Domini Vicarius, & Beati Petri Successor anno 1181. eligitur, qui cum consuetudines aliquas Romanis seruare negasset, indignati sunt, & Ecclesiasticam Ditionem rapinis, & iniquis combustionibus afflictauere: Pontifex, Christiano Moguntino Archiepiscopo Friderici Imperatoris Cancellario, & exercitus ductore adiuuante, Romanos ad proprios lares reuerti coegit, quos prædictus Cancellarius persequens, omnia ad Romanos pertinentia deuastauit, eosquè ad portas vsque Ciuitatis insequutus, suburbana incendio absumpsit; sed iniecto à Romanis in aquam veneno, & hæc Cancellario propinata, vltimum ipse, & mille homines diem clauserunt, dissolutusquè est exercitus, & in fugam versus. Ex quo Romani acriùs in Lucium Pontificem insurrexerunt; quibus non valens proprijs viribus resistere, à Christianis Principibus per Legatos auxilium implorauit, receptaquè ab eis, præsertim Angliæ Rege, pecunia, hac interueniente, sibi, & Ecclesiæ pacem necessariam cum Romanis fecit. Huius facti auctor est Rogerius à Baronio *e* relatus. Verùm Sigonius, *f* & Ciacconius *g* non ita negocium inter Papam, & Romanos gestum fuisse narrant: quippe insigni contumelia à Romanis accepta ex Vrbe recedens Pontifex, Velitras primùm, deinde Anagniam adiens, diuturno ibi tempore mansit; cum verò in Vrbem reuertendi nulla

E

e annal. tom. 12. anno 1183.

f de Regno Ital. lib. 14 pag. 555.

g in vita.

nulla ei amplius spes superesset, in Lombardiam cum Curia (Petro Tusculano Episcopo Vicario Vrbis relicto) profectus est, vbi Veronæ hominem exuit. Dissenserat enim Romanus Populus à Romanis Pontificibus de Vrbis administratione annis plus minus 50. ab Innocentio II. vsque ad Gregorium VIII. Innocentius, & Cœlestinus II. animi dolore perierunt: Lucius II. penè occisus. Eugenius III. Alexander III. Lucius III. ex Vrbe eiecti. Vrbanus III. & Gregorius VIII. exilium passi: ita Andreas Victorellus *a* ad Ciacconium.

A

a in vita Gregorij VIII. ad fin.

Clemens III. Pisis à Cardinalibus XXII. ex decreto Alexandri III. anno Domini 1188. Summus Pontifex renunciatus est. Ab ipsa creationis die id vnum in mente potissimùm habuit, vt cum Romanis conciuibus suis pacem componeret, quæ ob Senatorum Ordinem, & Patricij Magistratum ab ipsis Romanis institutum, per annos 50 plusué minus, vt diximus, exulauerat. Pisis igitur discedens Romam venit, & ab omni populo honorificentissimè susceptus, pacis conditiones, vt Cencius Camerarius in libro censuum S. R. E. scribit, à Ciacconio *b* relatus, ita firmatæ sunt. Vt Vrbs in Romani Pontificis potestate esset. Vt abrogato Patricio, Præfectus restitueretur. Vt Senatores annui ex Pontificis auctoritate crearentur, qui in Pontificis verba iurarent, & sacramento fidem, pacem, & si opus esset, subsidium Romanę Ecclesiæ promitterent. Vt Populus Romanus Basilicam Vaticanam, & redditus S. Petri, quos bello durante occupauerat, liberè, & integrè restitueret. Vt vectigalia, & redditus publici in potestate Pontificis sint, ea lege, vt tertia pars Populi vsibus cedat. Vt Romanæ Ecclesiæ, & Summi Pontificis maiestatem, honorem, & potestatem S P. Q. R. coleret, & tueretur. Vt Romanus Pontifex Senatoribus, Iudicibus, Aduocatis, & Scriniarijs, & Senatus Ministris consuetas largitiones, & donaria, quæ Presbyteria vocantur, statis temporibus tribueret. Vt idem certam annuam pensionem pro murorum Vrbis restauratione solueret. Tusculum solo æquari Pontifex promitteret, & infra certum tempus Populum Romanum ad eam expeditionē adiuuabit, ea tamen lege, vt eo diruto, ager etiam, & homines in potestate Romanæ Ecclesiæ sint. His pacis conditionibus actis, & iuratis, diuturna quies, & tranquilla Ecclesiæ tempora sequuta sunt. Hæc Ciacconius: sed magis latè rem hanc prosequutus est Baronius, *c* dum verba ipsius Cencij Camerarij refert, videnda.

B

C

b in vita Clementis III.

c in annal. tom. 12. anno 1188. pag. 811.

Cœlestinus III. Clementi III. in Apostolica Sede sufficitur anno salutis 1191. Sequuta coronatione, coram eo Populus Romanus institit, vt ex conuentione inita cum prædecessore Clemente, in eorum manibus Tusculum traderet; traditione sequuta, adeo hostili aggreditur animo, vt Templis, domibus, ædificijs omnibus solo æquatis, lapis supra lapidem non remanserit. Sic igitur vlciscente Numine (etsi res atrox nimis videri posset, vt Ciuitas antiquissima excideretur) tubis tamen Sacerdotalibus perstrepentibus cecidit Ierico aduersatrix Romanæ Ecclesiæ: nam eius Comites Apostolicam Sedem diù summa sæpius ignominia affecerant. At vindicta ista plurima fuit admixta misericordia, vt S Antoninus *d* à Baronio *e* relatus scribit, cum nonnisi in parietes fuerit vindicatum, liberis iussis exire ciuibus absque alicuius ex ipsis internecione; qui vt sua rura colerent, in locis proximis figere sedes, alijs Castrum Molariæ incolentibus, alijs Roccam Papæ in Albanis montibus sitam, alijs Roccam Periuram, quæ nunc Rocca Prioris honestiori vocabulo nuncupatur, in summo Algido collocatam, alijs habitantibus Castrum S. Cæsarij haud longè à Crypta ferrata situm, reliquis verò eiusdem Tusculi Burgum, nempe suburbia Ciuitatis, in quæ & Sedes Episcopalis est translata, occupantibus, & vulgò Frascatum dicitur ex rei euentu ita nominatum, cum ad tegumenta tuguriorum arborum cæsi sint rami, & erectis stipitibus superpositi. Ita Baronius. *f* Hoc etiam Pontifice sedente, anno scilicet 1192. Pontificatus II. Cencius Camerarius consulturus rebus temporalibus Romanæ Ecclesiæ, aggressus est opus valdè vtile, vt census, qui tunc S. R. E. à diuersis persoluebantur, scriptis mandaret; cui volumini in eius argumentum ita præfatus est. *Incipit liber Censuum Romanæ Ecclesiæ à Cencio Camerario compositus, secundùm antiquorum Patrum Regestra, & memorialia diuersa Anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nonagesimo secundo, Pontificatus Cœlestini Papæ III. anno II.* Hæc Baronius. *g* Anno autem sequenti, nempe 1193. Cœlestinus Vrbemuetum adijt, & Ditionem fermè omnem, quam ademerat Henricus, recepit: ita Clusium, & Monspolitanus cum suis finibus redierunt, extorribus exilium iussum esse sancitum, præsidio Vrbis equestris militia restituta; Sigonio *h* id

D

E

d par. 3. tit. 17. §. 24.

e in annal. tom. 12. anno 1191. pag. 829 lit. A. B

f loco cit.

g d. tom. 12 an. 1192. pag. 859. littera E.

h de Regno Ital. lib. 15. an. 1139 pag. 576.

id attestante. Moritur etiam anno Christi 1197. Pontificatus Cœlestini septimo Henricus Imperator, qui testamento ita cauit: *Imperatrix Consors nostra, & Fridericus filius noster D. Papæ, & Romanæ Ecclesiæ exhibeant omnia iura, quæ a Regibus Siciliæ consueuerunt habere, & D. Papæ securitatem faciant, sicuti Reges Siciliæ Summo Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ facere consueuerunt. Si verò prædicta Consors nostra præmoriatur, filius noster secundùm ordinationem nostram remaneat, & si filius noster sine herede decesserit, Regnum Siciliæ ad Romanam Ecclesiam deueniat. De Imperio ordinamus, quòd D. Papa, & Ecclesia Romana illud filio nostro confirmet; & pro hac confirmatione Imperij, & Regni volumus, quòd tota terra Comitissæ Mathildis restituatur D. Papæ, & Romanæ Ecclesiæ, præter Medisinam, & Argelatam cum eorum pertinentijs. Et insuper ordinamus, & volumus, vt tota terra de Ponte Payle, cum Monte Fortino liberè dimittatur D. Papæ vsque ad Ceperanum, & quòd Ecclesia Romana habeat Montemflasconem, cum omnibus pertinentijs suis. Insuper præcipimus Marcoualdo Senescalco nostro, vt Ducatum Rauennatem, Terram Brictinori, Marchiam Anchonæ recipiat à D. Papa, & Romana Ecclesia, & recognoscat etiam ab eis Medisinam, & Argelatam cum eorum pertinentijs; de quibus omnibus bonis securitatem et iuret, & fidelitatem faciat sicut domino suo: in morte verò si sine herede decesserit, Ducatus Rauennæ, & Terra Brictinori, & Marchia Anchonæ, Medisina, Argelata cum earum pertinentijs in dominio Ecclesiæ remaneant.* Huc vsque Regis Henrici testamentum à Baronio *a* relatum; subdens ibi, ita fuisse pro parte exequutioni demandatum, vt magna pars Tusciæ, quam idem Henricus Imperator, & prædecessores sui abstulerant Romanis Pontificibus, reddita sit D. Cœlestino Summo Pontifici, videlicet Aquapendente, & S. Christina, & Monsflasconum, & Radicofanum, & S. Quiricus cum omnibus pertinentijs eorum, redditaque sunt ei Sicilia, Calabria, Apulia, & omnes Terræ, quæ fuerunt Regis Siciliæ, sicut proprium patrimonium S. Petri. Hæc Baronius loco cit. à Rogerio in annalibus Anglorum, & ex quibusdam actis Innocentij III. in Archiuio Auenionensi repertis mutuata.

a annal. tom. 12 anno 1197. pag. 895. lit. B.

Innocentius III. mortuo Cœlestino, Pontificiam, & Apostolicam Dignitatem anno salutis 1198 legitimis peractis comitijs induit. Primùm autem omnium, cum per id tempus Episcopi, & Consules Ciuitatum Actruriæ communis aduersus Philippum tuendæ gratia libertatis fœdus inter se percusserunt, atque exemplo Lombardorum fœderis ipsius magistros, moderatoresquè legissent, talem ipse societatem improbauit, quòd neque vtilis, neque honesta Ecclesiæ esset; imò verò, inquit, cum Ducatus Tusciæ ad ius, & dominium Ecclesiæ Romanæ pertineat, vt priuilegijs contineri perspeximus, nullam eos inter se societatis nomine fœderis facere pactionem oportuit, nisi saluo per omnia iure, atque auctoritate Romanæ Ecclesiæ. Ita Sigonius *b* habet; addens, quòd consecratus est inde VIII. Kal. Martias in Cathedra S. Petri: quo facto Petrus Præfectus Vrbis accessit, atque in Consistorio Palatij Lateranensis publicè iurauit, se ei, & Successoribus eius, & Romanæ Ecclesiæ fidelem contra omnes homines fore, & inuestituram ab eo Præfecturæ per mantum recepit, atque in manibus eius ligium, vt vocabant, hominium fecit, poculo ab eo aureo beneuolentiæ monumento donatus. Quibus peractis, ad patrimonia Ecclesiæ, quæ occupata, ac beneficij, seu feudi nomine donata à Friderico, atque Henrico Imperatoribus fuerant, repetenda animum conuertit. Erant autem Marcoaldus, qui Romaniam, & Marcham Anchonitanam, Philippus, qui Tusciam, Conradus, qui Ducatum Spoletanum tenebant; misit ergo exercitum in Romaniam, præcepitquè Rauennati Archiepiscopo, & Suffraganeis eius, vt Carsidonio Legato adessent in Exarchatu Rauennæ, & Brittonorij Comitatu recuperando: ad Marcoaldum autem, qui Ecclesiasticorum agros in Marchia fœdè populabatur, Cardinales destinauit duos, rogatum, vt desisteret, & execratum, si pertexisset: in populatione verò persistens, execrationem à Cardinalibus inflictam Innocentius confirmauit; Romaniæ verò Ciuitates, quamuis Interdicto notatæ ad sanam mentem redire negantes, Bononiensibus in auxilium accitis, ad pacem petendam, & obsequium Ecclesiæ exhibendum adductæ sunt. Cæsenates quoque populi ab exercitu impetiti, ad auctoritatem Ecclesiæ reuocati fuerunt. Conradus cum se diris à Pontifice deuotum execrationibus cognouisset, eo nomine, quòd bona Ecclesiæ repetita non redderet, Religione tactus, coram populo Narniensi sacramentum solemne concepit, se vniuersam terram, quæ erat Ecclesiæ, redditurum, ac statim Fulgineum, & In-

b de Regno Ital. lib. 15. pag. 585.

Intetaminam restituit, atque omnes populos sacramento sibi præstito liberauit, & in potestate, arbitrioquè Pontificis esse iussit, & in ipsius Pontificis manibus dimisso Ducatu, ad Ecclesiæ obsequium redijt; ibiquè Cardinali Legato constituto, Spoletanos, Reatinos, Fulginates, Assisiates, Eugubinos, Perusinos, Castellanos, & Tudertinos, vt dicto audientes essent, mandauit. Quibus rebus vulgatis, Innocentius omnibus esse in ore, atque oculis cœpit, vt qui solus post tot annos Ecclesiam in pristinum locum dignitatis, ac potentiæ restitueret, remquè non vi magis, quàm Pontificia auctoritate conficeret. Constantiam quoque Imperatricem, & Fridericum eius filium, sicut Henricus pater in testamento, vt vidimus, dispofuerat, sexcentorum squifatorum censu Siciliæ Reges constituit, literis ad vtrumque missis, quarum tenorem Sigonius loco iam citato refert. Marchiam quoque bello adortus, haud magno admodum certamine vniuersam ad Ecclesiæ auctoritatem post tot annos adduxit. Aragoniæ etiam Regnum, Petro Secundo (post recepta ab ipso Innocentio Regalia ornamenta) promittente, tributarium Romanæ Ecclesiæ 250. Mahozematinorum aureorum minimorum solutione in singulos annos, constituit anno salutis 1204. 3. Idus Nouembris: coronationis Bullam refert Laertius Cherubinus; *a* instrumentum verò, quo Petrus Secundus Regnum suum Beato Petro tributarium fecit, à Ciacconio *b* relatum habes. Ioannes item Anglorum Rex domesticis seditionibus vexatus, auxilio Diuino, & humano vsurus, Angliam, & Hiberniam Prouincias Regni sui Romanæ Ecclesiæ, Innocentio III. pro ea acceptante, anno 1213. vectigales fecit, easquè beneficiario iure ab eodem Pontifice cum annua mille marcarum strilingorum pensione suscepit, cuius concessionis publicas extare Tabulas Romæ in Hadriani Mole scribit Ciacconius, ex quibus desumptum exemplar affert, loco citato. Fridericus quoque II. Imperator vt aliquod gratitudinis signum daret erga Pontificem, qui nullum, dum puer erat, optimi tutoris, & patris officium erga ipsum omiserat, Fundanum Comitatum Romanæ Sedi donauit, vel antea datum, & occupatum restituit; eodem Ciacconio *c* teste. Vides igitur Lector, quanto studio sanctiss. hic Pontifex bona temporalia Ecclesiæ Romanæ in hac Occidentali plaga tutauerit, & ab occupatoribus vindicauerit. Neque tamen hoc ad Pontificale munus satis esse putauit; siquidem suam quoque potestatem, & gladium extensum esse sciens contra infideles tanquam oues Christi per creationem, præcipuè illos, qui occupando detinent Terram Sanctam natiuitate, habitatione, & morte Iesu Christi consecratam, cum hanc à Saracænis occupatam vidisset, Christianos Principes, Catholicosquè omnes ad arma capessenda, propositis spiritualibus, temporalibusquè præmijs, Indulgentiarum scilicet, & priuilegiorum, excitauit, bellumquè Cruciata nuncupatum, quia milites Cruce signati erant, contra Saracænos anno 1215. indixit, vt eius Constitutio *d* 19. Kalend. Ianuarij. Pontificatus anno 18. promulgata demonstrat, & historici testantur ferè omnes.

Honorius III. post Innocentium III. anno salutis 1216. in Apostolica Sede locatus, maxima, quæ in Fridericum II. beneficia ab ipso, & prædecessoribus suis collata fuerant, execranda perfidissimi hominis, & à maioribus suis minimè degenerantis ingratitudine compensata cognouit: siquidem Othone IV. Imperij titulis priuato, ipsoquè Friderico in eius locum subrogato, ab Honorio confirmato, & in Siciliæ Regnum, eodem Pontifice procurante, restituto, vbi se Imperatorem confirmatum sensit, illicò in Romanam Ecclesiam insanire, & omnia perturbare, lacerare, ac rapere cœpit. Cum autem Summus Pontifex armis huic resistere nequiret, anathemate notauit, & Imperij Dignitate priuauit; ac Deum, & gloriosos Terræ Principes Petrum, & Paulum vltores expertus est: primò enim Henricum filium suspicione affectati Regni, vel vt alij volunt; zelotipiæ zelo in carcere necauit: inde apud Parmam Vrbem prælio superatus, coronam, & ditissima quæque ornamenta, & decem millia armatos amisit: Henricus alter filius legitimus à Bononiensibus, quorum agros infestabat, occisus est: in Apuliã traijciens graui morbo correptus, dum conualescere cœpit, à Manfredo filio ex ancilla suscepto suffocatus interijt: Conradus item filius ex vxore Ioles Ioannis Hierosolymitani Regis filia procreatus ab eodem Manfredo propinato veneno perijt; Iacobo Philippo Bergomensi teste. *e* Hoc etiam Pontifice sedente, tunc primùm Comitatum Venaysinum Romana Sedes obtinuit: & Bohemi sanctissimo huic Pastori, obsidibus etiam datis, promiserunt, se in fide, & obedientia Romanæ Ecclesiæ perpetuò futuros: vniuersum Scotiæ Re-

a Bullar. nou. t. 1. Const. 8. Innoc. III. pag. 40.

b In vita Innoc. III. col. 635. litera D. & seq.

c Loco cit. col. 637. litera D.

d Const. 12. in Bull. nou. tom. 1. pag. 42.

e In supplem. chronic. lib. 13. anno 1212.

a Ciacconius in vita Honorij III

gnum sub protectione Sedis Apostolicæ suscipitur. *a*

Gregorius IX, Honorio vita functo, Summus Pontifex anno salutis 1227. omniũ Cardinalium suffragijs renunciatus est. Pacem post multa cum Friderico Imperatore composuit, Siciliæ Regnum beneficiario iure more maiorum, præter Ecclesiæ Vrbes conceffit; anathemate Fridericus solutus, obsequijs vsque ad osculationem pedum præstitis, in Pontificis gratiam redijt; quæ cum in perfida, & simulata Imperatoris mente certam non haberet sedem, tanquam frumentum, quod cecidit super petram natum aruit, quia non habebat humorem: siquidem cum esset Gregorius Reate, illuc etiam Fridericus accessit, & multis de rebus habito inter ipsos sermone, in hanc sententiam venere, vt primo quoque tempore Romanos coniunctis copijs adorirentur, præsertim quòd abeunte Pontifice temerariè Senatot legem tulisset, quam plebs sciuit, vt nullum ius, nullaque iurisdictio, nulla potestas in Vrbe Romana Pontifici amplius esset, sed omnia Senatorum arbitrio gubernarentur: decepit tunc Pontificem, vt semper solitus erat, Fridericus, quippequi in Regnum ad compescendos filij Henrici motus abiens, Præfecto suo mandauerat, vt clam Romanis faueret; Pontificis enim potentiam ferre non poterat: qua perfidia commotus Pontifex, Germanis militibus ad castra Ecclesiæ transgredientibus magna stipendia pollicetur, ex quo tanta eorum multitudo confluxit, vt Raynerio Capoccio Viterbiensi Diacono Card. S. Mariæ in Cosmedin, ex Apostolicæ Sedis Legato, Romanis, qui cum Ecclesiæ copijs aperto marte congredi nusquam ausi sunt, pulsis, Hetruria, Sabinus ager, & omnia vsque ad Vrbem recuperata sunt. Castri Mirandæ Regulos sicariorum, & hæreticorum fautores carceri inclusit, eisquè arcem illam infanorum hominum asylum vi eripuit. Reate Romam, vbi aptius expeditioni transmarinæ vacaret, redire constituerat Pontifex, quod ne faceret prohibitus est à Petro Fregepane Cancellario viro in Vrbe primario, qui partes Imperatoris sequebatur; is Friderici opibus fretus, seditione in populo concitata, Pontificem Vrbis aditu vetuit, qui Interamna Viterbium accedens, partem suam in Vrbe vigentem animauit; hæc impetu in Petrum Fregepanem facto, domum, & turrim eius, quæ Cancellaria dicebatur, euertit. Gualdum S. R. E. acquisiuit. Montisflasconis, & Radicofani arces muniuit. *b* Symmachi Sanctionem, quam supra retulimus, prædiorum Ecclesiæ alienationem prohibentem, suo diplomate confirmauit; & loca quædam specialioris inhibitionis vinculo adstringendo speciali expressione notauit. *c* videlicet in Campania Castrum Fumonis, Paliani, Serronis, & Lariani: in Maritima Aquam putridam, Ostiam, quam Episcopus Ostiensis tenet à Romana Ecclesia, saluo in omnibus Episcopi Ostiensis iure, Ariciam, Nympham, Tolan. Coram, Cisternam, Terracinam: in Tuscia Montemflasconem, Orlele, Montem altum, Radicofanum, Pien. Aquampendentem, & Bulsen, cum tota Valle laci: in Ducatu Spoletano Roccam de Cesis, & Roccam de Gualdo: in Episcopatu Spoletano Roccam Sacrati, Brusin, Lorin. & Roccam de Saxo: in Episcopatu Narniensi Castrum S. Gemini, Castrum Strunconis, Mirandam, & Castrum Ocricull: in Sabina Roccam antiquam, & totam sabinam cum omnibus Castris, & Villis: in Marchia Anchonitana Roccam de Plorago, Serraualle, & Turrin. de Patma. Hæc Gregorius IX. in diplomate sub dat. Laterani 17. Kalend. Februatij anno salutis 1234. Pontificatus VII.

b Ciacconius, & alij in vita.
c Constit. 6. §. 3. Bull. nou. tom. 1. pag. 55.

Innocentius IV. adhuc iniquitatis filio Friderico II. viuente, & Romanam Ecclesiam persequente, anno salutis 1243. Summus Pontifex eligitur. Et omnes honestas conditiones de pace componenda cum ipso Imperatore frustra tentatas (rennit enim semper vir ille vafer quæ de Ecclesiastico iure occupauerat, Viterbium præsertim, & alia in Hetruria, Marchia, Vmbria, Campania, Aemilia loca restituere) Concilio Lugduni XVI. Kal. Augusti Pontif. III. conuocato, anathematis vinculo iam à Gregorio IX. ligatum eundem Fridericum iterum damnauit, deposuitque; *d* & vt contra immanissimum tyrannum Romanæ Ecclesiæ Principes, Cardinales scilicet ad Apostolicæ Sedis iura defendenda magis excitaret, proprium insigne pileum, & galerum rubrum Cardinalibus duodecim à se creatis dedit, quo significaretur, eius Ordinis homines caput suum, cum opus esset, pro Ecclesiæ libertate tuenda gladio offerre paratos esse, eo præsertim tempore, quo Romana Sedes à prædicto Friderico II. vehementèr vexabatur; Platina, & alijs multis hoc affirmantibus. Cum autem implacabilis hostis conuocatis ex tota Italia copijs suis,

d Const. 3. Bull. nou. tom. 1. pag. 62.

quas

quas ad 60. millia hominum fuisse constat, obsidere Parmam instituit, ad quam tuē-
dam magno profectò Ciuitates sociæ cum Legato Apostolico auxilio conuenerant:
Legatus autem biennio constanti animo obsidionem passus, tandem erumpens Fri-
dericum nihil tale metuentem fudit, fugatquè, & eum castris omnium copia refer-
A tis spoliat; ea clade Fridericus coronam magni pretij, & vasa aurea magni ponderis
amisit, vt Petrus Messia, *a* Ciaconius, *b* & alij scribunt.

Vrbanus IV. Cardinalibus licèt in paruo numero, nouem scilicet, alter alteri ce- *a in vita Friderici II.*
dere nolentibus, sed omnibus ad inuicem recusatis, cum esset Patriarcha Hierosoly- *b in vita Innocentij IV.*
mitanus, Summus Pontifex anno salutis 1261. electus, & acclamatus est. Cum
Manfredi vires Guelphis Hetruscis exactis augerentur, Ecclesia verò mirum in mo-
dum oppressa esset, nouas enim saracenorum copias in Latium misit, qui omnia
igne, ferroquè vastarunt; in Picenum agrum nutantem digressi Prouinciam occupa-
runt: Vrbanus his rebus perterritus, Viterbio, quòd minùs tutum Oppidum erat,
Vrbemueterem nobilem Tusciæ vrbem accedens, loci aspectu, & securitate de-
lectatus, per biennium ferè in ea cum Romana Curia permansit, ibiquè contra
B Manfredum Romanę Ecclesię hostem conuocato Concilio, seu multorum Prela-
torum Conuentu, statutum est, vt Carolus Ludouici Francorum Regis frater, &
Dux Andegauensis in Italiam cum Siciliæ Regis titulo vocaretur; at Manfredus,
qui pro eius violentia cum fautoribus suis excommunicatus fuerat, Siciliæ Regnum
occupans, cum Terras Patrimonij Beati Petri inuadere destinasset, magnum Sara-
cenorum, & infidelium exercitum ad Castrum vsque Arronis Spoletanæ Diœcesis
direxerat; Pontifex verò Christianorum multitudinem sua prędicatione ad Aposto-
licę Sedis defensionem conuocauit, & Crucesignatorum multitudo copiosa accurrit,
quæ licèt ardenti animo infidelium copias aggredi, & superare adiuuante Deo spe-
raret, attamen Christus Dominus causam protegens suam, non hominum viribus,
aut equorum, sed dexteram suę Maiestatis, & potentię extendens, sponsæ suę Eccle-
się dotem prodigiosa victoria tutatus est; nam exercitus infidelium Dux Perceuallus
C vocatus de Auria, cum multa contra Deum, & Christum Dominum per iocum, &
confabulationem blasphemaret, fastuquè elatus, dum nec valdè profundum, nec
aquarum copia refertum amnem pertransit, magno, & generoso equo insidens, &
Beati Petri Patrimonium hostilibus armis inuadere gestiens, equus continuò in a-
quam corruens, vnà cum sacrilego eius sessore suffocatus est, imò in profundum de-
mersi amplius reperti, aut visi non sunt; quo prodigio illius exercitus iam perterri-
tus, nullo duce, aut ordine seruato in fugam actus, à Crucesignatis insequutus, ma-
gna ex parte neci traditus, aut in seruitutem redactus est, Ciaconio *c* teste. Recu- *c Ciaconius in vita Vrbani IV.*
perauit etiam Vrbanus Castrum Trebarum, Forentini, & Vallis petri in valle Spole-
tana: Castrum construxit nobile, & munitum in Castro Trebij, & cum vellet æstiuos
vitare calores, Montem Flasconem adijt, in quo turrim ædificauit, & domum habi-
D tationis construxit. Recuperauit Insulam Marthanam à Iacobo de Vico duodecim
annis violentèr occupatam, quæ iuris Ecclesiæ erat. Recuperauit Insulam, quæ Bi-
zantina dicebatur, Vrbanamquè deinceps de nomine suo appellari voluit, eamquè
muniuit. Castrum item Valentani à Pandulpho Viterbio recuperauit. Castrum e-
tiam Proculi parum à Spoleto distans, quod solebat Spoletanorum oculus appellari.
Acquisiuit Castrum Mirandæ ab iniusto detentore vsurpatum. Castrum etiam Ble-
dæ, quod Petrus Præfectus Romæ moriens Ecclesiæ Romanæ reliquerat, & Petrus
de Vico occupauerat, & retinuerat. Hæc habes in additionibus ad Ciaco-
nium. *d*

Clemens IV in locum Vrbani IV. anno 1265 à Cardinalibus locatur. Eo sedente *d in addit. ad vitam Vrbani IV. tom. 1. col. 724.*
Carolus Andegauensium Dux per Legatum à prædecessore Vrbano in Italiam voca-
E tus aduenit, & à Manfredo Beneuentum profectò expectatus in planis, patentibus-
què campis consitterat, vt equestri copia, qua plurimùm valebat, concertaretur;
quanquàm ex itinere miles fessus esset, ita tamen acritèr dimicatum est, vt Manfre-
di copiæ validè pugnantes se in fugam dederint; exercitusq; eius reliquiæ fugantur,
cæduntur, in hostiumquè potestatem veniunt. Manfredus pulcher aspectu, crine
flauus, decorusq; vultu captus, & occisus est à Carolo, qui tanta potitus victoria,
Beneuentoq; capto, & sæuissime direpto, quid gestum esset, per literas Pontificem *e della nobiltà d'Italia par. 2. della famiglia Frangipane, pag. apud me 64 à tergo.*
docuit, à quo vtriusque Siciliæ Rex appellatus, Regnum hoc vltra, & citra pharum
certis conuentionibus à Francisco Zazera *e* relatis beneficiario titulo illi concef-
sit, & Romanæ Ecclesiæ ligium fecit. Gibellinos Romanæ Ecclesiæ hostes

S 2 adeo

adeo depressit, & supplicio affecit, vt pugnæ ipsius die, dum Pontifex Viterbij concionaretur, estasi raptus publicè clamauerit, hostes Ecclesiæ cæsos, fugatosquè esse; quod ipsi Diuinitùs reuelatum fuisse ferunt.

Gregorius X. post Clementem IV. anno salutis 1271 Kal. Septembris sedere cœpit; Pontificalia tamen insignia, cum esset absens, Romam profectus, VI.Kal. Apri- A lis anno 1272. in Basilica Principis Apostolorum accepit; Platina, & alijs id attestantibus in vita. Eo sedente Venesini, seu Venaysini Comitatus in Gallijs existens ad Romanæ Ecclesiæ immediatum dominium peruenit: vtquè illius dominium,& fines sine læsione permanerent, temporale regimen eiusdem commisit Priori Prioratus Hospitalis Hierusalem de S. Aegidio; vt ex literis ipsius Gregorij ab Andrea Victorello *a* descriptis apparet, quarum tenor est. *Vniuersum Ecclesiæ Romanæ dominium humilitèr regi, & disponi suauitèr affectantes, de Terra Venaysini, quæ est eiusdem Ecclesiæ specialis, eò circumspectiorem curam gerimus, quò ipsa nouitèr ad illius immediatum reducta dominium, eius debet foueri mansuetudine, & moderamine communi, vt in prærogatiua regiminis Apostolici sui status conseruationem agnoscat, & noua lætitia priuilegio delectetur.* B *Quoniam igitur eam habemus de tua discretione fiduciam, vt omnia in sapientiam dirigantur, quæ Officialibus in manuum tuarum operibus disponentur, curam, custodiam, administrationem, regimen, ac iurisdictionem prædictæ Terræ totius Venaysini quoad temporalia tuæ solicitudini vsque ad nostrum beneplacitum præsentium auctoritate committimus, per Apostolica scripta tibi mandantes, quatenus huiusmodi administrationem &c. tanta vigilantia prosequaris, quòd inde possis apud Deum, & homines de fideli industria, & fructuosa diligentia commendari, & dignam nobis, ac supradictæ Ecclesiæ reddere rationem. Redditus autem, & prouentus ibidem supradictæ Ecclesiæ debitos nostro, & eiusdem Ecclesiæ nomine integrè colligas, & fidelitèr custodias, ac conserues; faciens eiusdem nomine præstare fidelitatis debitæ iuramenta ab illis, qui olim ea nostris ad hoc Nuntijs minimè præstiterunt. Contradictores districtione, quæ conue-* C *nit, appellatione postposita, compescendo. Datum Lugduni 5. Kal. Maij Pontif. nostri* III. Et sequitur instrumentum promissionis seruandi contenta in prædictis literis, celebratum à prædicto Priore coram venerab. viro D Guillielmo de S. Laurentio D.Papæ Camerario, quod si lubet, per te ipsum legito.

Nicolaus III. anno Dominicæ Natiuitatis 1277 Summus Pontifex creatus. Vbi primùm Viterbio Romam accessit, in eam rem præcipuè incubuit, vt Caroli Siciliæ Regis, & Senatoriis Vrbis amplitudinem nimiùm elatam reprimeret: eum primùm Hetruriæ Vicariatu priuauit; Senatoris deinde munus eripuit, lege edita, qua cauebatur, ne Imperatori, Regi, Principi, Duci, Marchioni, Comiti, neuè fratris filio, aut nepoti ipsorum, aut alicui quauis polleret potestate, aut honore, Senatoriam Dignitatem, aut alium Magistratum Romæ petere, vel obire liceret: qui D verò ad id munus vocaretur, id vltra annum non obtineret sine publicis Sedis Apostolicæ literis. Hac ratione Carolo Rege priuato, se ipsum Pontifex Senatorem perpetuum constituit, & in sui locum Prosenatores duos creauit, Ioannem Columnam, & Pandulphum Sabellum, Romanam Rempublicam constituit: ita Ciacconius, & alii in vita huius Pontificis. Cum Rodulphus Romanorum Rex Gregorio X. in Italiam è Concilio Lugdunensi redeunti se redditurum promisisset Exarchatum Rauennatem, Flaminiam, & Aemiliam Prouincias, quas Imperatores Ecclesiæ Romanæ ereptas diù possederant, Nicolaus Pontifex id per Legatos à Rege repetiit; Rodulphus misso Oratore, in publico illas Consistorio Romanæ Ecclesiæ restituit, quam rem Germaniæ Principes comprobarunt, ac Diplomatibus firmarunt, Ba- E ronio *b* teste, dum probat, facultatem eligendi Regem Romanorum, vt postea ad Orbis Imperium à Summo Pontifice sublimetur, ex concessione Sedis Apostolicæ in Germanos Principes dimanasse: qua sumpta occasione Baronius ait, extare literas omnium Electorum Imperii, confirmantes donationes factas, vel innouatas à Rodulpho Romanorum Rege, & aliis prædecessoribus Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ; & cum omnium dictarum literarum vnum, idemquè sit argumentum, Ludouici Comitis Palatini Rheni Ducis Bauariæ tantùm refert ex Vaticano Codice desumptas, licèt seorsim à Vaticana Bibliotheca in Castello Sancti Angeli loco tutiori asseruentur, vbi selecta maioris momenti monumenta recondita habentur, ne pereant: literarum verò tenor hic est. *Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ Vniuersis præsentem paginam inspecturis salutem in Auctore salutis.*

a *in addit. ad Ciaccon. in vita Clem. V. ad fin.*

b *in annal. tom. 10 sub anno 996 in fin. & seq. in princ.*

salutis: Complectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia quadam quasi germana
charitate Germaniam, illam eo terrenę Dignitatis nomine decorauit, quod est super
omne nomen temporalitèr tantùm præsidentium super Terram, plantans in ea Prin-
cipes tanquam arbores praelectas, & rigans illas gratia singulari; illud eis dedit incre-
A *mentum mirandæ potentiæ, vt ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen*
electum per ipsorum electionem illum, qui fræna Romani Imperij teneret, germina-
rent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare
maius Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius
nutum excutit, & conuertit, vt eius præsidio Pastorum Pastor adiutus, oues sibi
creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet, & corrigat ad
vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & bonorum. Vt igitur omnis
materia dissensionis, & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam, &
Imperium auferantur, & duo gladij in domo Domini constituti debito fœdere copu-
lati se ipsos exerceant, in vtilem reformationem regiminis Vniuersi, & nos in actu
voluntatis, & operis inueniamur filij deuotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam, quàm
B *Imperium confouere tenemur; quidquid per Dominum nostrum Rodulphum* Dei
gratia Romanorum Regem *semper Augustum sanctissimo Patri, &* Domino *nostro*
Nicolao Papæ *III. eiusdemq; Successoribus, & ipsi Romana* Ecclesiæ *recognitum, confir-*
matum, ratificatum, innouatum, denuò donatum, declaratum, siue concessum, iura-
tum, & actum, seu factũ est per priuilegia, vel quæcumque alia scripta quorũcumque
tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innouationibus,
confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis, seu gestis tam aliorum Im-
peratorum, & Regum Romanorum prædecessorum Regis eiusdem, quàm ipsius Regis,
super fidelitate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores, & Reges Ro-
manis Pontificibus, & ipsi Ecclesiæ impendendis, ac possessionibus, honoribus, & iu-
ribus eiusdem Ecclesiæ, & nominatim super totam Terram, quæ est à Radicofano
C *vsque* Ceperanum, *Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra* Comitissæ *Ma-*
thildis, Ciuitate Rauennæ, *& Aemilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Foroliuij, Fa-*
uentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, *Adrianis, atque* Gabello, *Arimino, Vr-*
bino, Monteferetro, Territorio Balnensi, Comitatu *Brectonorij,* Exarchatu *Rauenna,*
Pentapoli, Massa trabaria cum adiacentibus Terris suis, & omnibus alijs ad præ-
dictam Ecclesiam *pertinentibus, cum omnibus finibus, territorijs, atque insulis in*
terra, mariquè, prouincijs, ciuitatibus, territorijs ad loca prædicta quoquo modo
spectantibus; nec non super Ciuitate Romana, *&* Regno *Siciliæ, cum omnibus ad eã*
spectantibus tam citra pharum, quàm vltra; Corsica *quoque, atque Sardinia, &*
cæteris terris, ac iuribus ad ipsam Ecclesiam *pertinentibus, nos nostri nomine Prin-*
cipatus in omnibus, & per omnia approbamus, & ratificamus, ac iisdem omnibus,
D *& singulis, & quibuscumque alijs super iisdem per eundem* Regem *quoquo mo-*
do factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque
consensum vnanimitèr, atque concorditèr exhibemus, & promittimus, quòd con-
tra promissa, vel aliquod promissorum nullo vnquam tempore veniemus: sed ea
omnia, & singula pro posse nostro procurabimus inuiolabilitèr obseruari. Et vt hæc
nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus, atque promissio à
nobis eisdem Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ in perpetuum obseruentur, hoc præ-
sens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumquè sigillorum munimine roboratum.
Actum, & datum anno Domini *1279. 14. Kalend. Aprilis Indict. 7. regnante*
prædicto Domino *nostro Rodulpho Romanorum Rege glorioso, Regni eius anno*
sexto:

E Bonifacius VIII. an. sal. 1295 Christi Domini Vicarius, & B. Petri Successor à Car-
dinalibus in arce noua Neapolitana, Carolo Rege præsente, creatus est. Gibelli-
nos Imperiali factioni contra Romanam Ecclesiam addictos, ipse verò libertatis
ecclesiasticæ assertor inuictus, odio habuit; quapropter Eugubium, quæ Ciuitas
eorundem Gibellinorum præsidio ab Ecclesia defecerat, breui recuperauit; Ciac-
conio *a* teste. Bononiam seditionum diuturnitate fessam, missis Oratoribus ad
Bonifacium VIII. anno 1297. sese in Ecclesiæ fidem tradidisse scribit Sigonius. *b*
Iuramentum quoque fidelitatis ab Imperatore Alberto huic Pontifici præstitum, vnã
cum confirmatione, & ratificatione priuilegiorũ omniũ per alios prædecessores Im-
peratores Romanæ Ecclesiæ concessorũ, testatur Baron. *c* affirmans hæc contigisse
anno

a in vita Bonif. VIII. tom. 1. col. 806.
b de Episcop. Bononiens. lib. 3.
c in annal. tom. 10. anno 996. pag. 918. lit. A.

anno salutis 1303. & contenta in Diplomate Imperatoris, quoniam valdè prolixum putauit omnia describere, summatim refert, apud ipsum videnda.

Clemens V. extra Collegium (Episcopus enim Burdegalensis erat) à Cardinalibus celebratis Comitijs in Prætorio Perusino, Summus Pontifex anno salutis 1305. renunciatus est. Hic Apostolicam Sedem in Gallias, maximo Romanæ Vrbis, & totius Italiæ detrimento, transtulit. Robertus pro patre suo Carolo II. Rege Siciliæ, & Iacobus Aragonum Rex pro Regno Sardiniæ fidem sacram huic Pontifici præstiterunt, cum conditionibus iam a Bonifacio VIII præscriptis; Ciaconius scribit in vita. Cum Robertus Neapolis Rex ab Henrico Imperatore maiestatis reus prætensus Regno priuatus esset, Clemens hoc improbauit, nedum quia in loco nequaquam idoneo iudicium actum, sed etiam quia in hoc Imperator iudex competens non esset; Pontificis enim Romani munus est, non Imperatoris Regnum Neapolitanum, vel Siciliæ dare, vel adimere, *a* quemadmodum hic Pontifex prædictum Robertum Neapolitani Regni corona decorauerat Auenioni. Et cum Sinibaldus Ordelasus, & Socij Fauentinam Ciuitatem Romanæ Ecclesiæ ademissent, hanc indignitatem Pontifex nequaquam sibi ferendam ratus, ad illam recuperandam, totamquè Romandiolæ Prouinciam tegendam, & administrandam eundem Robertum Regem constituit, Hieronymo Rubeo scribente. *b* Venetos, quòd Ferrariam Romanæ Ecclesiæ Ditionis occupassent, diro anathemate percussit, nec absoluit, nisi postquam Franciscus Dandalus (vt Sabellicus *c* scribit) in Galliam ad eam culpam deprecandam publicè accessisset, vbi etsi serò, ad Pontificis tamen conspectum admissus, illustri exemplo priuatæ pietatis in Patriam, publicæ in Religionem, cathena ferrea collo iniecta, ad eius mensam tamdiù prostratus iacuit, donec expugnata Clementis ira, ignominiosam notam Patriæ ademerit, atque ex eo fuit illi postea canis cognomen inter suos, quia vt canis ad Pontificiam mensam proiectus iacuisset: nec fuit ingrata Ciuitas, sed data sedulò opera est, vt qui non multò prius in tam ignominioso esset accubitu vulgi opinione conspectus, cultus summi honoris insignibus conspiceretur &c. Hæc Sabellicus.

a Clem. pastoralis, de sent, & re iudic.

b in histor. Rauen lib 6. ad annum 1310.

c Ennead. 9. lib. 7 sub fin.

Qua etiam impulsus causa Ioannes XXII. dû Auenioni ad clauũ vniuersalis Ecclesiæ sedebat, sibi relatum esset, Rectores, & Officiales Patrimonij Beati Petri in Tuscia, Comitatus Sabinæ, Terræ Arnulpharum, & quarundam Terrarum ad Romanam Ecclesiam spectantium locationes nonnullas, & alienationes in graue eiusdem Ecclesiæ Romanæ damnum, & præiudicium fecisse, Guirtoni Episcopo Vrbeuetano Patrimonij Beati Petri in Tuscia Rectori dedit in mandatis, vt per se ipsum, vel alium, seu alios abeo deputandos simpliciter, & de plano, summariè, sine strepitu, & figura iudicij in præmissis procedendo, Terras omnes, Castra, bona, & iura locata, alienata, donata, & concessa ad manus, & potestatem suam redire, & redacta conseruare, & custodire satageret, & studeret, temporalibus etiam, spiritualibusq; pœnis contumaces, ac rebelles compesceret. *d*

Sed quoniam præter alia multa, quæ Romanæ Ecclesiæ Summorum Pontificum absentia, & vltra montes permansio peperit damna, non vulgare profectò fuit, quod improbis, scelestisquè viris per Ecclesiasticam Ditionem debaccandi licentiam præbuit; quapropter licèt Ioannes hic, & alij quoque Pontifices hisce malis opportunas adhibere medelas summoperè inuigilarent, haud equidem executioni debitę mittebantur.

d Bullar. nou. tom. 1. Const. 8. Ioannis XXII. pag 162. edit. anno 1321.

Clemens igitur VI. qui (Benedicto XII. intermedio) Ioanni successit, temeritatem, & audaciam illorum, qui loca Patrimonij Beati Petri in Tuscia adhuc malis artibus detinebant, exprobrando, aliam Auenioni edidit Sanctionem, *e* prohibuitq; dari, vel acquiri dominium aliquod, seu iurisdictionem, preeminentiam, vel obligationem aliquam in locis ad S. R. E pertinentibus *§.* 1 & 2. Contrarium attentantes pœnis, mulctisquè coercuit; contractus omnes super his celebratos irritos dixit; contra inuadentes, turbantes, vel occupantes loca Apostolicæ Sedi subiecta, Ioannis XXII. Sanctionem confirmauit *§.* 3. & seq. Hic idem Clemens Auenionem Vrbem à Ioanna vtriusque Siciliæ Regina anno salutis 1344. emit, & loco pretij censum, siue feudum, quod ipsa Regina Romanæ Ecclesiæ ex ipsa Regni concessione debebat, Pontifex relaxauit; Platina, *f* Bergomense, *g* & alijs multis id attestantibus.

e Const. 3. Bullar. nou. tom 1. pag. 214.

f in vita Clem. VI. prope fin.

g in supplem. Chronic. lib. 13. pag. 323.

Verùm quia dominandi libido cancer est, qui circa præcordia serpens leuioribus medicamentis non sanatur, Innocentius VI. qui nullo medio Clementem

in

in Pontificatu sequutus est, nihil omnino prodesse agnoscens leges condere, nisi sit, qui eas debitæ executioni demandet; postquam inter Vaticanos Senatores retulerat, & sacra decorauerat Purpura Aegidium Cariglium Conchensem Hispanum, Sedis Apostolicæ, & suum de latere Legatum anno salutis 1353. in Italiam misit, ac
A illi facultates dedit infrascriptas. *a* Causas omnes, & quascumque cognoscendi. Barones, & alios cuiusuis Dignitatis coercendi. Gubernatores constituendi. Culpa obnoxios mulctandi. Pacem componendi, & contra bonum statum illius pactiones irritandi. Oppida, & loca perperam occupata recuperandi. Oblatas delinquentiũ conditiones, quas instas iudicasset, acceptandi. Bellum contra pacem publicam perturbantes indicendi, & arma mouendi. Romanæ Sedis hostes compescendi, & alia cuncta, quæ pro munere sibi iniuncto visa forent expediri, arbitratu suo peragendi, permisit, & in facultatibus dedit, quemadmodum in præcitata Constitutione, & alijs quatuor, quarum vigore Leges, & Sanctiones equidem saluberrimas in Prouincia Marchiæ promulgauit, Aegidianas Cõstitutiones appellatas, videre est. *b* Quarum quidem Sanctionum, & Legum vtilitatem pro bono subditorum regimine
B agnoscentes Romani Pontifices, qui postea Beati Petri locum obtinuerunt, ad totam Ecclesiasticam Ditionem, vbi speciale Statutum non adsit, extendendas, & pro Lege in rebus prophanis seruandas edixerunt. *c* Ne tamen super illarum obseruatione dubium aliquando occurrat, cautum habes à Sixto V. *d* primo loco seruandas esse Romanorum Pontificum Constitutiones; secundo cuiusuis loci Statuta; tertio has Aegidianas Constitutiones; postremo Bannimenta. Sed ad Cardinalem Aegidium redeamus. Hic enim (vt Volaterranus *e* scribit) in rebus agendis longè prudentissimus Statum Ecclesiæ eo tempore varijs tumultibus exagitatum absente Pontifice pacauit. Vicarios Terrarum, quos idoneos vidisset, confirmauit. E Ciuitate Foroliuiensi, vbi continuò ferè morabatur, Ordelaphos malè de rebus Ecclesiæ meritos subtulit.

C Iterum ab Vrbano V. in Italiam missus Aegidius, Barnabam Vicecomitem Statum Pontificis perturbantem compressit. Rursus Vicecomitum copias, Duce Ioanne Hacuto Florentinos infestante inter Cortonam, & Aretium adflixit. Qua victoria omnes Ecclesiæ rebelles vltro sese dedidere. Obijt Viterbij; sepultus Assisij sepulchro ab eo condito. Hæc Volaterranus. Nec omittenda sunt, quæ Pius II. *f* in hæc verba scribit. *Hic* (Assisij scilicet) *& Aegidius Card. Hispanus iacet, qui lateratum Ecclesiæ Regnum, & à tyrannis fermè totum occupatum singulari virtute recuperauit, ac resarciuit: quamuis nonnulli ossa eius in Ecclesia S Martini supra Viterbium in Monte Cimino recondita dicant*. Hactenus Pius. Sed alia multa describit Ciacconius, *g* nec eius elogium in Collegio apud Bononiam à se constructo his verbis editum, omittit.

D AEGIDIVS CARD. S. CRVCIS

SPECTABILI VIRTVTE

B. PETRI PATRIMONIVM TYRANNICA SAEVITIA RABIENTE

VARIIS TVRBINIBVS AGITATVM

RECVPERATA PRISTINA LIBERTATE

E IN TVTA PACE QVIESCIT.

Vrbano V Gregorius XI succedit, quo sedente omnia in Italia Pontificis Oppida defecere, Tiphernatibus, & Perusinis initium facientibus, Florentinisque sollicitantibus: Quapropter Cardinalem Gebennensem (postea Antipapam Clementis VII. nomine contra Vrbanum VI Fundis creatum) cum Bernardono Duce, ac quinque millibus Brittonum subsidio Legatum misit. Foroliuienses Sinibaldum Pinum, Ioannem Theobaldum Ordelaphos in Vrbem subitò recipiunt, quorum armis sese à Brittonum furore tueantur. Legatus cum iam mœnia Bononiæ rebellis obsessurus petijsset, cognito Florentinorum exercitus eum Rodulpho Varano Duce aduentu; hostium auxilio venientium, secessit Cesenam, quam miserè barbari diripuerunt.

Gre-

a Bull, nou. tom. 1. Constit. 2. pag. 217.

b lib. 1. Constit. Marchiæ pag. 3. 7 9. 10. & 13.

c Sixt. IV. Cõst. 15. Bullar. nou. tom. 1 pag 154. Paulus III. Cõst. 17. d. Bull. pag. 641.

d Const. 93. §. 19 d. Bullar. tom 2. pag. 657.

e lib 22. antrop. pag. apud me 257.

f in Comment. lib. 2. pag. apud me 42.

g in vita Clem. VI. vbi de Card. sub nu. 14. col. 895. tom. 1.

Gregorius igitur vt his occurreret malis, Romam ire statuit, literis Diuæ Catharinæ Virginis Senensis reuocatus; hortante etiam Baldo I. C. Perusino eius olim præceptore, ac palàm dictitante, salua conscientia Vrbem negligere non posse &c.

Mortuo deinde Gregorio, & in Betri Sede Vrbano VI. à Cardinalibus locato, Ec- A
clesia Romana nedum in temporali Dominio, sed etiam in ijs, quæ ad animam pertinent, & Omnipotentis Dei cultum respiciuut, sæuissimis perturbata procellis non longè à naufragio (tamen impossibili) fuit: schisma etenim, quo nullum aut deterius, aut prolixius, quouè maioribus odijs, & dissensionibus inter ipsos S.R.E. Proceres certatum sit, humana nec ante memoria, nec post recordetur, exortum est; neque extinctum, nisi peractis annis 39. Martino scilicet V. in Constantiensi Concilio electo. Quod quidem Concilium perditorum hominum inuasiones, tyrannorum occupationes, multa quoque castra, oppida, iura in præiudicium Romanæ Ecclesiæ ab ipsismet Pontificibus, vt schismatis tempore amicos, & fautores sibi conciliarent, alienata, & distracta fuisse cognoscens, diuersarum quoque Nationum petitionibus oblatis, præter alia multa sanciuit: *a* Per Summum Pontificem de pro- B
ximo assumendum exemptiones, & incorporationes (vt vocant) in ipso schismate factas reformandas esse, statuendumquè, ne Bona Romanæ Ecclesiæ alieuentur.

a in Concil. Cōstant. sess. 40. nu.9. & 12.

Quod à Martino V. in ipso Constantiensi Concilio Pontificia Dignitate decorato factum fuisse legimus: *b* mandauitquè Cardinali tunc Vicecancellario, vt inhærendo Constitutionibus Friderici II. & Caroli Imperatorum, quibus Ecclesiasticæ libertati plurimùm fauetur, illas declararet, & extenderet, prout executioni demandatum apparet in calce eiusdem Concilij; siquidem ibi concessiones, inuestituras, & infeudationes (vt vocant) omnes à Gregorio XI. inclusiuè citra vsque ad dissolutionem eiusdem Concilij reuocatas, & irritas, nulliusquè roboris existimandas esse, decernitur.

b in Conc. Constant. sess. 43. tit. de vita, & honest. cleric. vers. decernimus, & declaramus.

Eugenius IV. Martino V. succedit, qui nec meliora tempora, nec tyrannorum, C
perditorumquè hominum insaniam, furorem, seditiones, & inuasiones, admodum remissas expertus est. Ioannem propterea Vitellisкum Patriarcham, & S. R. E. Cardinalem, Apostolicæ Sedis, & suum de latere Legatum creat; quo Duce, Beati Petri Patrimonium restitutum, tutatumquè per aliquod temporis spatium vidit; omnibus illius æui scriptoribus hoc affirmantibus, Iouio *c* præsertim. Sub eodem Vitellisco militiæ nomen dederat Comes Auersus gente Anguillaria, & à recta via verè auersus; nam vt Cardinalis Papiensis, *d* & alij testantur, non hominum solùm, sed Dei quoque, & Sanctorum eius contemptor fuit; is enim, quantum itineri à Viterbio in Vrbem patet, assiduis latrocinijs infestum habebat, nulli hominum generi, nulli ætati, aut sexui parcens; nulli sine vitæ periculo fides sua in Pontificem stetit. Redierant iam eo loci Ecclesiæ res, vt hominis imperia potiora nostris apud nostros D
subditos essent; accedebat aliud grauius, quòd si qui vel odio habebant Pontifices, vel cum ijs bellum gerebant, conatus eorum omnes assiduis sollicitationibus inflammabat, id agens, vt fatigata semper Ecclesia, malisquè externis implicita, auersaretur à se, maioremquè occasionem exercendis prædis præstaret. Eugenius IV. ab initio sui Pontificatus trahere ad se beneficio hominem cogitauit, medicinamquè leuitatis apponere, vbi sine periculo adhiberi scalpellum non poterat, humanitèr appellare eum, & prosequi honoribus cœpit; Oppida etiam nonnulla, quæ adempta erant Vicarijs tyrannis, dono concessit, admonens identidem, vt beneficij memor coleret Ecclesiam: sed impiorum mentes malis excæcatæ lumen salutis non vident, & ad consuetas semper se referunt tenebras. Idem igitur in Nicolaum V. qui Eugenio, & in Calixtum III. qui Nicolao successerant, inuentus est. E

c in elog. viror. illustr. lib 2. pag. apud me 60.

d in Comment. lib 2. circa med. pag. apud me 375.

Nicolaus enim non aperto bello, sed iuopinato impetu bis illum opprimere conatus, non succedente fortuna, necessariò destitit.

Calixtus etsi difficultatibus rerum prohiberetur, multis hanc delere maculam sæpe tentauit.

Cui Pio II. succedente, hic iniurias ab eodem Comite quotidie illatas vlcisci summoperè optauit, sed grauioribus bellorum curis inuolutus, sine magno Apostolicæ Sedis, vel exercitus detrimento non potuit: dum verò, domito iam Sigismundo Malatesta, & rebus in Flaminia compositis, magis ac magis ad hanc pestem tollendam animabatur, ad Cœlos euocatus est.

Paulo

Paulo II. in eius locum ſuffecto, per eoſdem dies Comitem Auerſum decedere contigit, relicto filijs duobus Franciſco, & Deiphebo dominatu, qui patris educatoris diſciplinam omnem apprehenderant: Erant illis oppida 13. natura loci, frumento, armis, cæteriſquè ad defenſionem neceſſarijs egregiè munita, Iouium, Car-
A bouianum, Caprarola, Roncilio, Capranica, Vetralla, Bleda, Vianum, Monteranum, Cerete, Carianum, Seuera, Monticellum, partìm accepta à patribus, partìm per iniuriam vicinis adempta. Hortatur hos Paulus viuæ vocis oraculo per nuncios, per epiſtolas, ne imitatores ſint paterni inſtituti, colant Apoſtolicam Sedem, reuereantur Pontificem; ſed mens innutrita malis, domeſticiſquè exemplis corrupta, ab ingenio difficilè poteſt diſcedere, ſenſum boni ſic horrens, vt nullum ſanitati locum relinquat; quare eos bello adoriri neceſſe fuit: & licèt viuens adhuc Auerſus, atque ex conſcientia obſidionem timens, ad eam perferendam, quæ poterant antea, contraxerat, patuit tamen Omnipotentis Dei vltio, obſcurantis oculos impiorum, & ſicut deficit fumus, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic defecerunt apparatus horum
B à facie Dei: Venerunt in poteſtatem Pontificis Franciſcus, & filij eius omnes, & primogenitus Deiphebi, & in Hadriani Mole incluſi, miſeram, infœlicemquè vitam egerunt, vetuſtæquè, ſed nocentis familię exitus hic fuit, vt Papienſis longiori enarratione recenſet: addens, ſub eodem Pontifice Paulo II. Flaminiam quoque Prouinciam, expulſo Sigiſmundo Malateſta, & Roberto eius ex concubina filio tyrannis, pacatam Ceſenam, Bretenorumquè Romanæ Eccleſiæ reſtitutas fuiſſe; itaut vno fermè tempore duarum Prouinciarum ſummè oportuna loca iugatis familijs duabus adempta breui negocio ad gremium Matris ſint reuerſa. Sed vt magis etiam in rebus Eccleſiæ ſeruandis, & ab improborum iniurijs, ac rapinis tutandis voluntatem idem Pontifex Paulus II. oſtenderet, laudabilem profectò Sanctionem, *a*
C quam vocant extrauagantem, edidit, qua omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienatio, omnequè pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſio, hypotheca, locatio, & conductio vltra triennium, nec non infeudationes, vel contractus emphiteutici; pręterquam in caſibus à iure permiſſis, prohibentur.

a Extrau. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.

Defuncto Paulo, Sixtus IV. renunciatus eſt Pontifex Maximus. Hic Panuinio, & Ciaconio teſtibus, *b* Pontificiam Dignitatem augere cupiens, aliquot in Vmbria tyrannos tumultuantes, & aduerſus Eccleſiam magis quàm beneficiarios deceret, contumaces, tollere conſtituit: magno igitur coacto exercitu, Federicum Feltrium imperatorem, Iulianum S. Petri ad Vincula Cardinalem Legatum præfecit: Hic, Duce non expectato, Tudertinos, deinde Spoletinos Pontifici rebelles adortus eſt, quos, Camertium Duce opitulante, ſedatis inteſtinis diſcordijs, factionumquè principibus in exilium pulſis, non ſine magna Spoletinorum ſtrage in Eccleſiæ fide continuit: Deinde in Nicolaum Vitellium Regulum Tiphernatem arma mouit; Vitellius Fri-
D derici Vrbini Ducis aduentu audito, Vrbem Legato ea conditione dedit, vt ſibi in ea liceret tutò priuati hominis vitam agere.

b in eius vita.

Sixtus Innocentium VIII Succeſſorem habuit. Hoc ſedente, Aquilani Ciues à Ferdinando Neapolitanorum Rege diuexati, cum ſit hoc Regnum Eccleſiæ feudatarium, ad Pontificem acceſſerunt, proteſtantes ſi ab Apoſtolica Sede derelicti eſſent, ſeſe cuicumque Regi externo, aut Principi, qui illis ſubſidio eſſe vellet, dedituros: addebant, Regem in contemptum Pontificis debitum cenſum, qui annuus erat ducatorum viginti millium, non ſoluere, cauſatum, à Sixto IV. in equum album redactum fuiſſe, & ab ipſo Innocentio, quòd in graue Romanæ Eccleſiæ damnum verteret reuocatum: accuſabant quoque Regem de rebus eccleſiaſticis illius Regni ad libitum diſponentem. Quibus commotus Innocentius, Aquilam, Aprotium, Regniquè Principes ſuam in tutelam recipit, Venetis, Columnenſibus, alijſquè principibus viris in fœdus conuenientibus, Regem, cui fauebant Florentini, & Vrſini, bello adoritur: Pontifici rationem, & iuſtitiam à dextris habenti victoria adhæſit: mox Cardinalibus quibuſdam de pace tractantibus, anno ſalutis 1486. die 12. Auguſti pactionibus infra dicendis componitur: Soluat Rex conſueto modo Romanæ Eccleſiæ debitum cenſum. Barones, qui Eccleſiæ ſe dederunt, cenſum Eccleſiæ pendant, in eo ceſſurum, quod Rex ſoluere tenebatur, dum in poſſeſſione Regni erat: exinde Barones prædicti Papam, & Eccleſiam immediatè cognoſcant. Pontifex de Montis Caſini Abbatia, bonis, & caſtris illius ad libitum voluntatis diſponat. Epiſcopatus, & Beneficia Regni Neapolitani à Summo Pontifice conferantur. Aquilana Ciuitas libera ſit, cui maluerit, Papæ nc, aut Regi obediat. Dux Renatus, &

T Franci

Franci contra Regem Ferdinandum venire volentes, à subditis Ecclesiæ, imò Papæ impediri nequeant, sed eius oppida, & loca transitum, & victualia concedere possint. Virginius Vrsinus pedibus nudis, corrigia in gula, nudato capite, genuflexus Pontificis misericordiam experiatur, & amore Dei veniam ab ipso petat. Cardinalis Vrsinus, cæterique eiusdem Gentis verum, & quantam mereantur pœnam, Pontificis arbitrio subijciantur. Castra, & loca hinc inde in bello capta, & earum restitutio sub pectore Regis Hispaniæ locentur: hic etenim Rex, & Ludouicus Sfortia, & Laurentius Medices pro Rege Ferdinando pacis vades fuerunt. Hæc Ciacon. *a* Verùm coniurationem, & bellum prædictum latius, tribus quippe libris prosequutus est Camillus Portius; si plura cupis, illum consule. A

a in vita Innocentij VIII.

Apostolicam Sedem post Innocentium adeptus est Alexander VI. qui cum multos emphiteutas, feudatarios, censuarios Sedis, & Cameræ Apostolicæ in solutione canonum, & responsionum contra iuramenta in inuestituris præstita, ac iuris dispositionem, specialesque monitiones cessare cognouisset, sub excommunicationis, & priuationis pœnis, quas ex nunc, prout ex tunc (vt ipsius verbis vtar) & ex tunc prout ex nunc in eosdem ferit, nisi in vigilia, aut die festiuitatis Beatorum Petri, & Pauli singulis annis vicarios, feudatarios, emphiteutas, siue administratores Ciuitatū, Terrarum, Castrorum, & bonorum monet, & requirit. *b* §. 1. Siquè in præmissis solutionibus cessauerint, eidem Cameræ Præsidentes, Cardinalis scilicet Camerarius, & Clerici in commissum, aliasquè pœnas eos incidisse declarent. §. 2. Compensatione, siue alia quauis, præterquam solutionis exceptione, reiecta §. 3. Sanctionis huius publicandi formam, & fidem præscribit. §. 4. Contrarijs derogat. § 5. Sequuta verò publicatione, omnes omnino affecisse, & nunc etiam afficere videmus: Perseuerat enim ad hæc nostra tempora stylus hic requirendi feudatarios, & censuarios, eosquè mulctandi, si deficiant, in plena Camera, prænarratis diebus, vt dicemus aliàs suo loco latiùs. Et quod attinet ad solutionem canonum, & censuum, id etiam sancitum fuisse in Concilio Constantiensi constat. *c* Statuit igitur hic Pontifex diem solutionis in vigilia, aut die festiuitatis Beatorum Petri, & Pauli, vt diximus. B C

b Const. 6 Bull. nou. tom. 1. pag. 395.

c in extensione per Vicecancell. facta, post d. Concilium impressa pag. apud me 390

Mortuo Alexandro, Pius III. breui dierum spatio Pontificiam induit Dignitatem, quæ dum adhuc ordiretur, succisa, nil aliud, quàm ex virtutibus, præclarisquè animi sui dotibus spem optimi Principis conceptam mortalibus reliquit; & vt Virgilius cecinit,

Hunc tantùm terris ostendunt fata, nec vltra
Esse sinunt.

Extollitur, & in Beati Petri solio locatur Iulius huius nominis II. Hic nihil antiquis, aut charius habuit, quàm Rempublicam pace firmatam tueri; non tamen illi ad suscipienda bella militaris animi alacritas, & innata fortitudo deerat: nullus enim superioris ætatis Pontificum vehementiore proferendæ Ecclesiæ Ditionis ardore flagrauit, neque fœliciùs eam tutatus est. Ioannes Bentiuolus Bononiæ Dynastes cœtu audacium filiorum superbus, conspirantes pro libertate ciues tam sontes, quàm insontes, sibi tamen suspectos atrocissimè puniuit; quæ res incredibile apud omnes odium Bentiuolis conflauit, Pontificiquè recuperandæ Bononiæ, quæ ad Ecclesiæ patrimonium pertinebat, non ingratam præbuit occasionem; à Ludouico igitur Galliæ Rege aliquas sibi copias ex ijs, quæ Mediolani aderant, opportunè transmitti postulauit, quibus continuò venientibus, facilè Bononia anno sui Pontificatus tertio capitur, tyrannus expellitur, eiusquè insignes ædes populo furente à fundamentis euertuntur; Ioannes Cardinalis Medices Ciuitati Legatus præficitur. Rauennam, Fauentiam, Cesenam, & Ceruiam à Venetis detentatas, eiectis occupatoribus, ecclesiasticæ Ditioni restituit Iulius. Alphonsum Ferrariæ Ducem vt à Gallorum fœdere discederet, annuumquè vectigal à maioribus suis pendi solitum Sedi Apostolicæ solueret, per Legatos monuit; sed obedire recusantem bello persequendum censuit: neque noui Conciliabuli indictione, neque status quæstione à Rege Gallorum mota à proposito deterreri potuit, sed clauo clauum trudens, improbato Pisano Conciliabulo, nouum in Laterano Concilium aperuit, à Leone X. Successore postea clausum. Parma, & Placentia Vrbes insigni eiusdem Pontificis Iulij virtute Ecclesiasticæ Ditioni adiectæ sunt. Neque sanè ob alias causas tot bella gessit, nisi vt à pluribus occupatum sacræ Sedis Imperium recuperaret; Panuinio, Ciaconio, Guicciardino, & alijs attestantibus. D E

Leo

Leo X. Summi Sacerdotis post Iulium infulas induit. Hic cum Manuele Cæsaris Legato fœdus inijt, vt Galli Italia pellerentur; Placentia, & Parma tanquam à Gallis impotentèr ereptæ Pontifici redderentur: id bellum ingenti animo Leo suscepit, & ex voto perfecit, Iouio teste. *a* Angebant enim virum decoris, & laudis studio *a in eius vita lib.4.pag apud me 103.*
A deflagrantem eæ Vrbes, veluti infami pactione, & turpissimo metu amissæ, quas Iulius Pontifex egregia virtute Gallis ademisset: super id ferre non poterat Gallorum Præfectorum superbiam, qui sacerdotia totius Galliæ Cisalpinæ, despecto planè Pontifice, contra eius auctoritatem, vti libido ferret, indignis hominibus adiudicabant, quos ad Vrbem de more citari, & vocari in ius proposita pœna vetuerant: ea res periniquæ, impotentisque insolentiæ plenam Leonem Pontificiæ Dignitatis, ac existimationis nomen tueri solitum, ab amicitia Francisci Gallorum Regis auerterat. Hæc Iouius. Mutinam ab Imperatore pretio ducatorum 3000. auri emisse Leonem, restatur Panuinius; *b* & faciunt, quæ scribit Gozadinus. *c* *b in eius vita.*

In Apostolica Sede Hadrianus VI. Leoni X sufficitur: Hic Gulielmi Enchauordij Derdunensis Episcopi, & Theodorici Herij ipsius Pontificis à secretioribus epistolis *c conf.1.num.17 & per tot.*
B consilio, quibus etiam aliquando propter grauissimarum rerum vsum admiscebatur Ioannes Ruffus, bellum aduersus Malatestas, qui Ariminum occupauerant, missis in Vmbriam Hispanorum cohortibus, suscepit, nec multo labore Sigismundus est ejectus, vtpotè qui iam Ariminensibus propter naturæ acerbitatem, atque sæuitiam odio esse cœpisset. Ita Iouius in Hadriano. Ad tollendas discordias, & pacem fouendam inter Christianos Principes, cum Alphonso Ferrariæ Duce transegit, vt in d. conf. 1 Gozadini.

Quo vita functo, & sacrosanctis celebratis Comitijs, Iulius Mediceus Ecclesiæ Romanæ, Clementis VII. nomine, Antistes, eligitur, Anchonam, quæ Apostolicæ Sedis suaue iugum excusserat, defectionis auctoribus ad supplicium vocatis, pristinæ subiectioni restituit. Alphonso Ferrariæ Duci, ex eo quòd pacta cum Hadriano prædecessore non seruasset, & hostibus Ecclesiæ adhæsisset, litem, & quæstionem deuo-
C lutionis feudi mouit, vt in præcitato conf 1 Gozadini videre est.

Paulus III. ad Ecclesiasticæ Dignitatis culmen, omnium Purpuratorum Patrum consensu, post Clementem euectus. Perusinos ab Ecclesiæ Imperio deficientes facili bello perdomuit, eorumquè Oratores in Vrbem ad rogandam veniam supplicum more venire compulit. Ita Ciacconius. *d* *d in vita.*

Iulius III. defuncto Paulo Summus Pontifex renunciatus est. Initio Pontificatus ex lege in proximis Comitijs à Patribus constituta (qua iubebatur, vt quicumque Pontifex electus esset, ad extinguenda bellorum incendia, Parmam Octauio Duci statim restitueret) Iulius Pontifex, Vrsino reuocato, quem Paulus III. Parmæ dominatui præfecerat, ea conditione Vrbem Octauio concessit, vt se inconsulto nullum intra mœnia externi Principis præsidium admitteret; cuius conditionis memor, qui
D deinde ex eadem Serenissima Farnesionum Gente Ducatum obtinuit, à Ministris Hispaniarum Regis requisitus, vt Hispanos milites in præsidium reciperet, Romano Pontifice Vrbano VIII. tunc regnante inconsulto, id permittere posse negauit. Iulius verò, vt faciliùs Octauius quod promiserat, præstare posset, ac se, & Vrbem à Cæsarianorum violentia, & insidijs tueretur, singulis mensibus duo millia aureorum attribuit. Sed causante postea Octauio stipendia non sufficere, nec Cæsarianis resistere posse, nec non alterius Principis auxilium implorandi ab eodem Pontifice licentiam obtinuisse, Henrico Galliæ Regi adhæsit, & Gallorum copias in Vrbis præsidium recepit: ob id Pontifex contra Octauium signa intulit, & relegato interim Florentiæ Card. Farnesio, qui responsum à Iulio obtentum, vt qua posset Dux ratione commodiùs rebus suis prospiceret, fratri significauerat, milite, & commea-
E tu à Carolo Imperatore adiutus integro anno bellum gessit. Et cum Cæsarianas copias per Ecclesiæ fines ad Senense bellum transituras prudentissimus Pontifex animaduertisset, ne sibi, vt paulò antè Clementi VII. accideret, quamuis amicum sibi Cæsarem sciret, octo millia hominum ad suorum finium tutelam conscripsit, & delectum tota Vrbe, quam munierat, habuit.

Quam de Marcello II Iulij III. Successore optimam spem Christiana Respublica conceperat, immatura mors abortiuam reddidit; spatio enim dierum viginti duorum, quibus Beati Petri Sedem tenuit, & ex quibus etiam aduersa valetudo partem dimidiam occupauerat, sui tantummodò desiderium, & eorum, quæ ad vniuersalis Ecclesiæ decus, & ornamentum animo conceperat, relinquere potuit.

Quantus verò, & qualis in Pontificatu pro Ecclesiastica Ditione tuenda futurus esset, quæ Iulio III. consilium petenti respondit, apertè demonstrant; Ciaccouio ita scribente. *Præterea Iulio Pontifici ad resistendum Balduini votis, qui se Camertij Ducem creari percupiebat, consilium roganti dedit; vt legem sanciret, qua nemo Pontificum Ecclesiasticæ Ditionis bona alienare posset, eamquè ipse, Senatores omnes,* A *ac reliqui pro tempore futuri Pontifices iuramento firmarent: donationem verò, aut alienationem necessariò aliquando factam tunc validam haberi debere, si duo, aut tres Successores Pontifices eam probauissent.* Hæc Ciaconius.

Ioannes Petrus Carafa Pauli IV. nomine Iulio III. in Pontificia sufficitur Dignitate. Quo sedente Albæ Dux armatis militibus pupulos Pontifici subiectos afflixit, oppida nonnulla cæpit, diripuit, incendit; sed inuictum Pauli animum tundere nunquam potuit; defendebat Ditionem suam qua licebat ratione; nec Ducis victoria ad facinus Pontificia Maiestate indignum adigi vnquam potuisset, S. Gregorium imitatus, qui scripserat; *ante paratus sum mori, quàm Beati Petri Ecclesiam meis diebus degenerare.* Dux Albę Philippi Hispaniarum Regis animum in pacem propensum cognoscens, pacis & ipse auidus erat, sed eas pacis conditiones optabat, quas Pontificiæ Maiestati, & Dignitati Paulus non conuenire videbat; quapropter à B Cardinalibus (Romam bellicis Ducis progressibus territam videntibus) rogatus, vt pacis conditiones audiret, respondit. *Arma à nostra Ditione Dux amoueat, quæ cæpit loca dimittat, ad sui Regis fines remeet, absolutionem anathematis, quo obstringitur, dimisso animo petat, vt debet, & tunc audietur.* Quæ Dux præstare recusans, Hispaniarum Rex Quintiana victoria nihil inflatus, sed illata Pontifici clade cruciatus, illi præcipit, vt quacumque ratione pacis negocium cum Pontifice conaretur conficere, prout salua Pontificis Maiestate, conditionibus à Panuinio, Cabrera, Cataeciolo, & Castaldo relatis confectum fuit: quædam etiam ad rem scripsit Andreas Victorellus, *a* addens, arcem à Iulio II. Bononiæ extructam, quam milites exteri custodientes raptores effecti, damna inferebant, dirui iussisse, & in eius re- C liquijs hæc legenda posuisse.

a in addit. ad Ciaccon. in vita Pauli IV.

PAVLVS IV. PONT. MAX.

FVRACIBVS CVSTODIBVS ARCE DIRVTA SVBLATIS.

b Bull. nou. tom. 1. pag. 719.

Edidit quoque Pontificatus sui anno I. Constitutionem, *b* qua alienationes, & locationes quæcumque bonorum Ecclesiasticorum in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus, aut aliàs nullitèr factæ rescinduntur.

Pius IV. ad superos (vt piè credendum) iam Paulo IV. euocato, Apostolicę, vniuersalisquè Ecclesiæ Christi Domini in terris Vicarius adoratur. Hic Leoninam D Vrbem muro cinxit. Hadriani Arcem propugnaculis fulsit. Centumcellas, Ostiæquè Arcem muro, & portubus, Rauennam propugnaculis muniuit. Melitam Insulam Turcharum obsidione vexatam non pijs solùm precibus, aut lachrymis, sed milite, omniquè subsidij genere iuuit; Pompeius Columna sexcentos pedites duxit. Constitutionem Pauli IV. prædecessoris, qua prohibentur (vt diximus) alienationes rerum, & bonorum Ecclesiarum; ad terminos iuris canonici reduxit: *c* quinam verò sint isti termini, vide Aug. Bero. *d* Facta verò hac reductione, & comperto, multas alienationes rerum Ecclesiæ Romanę, & Cameræ Apostolicæ perperàm factas fuisse, eas propterea absque necessitate legitima, ac congrua compensatione, vel euidenti vtilitate factas irritat, nullasquè fuisse declarat, occupatoribus vassallagium minimè deberi decernit, eosdemquè ad restitutionem vnà cum fructibus E malè perceptis condemnat. *e* Quæ omnia vt debitam sortirentur executionem, ad præmissa omnia, & singula exequenda Cardinalem S. R. E. Camerarium deputat. *f*

c in Constit. 11. Bullar nou. tom. 2 pag 21.
d in rub. de Constit. nu. 67.
e Constit. 104. d. Bullar. & tom. pag. 172.
f in calce prædictæ Constit. pag. 173.

Defuncto Pio, alter Pius hoc nomine Quintus ad clauum vniuersalis Ecclesiæ ponitur. Qui suscepti regiminis cura admonitus, vt Ciuitates, Terras, Oppida, & Loca Sedi Apostolicæ in temporalibus mediatè, vel immediatè subiecta perpetuò in iure, dominio, & proprietate, ac possessione dictæ Sedis conseruentur, hæc omnia, etiam alienari solita, & infeudari, deuoluta iam, seu quomodolibet deuolenda, absque aliqua declaratione, sed ipso iure Apostolicæ Sedi incorporata, & ad pristinum

eius

eius Dominium rediisse censeri statuit *a* §. 1. De cætero quauis de causa alterari, &
infeudari, aut etiam supet præmissis tractatum haberi vetuit §. 2. Priuilegia quæ-
cumque de prædictis bonis meliorandis, & vsque ad melioramentorum refectionē
retinendis quomodolibet concessa reuocauit. §. 3. & 4. Sanctionem hanc per quascū-
A que alias Constitutiones iam antea editas, vel in futurum edendas minimè reuoca-
ri, seu irritari posse decernit § 5. 6. 7. A Cardinalibus in Curia præsentibus, & ad eam
accessuris iuramento firmandam, & occurrente Sedis Apostolicę vacatione, in Con-
claui, quando de obseruandis literis Iulij II. & aliorum Pontificūm super electione
Romani Pontificis iuramenta præstari solent, etiam de inuiolabiliter hac quoque
obseruanda per quemlibet eorum, qui in Beati Petri locum euectus fuerit, promit-
ti, & iurari mandat. §. 9. Formam publicandi huiusmodi Constitutionem, & quæ fi-
des sit ei adhibenda, præscribit. §. 10.

Quæritur tamen, an sub dispositione huius Constitutionis comprehendantur de-
uolutiones, quæ ex delicto nascuntur? Et negatiuè respondendum est, ex Grego-
rij XIII. *b* Sanctione: quod etiam voluit Sixtus V. *c* Intellige autem, nisi esset
B delictum tale, propter quod ex natura feudi deuolutioni locus esset *d* tunc enim
deuoluuntur bona damnatorum etiam sine confiscatione: alijs autem casibus, quan-
do est locus confiscationi, transeunt bona in fiscum, vt successorem ipsius rei, non
autem redeunt via deuolutionis ad Cameram tanquam habentem directum domi-
nium, ex Bossio, *e* & Iulio Claro *f* Neque etiam sub dispositione huius Constitu-
tionis comprehenduntur Oppida, Castra, & loca iurisdictionalia, quæ Camera Apo-
stolica emit à Baronibus in vim Constitutionis Clementis VIII. *g* super institu-
tione Congregationis, quam vocant Baronum. Limitatur etiam non procedere,
quando ageretur de deuolutione feudi inter particulares personas, puta si illegiti-
mus concurreret ad feudum eum legitimo: nam hæc Pij V. Bulla ad fauorem Came-
ræ Apostolicæ emanauit non autem priuatorum; ita decisum habes in Rota Roma-
na apud Seraphinum *h* alia quædam ad hanc Constitutionem edidit Pater Ioannes
C Baptista Scortia e Societate IESV. *i*

Cum autem hæ Pij V. literæ ad retinendam Sedis Apostolicæ Dignitatem valdè
conferant, Gregorius XIII. qui Pio successit, cum primùm ad Summi Apostolatus
apicem euectus fuit, robur illis adiungere non distulit; & præuia illarum confirma-
tione, atque innouatione, perpetuò seruari mandauit *k* Addens, nomine aliena-
tionis comprehendi etiam concessiones Guberniorum, quæ vltra triennium de lo-
cis S. R. E. concederentur; quam quidem extensionem in Consistorio factam Laer-
tius Cherubinus *l* affirmat.

Sixtus verò V. qui post Gregorium Summus Pontifex renunciatus fuit, nedum
præfatam Pij V. Sanctionem, sed Gregorij quoque Consistoriale Decretum confir-
mauit *m* vt Laertius *n* aduertit. Et notandæ sunt dictiones: *Quomodolibet*, &
D *Eò ipso incorporata*, in dictis Sanctionibus appositæ: prima enim comprehendit om-
ne genus deuolutionis ratione directi dominij ex capite felloniæ, lineæ finitæ, aut
non solutionis canonis &c. quia cum sit vniuersalis, includit omne ius etiam mini-
mum, & comprehendit omnia, de quibus in genere fuerit cogitatum; ita dixit Ro-
ta Romana apud Seraphinum *o* verba autem, *eò ipso incorporata &c.* important, ne
vltra requiratur alia declaratio, neque executio; ac tollunt facultatem præscriben-
di, cum pro incorporatis habeantur ipsa bona statim sequuta deuolutione; Cherub.
iun. sic affirmante *p* Sed aliam edidit Sixtus Constitutionem ad rem apprimè facien-
tem, cuius tenorem à nobis infra relatum habebis.

Gregorius XIV. qui Sixto successit, has etiam Pij V. literas confirmauit *q* Verùm
quia in Consistorio secreto *r* declarauerat, has literas non esse extendendas ad
E feudum nondum deuolutum, si euidens extaret vtilitas, vel necessitas illud iterum
infeudandi, &c.

Innocentius IX. vbi primùm in Beati Petri Sede locatus fuit, in primò, quod ha-
buit cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus Consistorio, asserens officio, & con-
scientię suæ satisfacere velle, post Pij, aliorumquè Prædecessorum Constitutiones
confirmatas, *s* declarat sub illarum dispositione comprehensa esse loca, tam imme-
diatè, quàm mediatè Apostolicæ Sedi subiecta, non solum ne fiant, neuè post eorum
deuolutionem attententur, sed etiam antequam deuoluantur, ac omnem, & quam-
cumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extensionem, nondum
finita ipsorum incorporatione. in §. 4.

Verùm

a Cōstit. 35. Bullar. nou. tom. 2. pag. 221.
b Const. 65. §. 13. Bullar. nou. tom. 2. pag. 447.
c Const. 6. §. 8 d. Bullar. pag. 493.
d Vt in vsibus feud. tit. quibus mod. feud. amit. tit. 17. lib. 1. & qua fuit prima caus. benef. amit. lib. 2. tit. 23.
e Tit. de bonor. publ. num. 53.
f In § feudum q. 84. lib. 4.
g Constit. 41. §. 24. Bullar. nou. tom. 3. pag. 57.
h Decis. 1321. nu. 6. in nou.
i Theorem 239. 240. & 241.
k Cōstit. 3. Bullar. nou. tom. 2. pag. 363.
l Sub die 3. Aprilis 1581 in summar. ad hāc Constitut.
m Const. 25. Bullar. nou. tom. 2. pag. 520.
n In summar. die 16. Ianuarij 1589.
o Decis. 350. n. 2. & decis. 1082 nu. 2.
p Ad Constit. 3. Gregor. XIII. schol. 2.
q Constit. 1. Bull. nou. tom. 2. pag. 686.
r die 13. Septēb. 1591.
s Const. 1. Bull. nou. tom. 2. pag. 713.

Verùm Clemens VIII, post confirmationem prædictarum Pij V. literarum, vnà
cum declarationibus, & extensionibus ad eas per Innocentium, factis animaduer-
tens etiam Decretum Gregorij XIIII, sententijs S. R. E. Cardinalium, de quorum
numero tunc ipse Clemens erat, minimè requisitis, quinimò multis eorum expres-
sè contradicentibus, emanasse, omnesque radices, ex quibus alienationes in præiu-
dicium reintegrationis Patrimonij Beati Petri prouenire possent, amputare cupiens A
decretum, & declarationem prædicti Gregorij XIV. tanquam destruens Pij V. Con-
stitutionem, alienandiquè occasionè præbens, auctoritate Apostolica reuocauit, pe-
rindequè ac si nunquam emanasset, abrogauit *a* Vt autem magnus vocaretur in
Regno Cœlorum (iuxta Christi Domini promissionem) quæ verbo, & literis docuit,
etiam re ipsa perfecit. Nam cum ipso sedente Ferrariæ Ducatus, à Sede Apostoli-
ca Atestinæ Genti beneficiario titulo concessus, ob Alphonsi eiusdem Gentis vltimi
ex legitimo matrimonio decedentis obitum, ad ipsam Romanam Ecclesiam deuo-
lutus esset, acceptata deuolutione, & dispositioni prænarratæ Constitutionis Pij V.
inhærens, Omnipotenti Deo, Beatæquè semper Virgini Mariæ, & SS. Apostolis Pe-
tro, & Paulo Ducatum ipsum addixit, dicauitquè *b* Cuius facti vberiorem narra-
tionem habes apud Andream Victorellum *c* Sed quæ Baronius *d* scribit, non omit- B
tenda videntur: *Accidit (inquit) quasi miraculũ à Deo (bis libentèr vtar Diuinę Scri-
pturæ verbis) vt Ferraria, ferrea planè Ciuitas sine ferro fuerit expugnata, ipso to-
tum id agente, qui dixit Ego ante te ibo, gloriosos Terræ humiliabo, portas æreas con-
teram, vectes ferreos confringam, vt planè idem, qui Petro aperuit portam ferream,
Ferrariæ portam Petri patefecerit Successori: grande opus, ac planè Diuinum, secun-
dùm Dauidicum illud, Quis, inquit, deducet me in Ciuitatem munitam, nonne tu
Deus?* Hæc, & alia Baronius videndus.

Sed nec minori laude, & admiratione digna videntur, quæ memoriæ immortalis
Vrbanus VIII in recuperando Vrbini Ducatu summa prudētia cum Francisco Ma-
ria Roboreo Duce adhuc viuente, vt post eius obitum, sublatis discordiarum radi-
cibus, ad ipsius Romanæ Ecclesiæ gremium, vnde exierat, reuerteretur, laudabili- C
tèr perfecisse agnouimus, & vidimus; itaut verba Isaiæ Prophetæ *e* huc afferre non
ab re visum est, dum ait. *Antequam parturiret, peperit, & antequam veniret par-
tus eius, peperit masculum:* Nullis quippe præcedentibus doloribus partus, qui in
bello ex cædibus, rapinis, incendijs, alijsquè innumeris malis prouenire solent, au-
cta fit ad Metaurum Ecclesiastica Ditio. Quod etiam numisma cusum, & saturna-
libus diebus proposita currentibus equis sportula, hac Inscriptione, Aucta ad Me-
taurum Ditione, perpetuis futuris temporibus indicabunt.

Sed ad Clementem redeamus, qui successorem habuit Paulum V. Hic sub 12. Kal.
Decembris Pontificatus sui anno 13. quę à Sixto V. *f* & Clemente VIII. *g* sancita
fuerant, reassumenda, & confirmanda decreuit. Sixtus enim V. Statuta cuiuscumquę D
loci Ecclesiastici Ditionis prohibentia alienationem rerum, & bonorum stabilium
in forensés confirmauit, & quatenus in vsu non essent, nihilominus restituit, & ob-
seruari voluit. Bonorum prædictorum alienationem, permutationem, pignoratio-
nem, & vltra triennium locationem in personas, seu Collegium, vel Vniuersitatem,
Sedi Apostolicæ non subditas absque summi Pontificis licentia vetuit. Castrorum,
ac feudorum venditionem, donationem, & quamuis aliam alienationem absque præ-
dicta Sedis Apostolicæ licentia penitus interdixit. Prædictorum bonorum domi-
nis ad Statum Ecclesiasticum non reuersuris alicui ex subditis Romanæ Ecclesiæ
illa vendere iubet. Et horum bonorum appellatione non esse comprehensos census,
portiones montium, dotes mulierum, & ea, intra Vrbem, & ad decimum vsque E
lapidem existentia declarat. Hæredes mulierum, si extranei sint, ad habitandum in
Ecclesiastica Ditione, vel alienandum bona stabilia ad eos iure dotium prouenien-
tia obnoxios dixit. Clemens verò VIII. præmissa confirmando addidit. Commu-
nitatibus, Principibusquè extraneis bona stabilia, census, aliaquè inter stabilia nu-
merata, officijs tantùm Romanæ Curiæ, & locis montium exceptis, in Statu Eccle-
siastico acquirere vetitum esse. Dispositiones alitèr factas nullius roboris, publica
documenta per Tabularios super his celebranda non esse. Si contrarium attentaue-
rint, tam ipsi, quàm contrahentes certas incurrunt pœnas. Principibus, & Com-
munitatibus extraneis ne S. R. E. subditi se ipsos supponant, neque eorum bona
pro dictis Principibus, & Communitatibus extraneis quoquo modo obligent. Hæc
omnia Paulus V. suo Diplomate confirmauit; *h* quod tamen inter Constitutiones ab
ipso

a Constit. 1. & in declaratione quæ ibi sequitur §. 7. Bullar. nou. tom 3. pag 2.

b Cōstit. 52. Bull. nou. to. 3. pag. 68.

c In vita eiusdē Clem. VIII.

d In epist nuncupatoria ad to. §. annal.

e Cap. 66. & vlt.

f Const 3. Bull. nou. tom. 2. pag. 488.

g Const. 78 to. 3. pag. 121.

h 12. Kal. Decembris Pontif. sui anno 13.

ipso editas non inueni, sed illius mentionem habes in sequenti Bulla.

In Vrbani, inquam, VIII. Constitutione *a* qui vt ad ea, quæ Sedis Apostolicæ Ciuitatum, & locorum confinium, ac terminorum manutentionem, & securitatem respiciunt, opem, & operam impenderet necessariam, quæquè ab alijs Summis Pon-
A tificibus supra narratis sancita sunt, diligenti cura seruentur, mirum in modum exoptans, Congregationem, de qua nunc loquimur, instituit, erexitquè; mandans, quæ de Castris, & Oppidis à Sixto, & Clemente sancita sunt, ad Castra etiam diruta, tenutas, prædia etiam non iurisdictionalia in confinibus Loci iurisdictionalis, ac confinio Principum exterorum sita, extendenda, & amplianda esse. Et ne temporis progressu, & varietate iurisdictio aliqua vsurpetur, & termini, seu fines iurisdictionales confundantur, & vsurpentur, & omnis super præmissis occasio tollatur, post erectam Congregationem, vnum ex S. R. E. Cardinalibus certo stipendio in annum assignato, aliosquè prudentissimos, & longo rerum vsu eruditissimos viros illi præfecit, quibus ea potissimùm iniunxit.

a Kal. Octob. anno 1627. Pontif. V. edit.

Omnes quippe, & singulas venditiones, alienationes, & alias quascumque dispositiones contra, vel præter formam antedictarum Constitutionum factas, & facien-
B das, tam partibus instantibus, quàm ex officio cognoscant, cassent, & irritas dicant; restringant, reuocent, moderentur, confirment, approbent, vel de nouo concedant.

Dubitationes quascumque super intelligentia, & interpretatione prædictarum Sanctionum ortas, vel oriendas tollant, declarent, decidant.

Controuersias, & lites quascumque inter Sedem Apostolicam, & Cameram, & quascumque personas tam seculares, quàm Ecclesiasticas cuiuscumque dignitatis, gradus, & preeminentiæ, de quibus etiam specialis, & indiuidua mentio facienda esset. Quascumque etiam Ciuitates, Castra, Oppida, Vniuersitates, Collegia, Monasteria, loca pia, religiosa etiam exempta, quouis nomine nuncupata, ac omnes alias causas ciuiles, criminales, capitales, & mixtas audiant, & cognoscant, & dummodo in criminalibus sententiam sanguinis per se ipsos non ferant, irregularitatis
C laqueo non sunt obnoxij.

Ecclesiasticæ Ditionis, singularum quoque illius Ciuitatum, & quorumuis aliorum locorum fines, terminosuè inuisent, declarent, ponant, amoueant.

Perturbantes, occultantes, amouentes, incidents, aut ponentes terminos, seu aliàs quomodolibet, & qualitercumque, in, & super confinibus, & terminis, & circa confinia seu ab eis dependentia, annexa, vel connexa delinquentes; aut aquas in, vel prope confinia quomodolibet deriuantes, aut ab eisdem amouentes; aut ædificium quouis nomine nuncupatum construentes, & quamcumque seruitutem prope, vel in confinibus imponentes, ciuilitèr, & criminalitèr (dummodo sententiam sanguinis per se ipsos non ferant) omni, & quacumque appellatione remota, eorum arbitrio puniant. Huc conferunt, quæ scribit Auendan. *b* videndus.

D Cuicumque personæ, etiam in Ecclesiastica Dignitate minimè constitutæ, quę tamen à Præfecto, & Consultoribus ipsis idonea fuerit iudicata, siue in totum, siue in partem causas huiusmodi cognoscendas cum ijsdem facultatibus committant, & subdelegent.

b De exequend. mand. par. 1. c. 4. ferè per tot.

Vnum, vel plures Commissarios, vel Notarios ad capiendas informationes, conficiendos processus, quando, quoties, & cum quibus opus fuerit, ad confinia inuisenda, illorumquè plantas, & descriptiones conficiendas, cum prouisionibus, salarijs, & expensis per hanc Congregationem declarandis, ac per locorum Communitates, seu alios interesse habentes, vel etiam per Cameram Apostolicam eiusdem Congregationis arbitrio transmittunt, & deputant.

E Personis quibuscumque, in, vel prope confinia Status prædicti habitantibus pro finium huiusmodi defensione arma quæcumque (non tamen breuioris mensuræ) deferendi licentiam concedant: tu vide Auendan. *c*

Omnes, & singulas causas, lites, controuersias, quæstiones de, & super finibus, vel eorum annexis, seu connexis principalitèr, vel secundariò motas, & mouendas à sacræ Consultę, Boni regiminis, Aquarum, & alijs quibusuis Congregationibus, Cameræ etiam quibuscumque Tribunalibus, Iudicibus, Præsidentibus, Gubernatoribus etiam Vrbis, nec non Cameræ Apostolicæ generali, & sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, Legatis etiam de latere, tam ex officio, quàm ad partium instantiam reassumant, & auocent, citent, & sub censuris, & pœnis inhibeant.

c loco supra cit. n. 25. vers. tertiò notatu dignũ est.

Causas verò ita reassumptas, & auocatas, ac omnes, & quascumque alias præmissa

missa quomodolibet concernentes summariè, simplicitèr, & de plano, sola facti veritate inspecta, manu regia, sine strepitu, & figura iudicij, quacumque appellatione remota, cognoscant.

Antedictis Congregationibus, Tribunalibus, Legatis, Iudicibus, alijsquè viris eidem Congregationi beneuisis causas quoque remittant, & committant, suasquè communicent facultates. A

Simili etiam arbitrio, & respectiuè Summo Pontifice consulto, & non aliàs, ea omnia agant, & gerant, quæ super finibus, & territorijs, alienationibus quoque, venditionibus, permutationibus, ac præmissis omnibus, & singulis, & circa ea Summus ipse Pontifex, Apostolicaq; Sedes agere, ac facere pro Ecclesiæ, & subditorum quiete, & Ecclesiasticæ Ditionis conseruatione necessaria, & oportuna quomodolibet ab hac Confinium Congregatione iudicabuntur, etiam priuatiuè ad Congregationes, Tribunalia, personas quoquo modo etiam qualificatas (siue incidenter, siue principalitèr agatur) plenam, liberam, & absolutam habeant potestatem.

Subreptionis, & obreptionis, siue nullitatis vitium contra Constitutionem hanc, & omnia in ea contenta opponi, aut dari posse vetitum est.

Si quando reuocari, limitari, aut suspendi, seu derogari contigerit, semper, & toties quoties in pristinum statum restituta, reposita, & reintegrata, ac denuò plenariè concessa intelligantur. B

Sed oritur hic non inutilis dubitatio. Cautum est in Constitutionibus Sixti, Clementis, & vltimo loco Vrbani VIII. ne Principibus, & Communitatibus exteris vendantur annui census, emptio verò locorum montium, & officiorum Romanæ Curiæ eisdem permittitur: Cum autem tam census, quàm loca montium sint annui redditus, & inter immobilia collocata, vt est Rotæ Romanæ, *a* & Pedemontium *b* decisio, aliaquè multa congerit And. Gail *c* Quæritur modò, cur magis prohibeantur emptiones censuum, quàm locorum montium? Siquidem diffinitio census à Toleto *d* tradita etiam locis montium conuenit, cum, vt ipse scribit, sit ius exigendi pensionem de re vtili alterius Secundò ambo cadunt sub contractu emptionis, & venditionis, cum pacto tamen retrouendendi, vt aiunt; emptor enim census quoties à venditore requisitus fuerit recipere pretium ab eo solutum, non potest rei censuatæ liberationem denegare, ex dispositione Bullæ Pij V. super forma creandi census: *e* quod etiam in locis montium seruatur, nam horum venditoribus permissum est, præuia restitutione pretij recepti, annuos redditus obpignoratos redimere; deponunt enim ex stylo Curiæ penes idoneum mercatorem pecunias; inde ex quodam sacculo sorte extrahunt montium creditores, quibus postea per publicum edictum insinuant pecuniarum depositionem, & extractionem factam, itaut intra quindecim dies ad illas recipiendas accedant, sin minus, dictis quindecim diebus elapsis, fructuum cessatio, & pecuniarum periculum eorundem creditorum damno cedit; quod etiam nedum ex stylo Romanæ Curiæ, sed à Clemente VIII. *f* & Paulo V. *g* sancitum habes. Quibus tamen, & alijs, quæ adduci possent, non obstantibus, cum in præcitatis Constitutionibus diuerso modo statutum videamus in censibus, & locis montium, huius diuersitatis rationem inquirendam putaui. Et primo loco se offert; quia in censibus magis consideratur commodum, & vtilitas priuatorum, quàm publica, in locis verò montium publica vtilitas præualet; non enim erectio montium facienda est, nisi magna subsit necessitas, & publica suadeat vtilitas, Toleto *h* teste, qui admonet Principes, ne huiusmodi montes absque graui, & communi necessitate instituant; nil igitur mirum, si magis priuilegiata sit causa publica, quàm priuata. Secunda ratio ex verbis Constitutionum prohibentium alienationem, de qua loquimur, colligi potest; siquidem ex illis apparet, Summorum Pontificum, & signantèr Vrbani VIII. intentionem esse, ne Status Ecclesiastici fines cum exteris confundantur, hæc autem confusio magis ex priuatorum contractibus, vt sunt instrumenta, & impositiones censuum, quæ in quibusuis locis, etiam extra Statum celebrari possunt, quàm ex venditione, & emptione montium, quæ solùm in Vrbe cum scientia Principis saltem præsumpta fiunt: siquidem emptores montium ad participationem fructuum illorum non admittuntur, nisi expeditis literis, quas patentes vocant; hæ autem ab Eminentiss. Card. Camerario, siue Illustriss. D. Thesaurario generali expediuntur, quorum præsentia, & scientia cuiuscumque præiudicij suspicionem cessare faciunt, ex mente Rotæ Romanæ apud Seraphinum; *i* habent enim Summi Pontificis viuæ vocis oraculum, Vestrio *k* teste:

a decis. 224. in fin. apud Seraph.
b decis 99. nu. 49
c pract. obseru. lib. 2. obseru. 10.
d instruc. Sacerd. lib. 5. cap. 42. de censib.
e Const. 79. Bull. nou. tom. 2. pag. 276. & 277.
f in Const. edit. die 15. Maij 1600.
g in confirmatione ordinat super montibus Romana Curia die 5. Aprilis 1615 nu. 16. & 17.
h Instruc. Sacer. lib. 5. cap. 39 nu. 5. consid. 6.
i decis. 1109 n. 2
K in pract. lib. 2. cap. 2.

ætario

ærario quoque, & patrimonio Ecclesiæ sunt præpositi, ex Innocentio Pontifice, *a* & Gomes. *b* Tertiò addi potest, quia in emptione census, fundus, super quo est imponendus, debet esse certus, & certis finibus designatus, cum hypotheca spe-
A cialì, itaut si vendendus erit fundus censuatus, dominus census veniat præferendus alijs omnibus, vt in præcitata Constitutione Pij V. *c* super forma creandi census: hoc autem non procedit in locis montium, quorum erectiones, seu institutiones non requirunt specificam fundi assignationem, sed annuum redditum certum, vt debitis temporibus soluantur fructus, & licèt bona venditoris montium sint hypotheeata ad fauorem montistarum, hæc autem erit contemplatione omnium creditorum, & totius Collegij montistarum; quod quidem Collegium impossibile est, vt totum ex personis extra Statum constituatur, vt de se patet.

Sed quoniam prædictæ Constitutiones videntur disponere circa alienationes, & venditiones voluntarias, non autem necessarias, puta si ad instantiam creditoris vendantur etiam sub hasta bona stabilia debitoris existentia in confinibus, & illis offerat extraneus, vtrum illi sint adiudicanda? negatiuè decisum habes à Rota Ro-
B mana. *d*

At quia Pij V. Constitutio *e* supra relata de rebus S. R. E. non infeudandis &c. bona tantùm Romanæ Ecclesiæ comprehendit; humanæ verò salutis Auctor Christus Dominus nedum Romanam ipsam Ecclesiam amplissima temporalis Ditionis prærogatiua decorauit, sed inferioribus quoque Ecclesijs, vt filiarum decor matris augeret in Summis Pontificibus maiestatem, communicauit; quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam Sedem pertinere cognoscens Vrbanus VIII. Prælatis prætcrea cuiuscumque dignitatis, nec etiam Cardinalibus exceptis, ne de cætero Ciuitates, Terras, Oppida, Villas, arces, fortalitia, munitiones, territoria, districtus, iurisdictiones, aut quæuis alia loca, vel bona iurisdictionalia, ad inferiores Ecclesias pertinentia, de
C iure, vel de facto reuersa, seu deuoluta, etiam adhuc non incorporata, seu in futurum quouis titulo, & causa deuoluantur, & reuertantur, in feudum, seu emphyteusim iterum concedere, aut vltra triennium locare, quouis prætextu, & quæsito colore, etiam euidentissimæ vtilitatis prohibuit. Contrarium attentare præsumentes grauissimis subiacere pœnis mandauit in sua Cõstitutione. *f* Sed habes etiam inter Regulas Cancellariæ à Gregorio XV. *g* editas, prædictam Pij V. & Successorum Pontificum de rebus Ecclesiæ non infeudandis Constitutionem insertam, & innouatam, & confirmatam. Quod autem attinet ad prohibitionem, quam Vrbanus VIII. Episcopis, Abbatibus, & alijs Prælatis concedendi in feudum bona ad inferiores Ecclesias pertinentia edicit, videndus omnino est Isernia, cum illi addentibus, in comment. ad vsus feudor. in verb. Episcopum, vel Abbatem, dicentibus, *h* hanc prohibitionem factam fuisse in Synodo, quam Vrbanus II. habuit Placentiæ,
D iuxta sententiam Iacob. Cuiac. & confirmat Baronius *i* quoad celebrationem huius Concilij, quamuis de præmissa prohibitione nihil dicat, sed post nonnullos relatos Canones remittit se ad Codicem Anselmi Lucensis, *k* vbi quindecim Canones hac Placentina Synodo sancitos ait, inter quos Cuiac. fortasse vidit, quæ scribit.

Quæ verò supra retulimus de auctoritate huius Congregationis, vers. perturbantes, procedendi contra motores terminorum. incidentes, vel occultantes, si qua pœna à iure communi, à legibus Platonis, & Numæ Pompilij mulctandi sint in hoc delinquentes cognoscere cupis, Menochium *l* legito, qui satis eleganter hanc rem more suo pertractat.

Postquam verò huc vsque peruentum erat, alia eiusdem Vrbani VIII. Constitutio emanauit sub Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 3.
E Nouembris 1637. Pontificatus anno 15: qua confirmantur, extenduntur, & declarantur aliæ Summorum Pontificum, præcipuè Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. & ipsiusmet Vrbani VIII. Constitutiones, prohibentes, Ciuitates, Castra, & alia tam iurisdictionalia, quàm non iurisdictionalia, stabilia tamen, in Statu Ecclesiastico consistentia alienari in forenses ex quacumque causa, absque Sedis Apostolicæ licentia, & reuocantur licentiæ, facultatesque quæcumque aduersus prædictas Constitutiones concessæ.

a c. ad audientiam, de prescript.
b in prooem. reg. Cancell. q. 1. in fin.
c Const. 79. bull. nou. tom. 2. pag. 276. & seq.
d coram Ludou. decis. 319. in formantibus, nu. fin.
e Const. 35.
f edit. Kal. Nouemb. anno 1625 Pontif. anno 3.
g reg. 64.
h in addit. in verb. fortè loquitur.
i in annal. tom. 11. anno Christi 1094. pag. 653.
k lib. 7. Decret.
l de arbitr. casu 393. per tot.

CAPVT XVI.

De Priuilegijs S. R. E. Cardinalibus concessis. A

SAnctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ad hanc Eminentissimam Dignitatem euectos esse diximus, vt Sanctorum Petri, & Pauli limina die, noctuquè excubantes tanquam vigilantissimi custodes illa tueanrur, & obseruent, Summoquè Pontifici in administratione vniuersalis Ecclesiæ Consultores assistant, pro ecclesiastica libertate acerrimè propugnando, bonorum, ac vitæ discrimina paruifaciant. Sicut igitur Honorius, ac Theodosius Imperatores Monaxio P.P. rescribentes *a* dixerunt. *Qui ex deuotissimis domesticorum scholis præpositi laborum nostro iudicio, & stipendiorum sudoribus promouentur, clarissimi sint inter allectos, itaut ex Consularibus babeantur; nam Senatorio nomine, & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus inlustrat.* Ita profectò, & à maioritate quidem rationis arguendo, S. R. E. Cardinales, quorum cogitatio non in domesticis tantùm scholis versatur, sed totum terrarum Orbem complectitur, quorum studia, labores, sudores in vinea Domini excolenda potissimùm collocantur; quos Pontificis Summi lateris comitatus nedum illustrat, sed illius corporis membra dicuntur, & clarissimos, & consulares, & Senatorio nomine, ac immunitate dignos esse quis neget? Imò sicuti sacrilegij pœnam similem esse sanxerunt Valent. & Valens Imperatores, *b* si ijs honorificentia non deferatur, qui Imperialem purpuram contingere digni sunt existimati, quantò magis hac pœna mulctandi erunt, qui Cardinalibus debitam non deferant honorificentiam; quibus quidem nedum Imperialem purpuram contingere, sed illam induere concessum videmus. Verùm, vt Cassiodorus *c* ait, æquitati conuenit, vt vnusquisque pro compensatione meritorum laboris recipiat præmium, & excubiarum suarum competentia priuilegia consequatur. Iure igitur meritò S. R. E. Cardinales multis decorati sunt priuilegijs, *d* ex quibus poriora quædam referre non inutile duximus.

B C

a l. vnic. C. Theod. præposit. labor. lib. 6. tit. 25.

b in l. 1. C. de domestic. & protector. lib. 12.

c lib. 7. variar. form. 30.

d Hostiens. c. 2. nu. 3. de cleric. non residen.

PRIVILEGIVM PRIMVM.

De Electione Romani Pontificis.

PRimum ergo priuilegium est, vt ex Cardinalium sacrosancto Collegio, & ab ipsis tantummodò Cardinalibus Summus Pontifex vniuersalis Ecclesiæ Caput, & IESV Christi in Terris Vicarius eligatur, vt Lateranensi Concilio sub Stephano IV. anno salutis 796. à Gratiano *e* relato sancitum legimus, & à Baronio. *f* Verùm Panuinus *g* notat, schisma in hoc Pontificatu vigens in causam fuisse, vt penitus exclusis Clero, & Populo ab electione Pontificis, ad solos Cardinales hoc munus deuolutum anno salutis 1179 et in Concilio Lateranensi sancitum, vt electio per duas ex tribus Cardinalium partes facta valida esset. Et hoc adeo verum est, vt etiamsi negligentes (quod credendum non est) in opere tanti ponderis existant, non tamen ad alios, quàm ad eosdem Cardinales electio Romani Pontificis deuoluatur, Manfredo teste: *h* in locum enim vniuersalis Ecclesiæ in hac actione succedunt, vt pluribus comprobat Iulius Lauor. *i* qui præter alias rationes pro solutione quæstionis, an Pontifex successorem sibi possit eligere, adductas, non posse affirmat, quia tolleretur ius Cardinalibus, quod ab vniuersali Ecclesia illis concessum fuisse constat: plura ad rem cognosces ex Manfredo: *k* sed non omittam, quæ scribit Abbas; *l* si Pontifex à Concilio propter hæresim deponatur, noui Pontificis electio non ad Concilium priuans, sed ad ipsos Cardinales reuertitur; Iacobatius tamen relatus à Manfredo *m* dicit hoc esse intelligendum, quando Concilium cum Cardinalibus consentiat, ne scilicet odia, & simultates oriantur; Hieronymus verò Albanus *n* post multa concludit, non posse Concilium inuitis Cardinalibus eligere Papam, quoniam quoquo modo Sedes vacet, electio ad Cardinales pertinet. Immo

D E

e c. 1. & 3. dist. 79.

f tom. 9. annal. an. 796. in Stephano IV. pag. 216.

g in addit. ad Platin. in vita Alex. III.

h decis. 296. & 302.

i in lucubrat. tit. 4. de elect. canon. cap. 3. nu. 36.

k de Cardinal. cap. 23.

l c. ad petitionē, nu. 4. de accusat.

m decis. 387.

n tract. de Cardinal. q. 35.

nec

nec de consensu Cardinalium permissum esse Pontifici successorem sibi eligere, nec alteri hanc facultatem committere, quia potestas eligendi Papam à Cardinalibus auferri nequit, vt est Mansredi *a* sententia, quam antea tutatus est Iacobatius *b* & Canonistæ *c* docent,

A Et licèt olim Imperatores, ac Reges propria, vel vsurpata, quandoque etiam necessitate temporum suadente à summis Pontificibus concessa licentia, in electione, & confirmatione Romani Antistitis se se intruserint, vt ex historia Ecclesiastica Gratianus *d* adnotasse ait in hæc verba. *Hadrianus verò Papa cum vniuersa Synodo tradiderunt Carolo ius, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem &c* & alia multa retulerunt Mandosius (*e* qui duodecim modos enumerat, quibus Imperatores assensu, vel auctoritate Pontifices elegerunt) & Iulius Lauor. *f* Attamen ad reprimendam hæreticorum, & schismaticorum insolentiam, alijsque Romanę Ecclesiæ necessitatibus suadentibus, id actum esse patet ex Stephani Pontificis Sanctione à Gratiano *g* relata: quod etiam à Ioanne IX. in Ravennatensi Synodo sancitum scribunt Baronius, *h* & Sigonius *i* videndi. Sed hodie absque vlla hæsitatione solis Cardinalibus hoc ius actiuè, & passiuè tum ex Conciliorum decretis, & Canonum sanctionibus permissum est (& scripsit quoque Petrus Damian. à Sigonio *k* relatus) tum etiam quia Imperatores, & Reges huiusmodi priuilegia,
B si vnquam habuerunt, seu illis vsi sunt, iam multis ab hinc annis à se abdicarunt, vt de Constantino IV. Petrus Messia *l* testatur, & eius epistola ad Benedictum II. Romanum Pontificem scripta his verbis comprobat.

Constantinus Imp. Benedicto secundo Romano Pontifici.

Cum vsu receptum fuisset, vt nullus Romanus Pontifex ritè electus diceretur, nisi id nobis, vel Exarcho nostro ratum, firmumquè haberetur; Nos animaduertentes id minus piè, ac commodè fieri consueuisse, nihilquè exinde Religioni, sacrisquè rebus emolumenti nasci, placuit nobis, vt deinceps quem Sacerdotes, exercitusquè Romanus in
C *Pontificem delegerint, eundem statim verum Christi Vicarium, nulla expectata nominis nostri auctoritate, iudicari. Tu verò Beatissime Pater quæ ad amplitudinem Christianæ Reipublicæ pertinent ita geras, vt euersis hominū moribus, cura, diligentiaquè tua succurratur; vale. Constantinopoli &c* Similē concessione à Ludouico Imperatore anno 817. factā testatur Baronius *m* & Ludouici verba retulit Gratianus *n* Immo Imperatores, Regesquè nunquam prędictam facultatem eligendi, & confirmandi Romanos Pontifices habuisse, & Canones de hac re loquentes à Gratiano *o* relatos à Sigisberto scismatico confictos fuisse, pluribus comprobant Coquæus *p* & Andreas Victorellus *q* videndus, quia eius dicta referre nec locus, nec tempus permittunt.

Videndus quoque est Baronius *r* qui post relatam Nicolai II. Sanctionem in Cō-
D cilio Romano statutam super electione Romani Pontificis, quam etiam Gratianus *f* in suo Decreto retulit, ex pluribus probat, hanc Sanctionem esse deprauatam, & ab hæreticis conceptam, in ea parte præsertim, in qua vult saluum honorem, & reuerentiam Imperatoris, quasi Romanus Pontifex ab Imperatore institui, & deponi possit, eum tamen sapientes omnes norint, Papam nedum deponi, nec etiam Christiano iure à quoquam iudicari posse: ex quibus intelligat lector, Decretum Nicolai à Gratiano editum haud esse integrum, purumquè, prout ab ipso Pontifice in Synodo est constitutum, sed à schismaticis labefactatum, atque additione corruptum. Hæc Baronius. Panuinius *t* tamen quandoque Pontifices temporum qualitatibus inseruisse notat, dum varias remissiones ab Imperatoribus ad Pontifices, & à Pontificibus ad Imperatores enumerat, videndus; & vide etiam eundem Baro-
nium, *u* dum contra Sigibertum falsarium inuehitur, & magnam esse imposturā,
E ab eo in gratiam Henrici Imperatoris schismatici scriptam, de concessione facta ab Hadriano I. Carolo Magno super electione Romani Pontificis, & inuestituris Episcopatuum.

Nec mireris, me supra dixisse, ad solos Cardinales etiam passiuè Pontificis electionem pertinere, quia licèt extra sacrum hoc Collegium eligi possit Pontifex, & pluriès electū fuisse passim ex historicis comprobetur, nihilominus tamen potius de Collegio, quatenus ibi idoneus adsit, quàm extra, licèt magis idoneus, eligi debet, quia idoneitas ista non est simpliciter consideranda, sed habito respectu ad vniuersalis Ecclesiæ regimen, & gubernium, itaut si Cardinalis tanto muneri idoneus iudicetur, sufficiat, Mansredo, *x* & alijs ab eo relatis sic attestantibus. Quinimò si

a Decis. 295. & 396.
b De concil. lib. 5. art. vlt per tot.
c In c. si trāsitus 79. dist. in c. licet & in Clem. 2. de elect.
d c. Hadrianus Papa. dist. 63.
e In reg. 13. Cācell. q. 8. à nu. 25. vsque ad 39.
f De elect. can. cap. 4. à nu. 14. vsque ad fin. & cap. 10. à nu. 63. ad fin.
g c. quia sancta dist. 63.
h In annal. tom. 10 anno 904.
i De Regno Ital. lib. 6. anno 898. fol. 235.
k De Regno Ital. lib. 9. sub anno 1059. pag. 343.
l In eius vita.
m In annal. hoc anno.
n c. ego Ludouicus, §. quādo, dist. 63.
o c. In Decret. dist. 63.
p In antimorn. contra oppos. 18. §. sed hoc adde pag. 392.
q In addit. ad Ciacon. in vita Hadriani I to. 1. col. 269.
r In annal tom. 11. anno 1059. pag. 257 litera B & seq.
f c. in nomine Domini. dist. 23.
t Ad Platinam in vita Pelag. II
u In annal to. 9. anno 774 pag. 237. n. 13. & seq.
x Decis. 299.

eligatur in Papam, qui non fit Cardinalis, priusquam promoueatur, efficiendus erit Cardinalis, fi Archidiacono *a* credendum eft. Verùm hic pulchra exoritur dubitatio: diximus enim fupra, Collegium Cardinalium non poffe creare Cardinalem, à quo igitur ifte Candidatus creandus erit? Dicas, fauore electionis Romani Pontificis, vt facilius, & rectius procedat, id facro Collegio permittendum effe; non fecus ac fi eligatur Pontifex, qui non fit Epifcopus, hic enim à Cardinalium Decano Epifcopo Hoftienfi confecrandus erit, vt diximus fupra. A

Cum autem ex Marcelli I. C. fententia *b* tres faciant Collegium, quæfitum eft, fi duo tantùm, aut vnus fuperfit Cardinalis, quo cafu dici non poffit Collegium Cardinalium, electio Pontificis à quibus erit celebranda? *c* Refponde, fi duo fint Cardinales, ex quibus de iure canonico conftituitur Collegium, vnus ex ipfis alterum eligere poterit, Andrea de Falconibus *d* fic fcribente, quæ fuit etiam fententia Abbatis *e* fi verò vnus tantum fuperfit, hic folus etiam Pontificem eligere poterit, vt Martin. Laudenf. *f* autumat. An autem hic folus Cardinalis poterit fe ipfum eligere in Papam? itaut cum Baldafare Coffa dicat, Papa fum ego; Abbas Panormitanus *g* negatiuè refpondet, ea ratione, quia notaretur ambitione: Verùm hanc notam euitabit, fi nomine Collegij det alteri poteftatem eligendi, hic autem tanquam compromiffarius poterit illum Cardinalem eligere in Papam, vt idem Panormitanus *h* docet. Sed hanc Abbatis fententiam procedere, quando hic folus Cardinalis remanfiffet in Conclaui, cæteris exeuntibus, vel abfentibus, non autem mortuis, dixerunt Hieron. Alban. *i* Manfred. *k* & Iul. Lauor. *l* qui addit, electionem de fe ipfo, vt fecit Ioannes 22. feu 23. non effe repugnantem Iuri Diuino, vel naturali, fed humano, quia vt diximus, notaretur ambitione: fed Innocentij III ad Rothomagenfem Archiepifcopum refcriptum *m* patronum fcilicet Ecclefiæ vacantis etfi clericum non poffe fe ipfum ad illam præfentare, hanc electionem de iure Canonum improbatam effe indicat. Imò & iuri Diuino repugnare videtur, fi verba Apoftolica *n* perpendamus, dum ait. *Nec quifquam fumit fibi honorem, fed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: fic & Chriftus non femetipfum clarificauit, vt Pontifex fieret, fed qui locutus eft ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te &c.* Ponderanda funt verba, *Chriftus non femet ipfum clarificauit, vt Pontifex fieret &c.* Ergo neque hoc facere debet, qui fuas vices in terris gerit; omnis enim Chrifti actio noftra eft inftructio *o* Gomefius videndus. *p* B C

Si verò nullus ex Cardinalibus fupereffet, tunc quidam opinati funt, ad Romanũ Clerum, feu Lateranen. Canonicos deuolutum effe ius eligendi Papam; alij verò congregandum effe Concilium generale dixerunt, vt videre eft apud Panormitanum *q* Verùm Cardinalis Albanus, *r* quem refert Iulius Lauor. *f* diftinguendo procedit: aut eft facile congregare Concilium, & tunc ad illud fpectat electio, aut eft difficile, & tunc recurrendum eft ad Romanum Clerum. Baldus *t* autem putanit, hoc cafu electionem pertinere ad Patriarchas. Hæc, & alia adnotauit Manfredus *u* videndus, & ante eum magis fusè hanc quæftionem pertractauit Iacobatius *x* qui Concilium conuocandum effe fcribit, nedum Cardinalibus mortuis, fed etiam, quando inter fe difcordes effent; hoc tamen non procederet, quando maior pars parata effet, tunc enim nec debet, nec poteft maior pars fuo iure priuari, ex Manfredo *y* Imò & pars repugnans brachio feculari compelli poterit, vt eft Gregorij fententia à Gratiano *z* relata, priuilegium enim meretur amittere, qui permiffa fibi abutitur poteftate, Hoftienfi *a* tefte, qui hanc rem perbellè tractat, & ideo videndus; quàmuis poft eius fcripta aliæ fancitę fuerint leges in electione fummi Pontificis feruandæ, quas ipfe Hoftienfis neceffarias putauit *b* videndus eft etiam Card. Zabarella *c* Quod autem diximus, brachio feculari compellendam effe partem repugnantem, intellige verum in hoc, vt Cardinales ingrediantur Conclaue, & certo loco includantur, de quo exire non valeant, donec cum alijs confentiant, vt à Clemente V. *d* fancitum habes, pro cuius Sanctionis intelligentia Albanum *e* & Manfredum *f* confule; & in vfum deductum fuiffe Perufiæ in electione Honorij III. Cæleftini IV. & Gregorij X. narrant hiftorici à Iulio Lauor. *g* relati; & de Viterbienfibus hoc idem fcribit Hoftienfis *h* Illud autem fciendum eft, ex præmiffa coactione nullo modo limitari poffe poteftatem, & facultatem eligendi Papam; facrum enim Collegium Cardinalium non habet in hoc fuperiorem, & in ijs, quæ Papæ electionem refpiciunt, vniuerfam repræfentat Ecclefiam, eiufquè iure fungitur; nec vlli D E

fubeffe

a in c. nullus, il primo dist. 79.
b L. Neratius 85 ff. de verb. fignif.
c c. 1. de elect.
d in addit. ad Abb. in c. gratum in verb. eligere, de postul. prelat.
e in c. licet de vitando, n. fi. de elec.
f tract. de Card. par. 1. conclus. 24
g In c. gratum nu 9. verf. iste tamen folus, de postulat. Prælat.
h In d. c. licet de vitanda, n. fin. de elect.
i Tract. de Card. q. 24.
k Decif. 286.
l De elect. canon. cap. 6 nu. 17.
m In c. per nostras, de iure patron.
n Ad Heb. c. 15.
o c. per aquam, de confecr. dist. 4.
p In reg. Canc. de infirm. qu. 1. verf. prætetea fi cut.
q In c. licet de vitanda, n. fin. de elect.
r Tract. de Cardin. q. 25.
f De election. canon. cap 6. n. 27.
t L. vbi absunt, n. 2. ff de tutor. & curat. dat. ab his
u Decif. 287. & 382.
x De Conc. lib. 1 art. 1. n. 229. & feq. tract. diuerf. tom. 13. par. 1.
y Decif. 385.
z c. nec licuit, dist. 17.
a In c. licet, n. 29. de elect.
b Loco cit n. 27. verf. fed fecundũ vltima iura.
c Conf. 150. n. 4. & 5.
d Clem. ne Romani §. porrò, de elect.
e De Cardinal. q 28. col. 2.
f Decif. 290. & 270.
g De elect. can. cap. 6 nu 13.
h In c. nifi cum pridem, n. 32. de renunciat.

subesse debet, quæ ore Diuino cunctis dignoscitur esse prælata: decet namque ipsi Romano Pontifici per fratres suos S. R. E. Cardinales, qui sibi in executione officij Sacerdotalis coadiutores assistunt, libera prouehire consilia *a* videndus est etiam Manfredus. *b* Caueant igitur Eminentiss. Cardinales, ne tali in loco ad electionem
A Papæ conueniant, vbi plenam eligendi potestatem non habeant; nam adeo libera debet esse Pontificis electio, vt si constet, metum fuisse Cardinalibus illatum, non possint postea cum electo consentire; neque valent in hac parte Cardinales ipsi dispensare, vt omnis libertatis Ecclesiasticæ violandę tollatur occasio, quam proprio sanguine Eminentiss. hic Senatus defendere debet, vt post Martin. Lauden. *c* scripserunt Manfred. *d* & Iul. Lauor. *e* Obliquè tamen, vel vt alij dicunt indirectè, per subtractionem scilicet victualium, cõpelli posse Cardinales, testatur Hostiensis *f* ibi *ponantur in Conclaui, & eis cibaria subtrahantur, quousque concordauerint*; quamuis dicat, nolle hoc diffinire, sed Constitutionem esse faciendam, quæ in his omnibus prouideat. Hanc verò Constitutionem à Gregorio X. *g* & à Clemente VI. editam fuisse primò, & ab alijs Summis Pontificibus postea declaratam scimus;
B Clemens enim VI. *h* de cibo, potu, ac numero seruientiũ, quibus vti possint S.R.E. Cardinales in Conclaui pro electione Summi Pontificis existentes, Constitutionem edidit, quam Pius Quartus *i* Gregorius Decimus quintus, & Vrbanus Octauus confirmarunt.

Verùm Clemens VII. Bononiam profecturus, vt Carolum Quintum Imperiali diademate decoraret, si ante reditum ad Vrbem ex hac luce migrasset, Conclauis locum pro nouo Pontifice eligendo declarauit in Vrbe, nisi Vrbs tunc Interdicto subiaceret, vel esset apertè rebellis, aut inibi de impressione dubitaretur, super quo maioris partis Cardinalium decisioni standum esse voluit; & tunc in Ciuitate Castellana, seu Vrbeuetana, seu Perusina, dummodo Ecclesiastico Interdicto subiectæ, seu rebelles non essent, noui Pontificis electionem celebrandam esse
C sanciuit. *k*

Denique quia nonnulli dubitarunt, an electio, quæ per sortem dicitur, Cardinalibus permittatur. ? Et negatiuam partem tueatur Archid. *l* affirmans, in Electionibus ecclesiasticis, quæ ex Spiritus Sancti inspiratione fieri debent, sortibus vti peccatum esse; Felin. *m* tamen, post relatas pro vtraque parte sententias, arbitratur, vbi esset discordia duorum contendentium de Papatu, hanc de vtriusque consensu sorte dirimendam esse; quia tunc licèt Papatus sit Beneficium, *n* tamen hoc speciale esse vt in ipso Papatu, sicut & aliud speciale habet, vt super eo fiat de iure, & de facto compromissum, quod est species transactionis; transactio autem pari modo prohibita est in Beneficialibus. *o* Sed in electionibus quoque ecclesiasticis tum in veteri, tum in nouo Testamento sorti locum fuisse, satis fusè, & eruditè, vt assolet, Tiraquellus *p* docet.
D Tandem quia dictum est supra, electionem Romani Pontificis quandoque à Clero, Populoque Romano celebratam fuisse, si quis nosse cupiat, quando, & quomodo ab huiusmodi actione exclusi fuerint & Clerus, & Populus, Panuinum *q* legat.

Nec omittendum erit, quòd ante Clementem IV. Cardinales intra Conclaue non includebantur, sed summo mane singulis diebus, si Romæ erant, Laterani, vel in Basilica Vaticana, aut alibi, vt occasio erat, si verò extra Vrbem, in Cathedrali eius Ciuitatis Templo, in qua tunc commorabantur, vnà conueniebant, Ciaconio *r* teste. Facta autem Pontificis electione, quomodo antiquitùs, anno scilicet 1191. ad eius consecrationem procederetur, Baronius *s* docet.

E

a c. fundamenta. vers. nec illi, de elect. in 6.
b decis. 309. & 312.
c de Card. par. 2. q. 92.
d decis. 264.
e de elect. canon. cap 6 nu 92.
f in c. licet. nu. 26 de elect.
g c. vbi periculũ, §. in Conclaui, de elect. in 6.
h Const. 5. Bullar nou tom. 1. pag. 215.
i Const. 63. § 22 Bullar. nou. tom. 2. pag. 93.
k Const. 26 §. 2. Bullar. nou. tom. 1. pag 595.
l c. sors, num. 1. vers. quarto si in electionibus 26. q. 2.
m in c. capitulũ, n. fin. vers sed in cõtrarium, de rescript.
n c. 1. de maledict.
o c. super eo, de transact.
p de iure primog. 17. q. in 1. opin. à nu. 8. vsque ad nu. 27.
q in annot. ad Platin. in vita Innoc. II.
r in vita Greg. X. in princ.
s in annal. tom. 12. anno 1191. pag. 825. in fin.

PRIVILEGIVM II.

Pontifex Cardinalium Consilio vti debet. A

SEcundum priuilegium erit, vt Summus Pontifex in administratione vniuersalis
Ecclesiæ consilio Cardinalium vtatur; quod in Tridentina Synodo *a* sanci-
tum legimus. Sunt enim Cardinales in quasi possessione, vt Papa non explicet ar-
dua sine ipsorum consilio, Panormitano, *b* & alijs hoc affirmantibus; sed magis
fusè Card. Paleottus, *c* qui hanc conclusionem in octo articulos diuidit. In pri-
mo articulo prope finem agit, in quo differat consensus à consilio Cardinalium, & in
leuioribus neque consilium, neque consensum, in grauioribus consilium, in longè
grauioribus etiam consensum adijciendum esse ait. In secundo articulo quærit, an
Papa vtens potestate ordinaria consensum, aut consilium Cardinalium in arduis ad- B
hibere teneatur? & in affirmatiuam partem magis inclinat. In tertio articulo, qui
si plenitudine potestatis vtatur Pontifex, an Cardinalium consensum exigere tenea-
tur? & negatiuè respondet. In quarto articulo, an Papa prædicta potestatis ple-
nitudine vtens, consilium Cardinalium requirere teneatur? & valdè rationi, neces-
sitati, ac publico bono consentaneum putat. In quinto articulo, vtrum à Iure Di-
uino deducatur, Pontificem teneri ad petenda consilia? & per multas allatas ratio-
nes pro parte affirmatiua, *d* tandem nihil decidit, sed auctoritate S.R.E. deciden-
dum relinquit. In sexto articulo quærit, si Iure Diuino non tenetur, an iure natu-
rali, & gentium demonstrari possit, ad idem obstrictum esse? & duplicem afferens
obligationem, coactiuam scilicet, quæ extrinseca est, & directiuam, quæ respicit in-
trinsecam potestatem, de qua se tunc verba facere affirmat, & quæ à Lege Diuina C
deriuatur; quando Papa Pontificiam accepit Dignitatem, tacitè se his conditioni-
bus deuinxisse videtur; vnde obligatio hæc intrinseca non ab alijs, quàm à semet
ipso proficiscitur, qui sponte sua munus illud cum omnibus illi annexis acceptauit;
& ideo non propriè coactio, sed voluntaria muneris susceptio nominanda est. In
septimo articulo, ex suppositione, Papam obligatum esse in arduis consilium adhi-
bere Cardinalium, si non requirat, numquid actus ab eo gestus reddatur nullus?
& cum in Auditorio Principis, quando potestatis plenitudine vtitur, nullitati locus
non sit, absque vlla hæsitatione negatiuam tenet, & ad contraria respondet: vide
tamen Barbat. *e* In octauo tandem articulo, Papa requirendo consilium, quod ei
bonum, & salutare proponitur, an illud sequi teneatur? & cum finis petendi con-
silij sit, non illud cœco quodam impetu sequi, sed vt ex consilijs traditis Princeps
ipse discernat, & diiudicet, quid Reipublicæ vtilius esse arbitretur, non teneri deter- D
minat. Hæc Paleottus: videndi sunt etiam Iacobatius, *f* & August. Bero *g*

Ex quibus, & alijs, quæ adduci possent, satis apertè colligitur, necessariam esse
DD. Cardinalium assistentiam Summo Pontifici exhibendam, vt illi consilio, & con-
sensu præsto sint. Atque hinc factum esse puto, vt in Concilio Lateranensi, *h* Leo-
ne X. sedente, & comprobante, sancitum fuerit, vt omnes Cardinales in Romana
Curia resideant, & qui erant absentes, si in Italia, intra sex menses, si extra Italiam,
infra annum à die publicationis illius Sanctionis reuerti tenerentur; alioquin fru-
ctus Beneficiorum, & omnium Officiorum suorum Emolumenta amitterent, omni-
busquè priuilegijs generalitèr, & specialitèr Cardinalibus concessis, quamdiu abes-
sent, omnino carerent &c. Et hanc Sanctionem à Bonifacio VIII. antea editam, *i*
& demum à Paulo III. confirmatam die 18. Februarij 1547. affirmat Verallus, *k* E
qui præfati Decreti Pauli III. meminit: Posita tamen conclusio declaratur, nisi de
Summi Pontificis licentia pro Ecclesiæ necessitatibus absint, vel in Ecclesijs, quibus
præpositi sint, resideant, vt in eadem Lateranensi Synodo loco citato; & in Ro-
mana Rota decisum fuisse testantur Verallus, *l* & Puteus. *m* Sed quomodo pro-
bandum erit, concessam fuisse licentiam Cardinali recedendi ab Vrbe? Idem Ve-
rallus, *n* per vnum testem integrum, siue per duos de publica voce, & fama pro-
bari posse affirmat.

Denique adeo verum affirmant, Cardinales gaudere hoc priuilegio, vt Papa eo-
rum consilio in arduis vtatur, quòd si inueniantur donationes factæ à Papa sine
sub-

a sess. 25. de reformat. cap. 1. circa fin.
b in c. 2. nu. 3. vers. & vide, de cler. non resid.
c de sacr. Consist. consult. par. 1. q. 3. per tot.
d Barbat. cons. 1. nu. 12. vers. & dicit Papam teneri, lib. 1.
e cons. 1. nu. 8. & seq. lib. 1.
f de Concil. lib. 7. artic. 5. nu. 85 & seqq. tract. diuers. tom. 13. par. 1.
g in rub. de Constit. nu. 43. & plurib. seqq.
h session. 9. tit. de Cardinalib. vers. & cum Cardinalis Officium.
i c. fin. de rescript. in 6.
k decis. 86. alias 5. in verb. indultũ, nu. 1. par. 2
l d. decis. 5. nu. 2
m d. decis. 103. nu. 3. lib. 3. in nou.
n d. decis. 5. nu. 3. & 4.

subscriptione DD. Cardinalium, literæ Apostolicæ, vel scripturæ has donationes continentes non careant falsitatis suspicione, vt ex Aegidio Bellamera *a* testatur Anton. Scappius, *b* & hoc esse de vsu, stylo, & consuetudine affirmat. Plura si cupis hac de re cognoscere, quæ D. Phillp. Prob. pro vtraque parte adducit, videnda sunt, nobis autem sat erit illa indicasse, *c*

a In c. item si fornus, 12. q. 2. n. 15.
b Tract. de iure non script. lib. 1. cap. 37. nu. 3.
c In repet. c. super eo, de heret. in 6. impressa post Io. Monach.

A

PRIVILEGIVM III.

Cardinales in locum Senatorum Romani Imperij subrogati sunt.

Tertium priuilegium erit, vt Patres conscripti dicantur Cardinales, itaut in locum Senatorum Romani Imperij fuerint subrogati ex Constantini Magni Imperatoris declaratione *d* in hæc verba. *Visis autem Reuerendissimis Clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ* Ecclesiæ *seruientibus, illud culmen singularitate, potentia, & præcellentia habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, idest Patritios, atque Consules effici, nec non & ceteris* B *Dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari: & sicut Imperialis militia ornatur, ita & Clerum S. R. E. ornari decernimus &c.* Hæc autem Imperatoris verba ad Cardinales potissimùm directa esse Doctores nostri communi voto declarant, & obseruant, Cardinales posse ius constituere, vt videre est apud Panormitanum *e* Romanum *f* & alia multa congerit Capycius *g* affirmans, Cardinales æquiparatos esse Senatui Romano. Quam verò Senatus potestatem haberet, Polybius *h* docet in hæc verba. *Senatus primùm ærarij potestatem habet, etenim in ipsius arbitrio sunt & redditus, & sumptus, neque enim Quæstoribus ne ad particulares quidem vsus integrum est aliquid expendere sine ipsorum decreto nisi in Consules tantùm; vniuersalis verò, ac maximus quisque sumptus, quales plerumque Questores in sarta tecta ad publicam pertinentia singulis quinquennijs facere solet,* C *in Senatus est potestate, & per hunc indultum est, quicquid conceditur Censoribus. Consimilitèr, & quæcumque flagitia per Italiam commissa publicam animaduersionem requirunt, vtputa proditionis, coniurationis, veneficij, cædis dolo perpetratæ, horum puniendorum cura Senatum concernit. Præterea si quis priuatus, vel Ciuitas quæpiam ex Italicis vel conciliatione aliqua, vel æstimatione, vel auxilio, aut custodia opus habet, horum omnium procurationem Senatus habet. Denique si Legatio quadam aliquò mittenda sit extra Italiam, quæ vel conciliet quosdam, vel adhortetur, siue omninò imperet aliquid, aut accipiat, vel bellum denunciet, de his prouidet Senatus. Consimilitèr cum Legati Romam veniunt, quomodo tractandi sint quilibet, quidquè respondendum, cuncta hæc perficiuntur per Senatum.* Hæc Polybius, quę si à viro in Aula Romana aliquantulum versato, & de maiestate, officioquè DD. Cardinalium etiam mediocritèr instructo, perpendantur, si non omnia, D maiorem tamen partem in hoc sacrosancto Purpuratorum Patrum Senatu cognosces: siquidem ærarium sub potestate sacri Collegij esse Sixti V. Sanctio *i* demonstrat. Flagitiorum in Ecclesiastica Ditione commissorum sacra Consulta, quæ ex Cardinalibus constituitur, animaduersionem habet, vt infra videbimus. Ciuitatum, priuatorumquè custodiam habent, ac eis auxilium præbent Cardinales Congregationibus Grauaminum tollendorum, & Boni regiminis præpositi, vt suo loco dicetur. Si legationes mittendæ, Legatiuè constituendi sint, Summus Pontifex de voto sacri Consistorij prouidet, vt in Cæremoniali Romano *k* Si Legati, Oratoresuè Principum, Magnatesquè viri Romam veniant, quomodo tractandi, quid respondendum, sacra Rituum Congregatio decernit, prout infra demonstrabitur, itaut quę Cyneas ex E Legatione Romana ad Pyrrhum reuersus dixit, Romanum quippe Senatum sibi Regum multorum Concilium visum fuisse, Plutarcho *l* teste, nulli dubium sit, quin hoc idem, & magis verè de sacro Cardinalium Collegio dixisset, cum receptissima sit conclusio, Cardinales Regibus æquiparatos esse.

d. c. Constant. dist. 96.
e c. cum te n. 12 & seq. de sent. & re iud.
f Sermon. siue consult. n. 18.
g Decis. 114. n. 4
h Lib. 6. pag. mihi 608. & seq.
i Const. 31. B. 2 nou. tom. 2. pag. 529. Con. t. 69. pag. 99. & const. 80. pag. 627.
K Sect. 8. cap. 8 lib. 1.
l In vita Pyrrhi pag. apud me 257.

Differre tamen videtur facer hic Cardinalium Senatus ab illo Romano, hic enim per plures haberi solebat, nempe Dictatorem, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, & Præfectum Vrbis, vt A. Gellius *m* testatur. Ille verò S. R. E. Cardinalium Senatus à solo Romano Pontifice haberi potest, itaut Sanctiones, Senatusconsulta, Decreta à Concilijs, Consistorijs, Congregationibus Cardinalium, prætequam

m Lib. 14 cap. 7

quam à Summo Pontifice conuocatis, edita, vel promulgata nullius sint roboris, vel momenti, vt ex Paschalis *a* responso ad Panormitanum Archiepiscopũ innotescit, ibi; *Cum omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patentèr excipiatur auctoritas &c.* Quæ verba pro plenitudine potestatis Papæ supra Concilia, & consequentèr vniuersalem Ecclesiã allata esse, Caietanus *b* affirmat; & in Cæremoniali Romano *c* A
post Cardinalium sententiam in Consistorio dictã, Papæ iudicium, & determinationem subsequi: alia multa videnda sunt apud Paleottum *d* Et Constitutionem factam à Papa cum consilio Cardinalium, & Concilij, dicendam esse Constitutionem Papalem, & non Concilij, siue Cardinalium scripsit Decius *e* Pleniorem tamen huius rei notitiam habebis, si Panormitanum *f* legas, vnà cum additionibus D. Anton. Fran. ad eundem Abbatem Panormitanum, in verb. Concilia, vers. circa istam scrupulosam &c. Denique quemadmodum Valer. & Gallien. Imperatores rescripserunt. *g Si quid Senatoria præditis Dignitate fuerit fortè mãdandum, Imperiali iudicio reseruandum est*; ita si quid Cardinalibus committendum, Summi Pontificis oraculo fiet. B

PRIVILEGIVM IV.

De iuramento Fidelitatis.

QVartum priuilegium; Licèt Episcopi, & omnes accipientes Ecclesiasticam Dignitatem à Papa, illi fidelitatis iuramentum præstent, iuxta formam à D. Gregorio *h* traditam, Cardinales tamen id agere non tenentur, vt multis probat Mascardus *i* Cuius priuilegij ratio redditur, quia Cardinales sunt partes corporis Papæ, imò faciunt vnum corpus cum ipso Papa; & quemadmodum nemo debet fidelitatem à se ipso exigere, ita nec Papa à Cardinalibus, Panormitano *k* teste: Imò C
etiam à iuramento calumniæ excusari Cardinales voluit Anton. del Re *l* & hoc propter eminentiam personæ concessum esse Andr. Gail. *m* indicat. Verùm Paleottus *n* Cardinales, cum hac dignitate exornantur, iuramentum præstare ait, expressis verbis honorem, & auctoritatem S. R. E. & D. N. Papæ conseruaturos, aucturos, & promoturos, & fidele semper consilium illi daturos *o* quod ex libro iuramentorum constare affirmat. Sed & iuratoriam cautionem loco fideiussionis in iudicio prẹstandæ à priuatis viris, sufficere in Cardinalibus, indicat Honor. & Theod. Sanctio *p* videnda. Solemni quoque iuramento ad effudendum sanguinem pro Christi gloria, & Christianæ Republicæ salute deuinctos esse Cardinales, testatur Paleottus. *q* D

PRIVILEGIVM V.

Quanta sit adhibenda fides Cardinalibus?

QVintum est priuilegium, vt Cardinalis testimonio credatur sine iuramento, ex Mart. Lauden. *r* ac Mantica *s* Et hoc procedere, etiamsi dicat in sententia iuisse solemnitèr processum, nam propter Dignitatis prærogatiuam efficacem oriri præsumptionem, imò plenè probare, dixit Felinus, *t* & post eum Mascardus *u* Sed hoc procedere de consuetudine Romanæ Curiæ, non autem de rigore iuris, E
idem Felinus declarat loco citato, quem sequitur Mantica *x* Procedit etiam conclusio, si Cardinalis asserat, se esse Legatum, & viuæ vocis oraculo fuisse sibi à Papa aliquid commissum, nam illi credendum erit; Alex. *y* Alciat. *z* Rota Romana apud Verallum *a* Hoc autem intellige verum, nisi dicat fuisse sibi ea concessa, quæ Pontifici reseruata sunt, nam debet hoc probare, ex mente Rotæ apud Verallum *b* & Seraphinum *c* Limitatur etiam conclusio, quando Cardinalis dictum ad sui exonerationem tendit, eadem Rota Romana apud Seraphinum *d* Limitatur tertiò in casibus, in quibus speciale mandatum requiritur; nam Cardinali asserenti, se habere tale mandatum non creditur, Mantica teste *e* Quartò limitatur, si Cardinalis inducatur vt testis, & nullum alium habeat contestem; illi enim soli non creditur

a c. a significasti de elect.
b In opusc. de auctor. Pap. & Concil. cap. 7.
c Lib. 1. sect. 9. cap. 3. in fin.
d De sacr. Consist. Consult. p. 5. q. 7. sine 44.
e In 2. lect. rubr. de Constit. n. 14.
f In c. significasti, nu. 3. in 7. no. de elect.
g L. nemo Prefectus, C. de dignit. lib. 12.
h c. ego N. de iureiuran.
i Conclu. 1151. nu. 40 & 41. de probat.
k In c. ex gestis, n. 2. de cler. non residen.
l Trac. de iuram calumn. cap. 18. n. 7. cap. 21. n 3.
m Lib 1. obseru, 90.
n De sacr. Consist consult. p 1. q. 5. pag 47. l. c.
o Idem Paleott. p. 1. q. 8. pag. 185.
p L. 17. quoties, C. de dignit. lib 12
q De sacr. Consist. Consult. p. 3. q. 1. pag. 103. litera A.
r De Cardinal. par. 2. n. 54.
s De tacit. & ambig. lib. 7. tit. 9 n. 2. 3. & 4.
t In c. quoniam contra, n. 36. de probation.
u d. Cõcl. 1231 n. 18. de probat.
x De tacit. & ambig. lib. 7 tit. 9 nu. 2.
y Cons 106. nu. 19. vol. 2.
z De præsumpt. reg. 1. præs. 48. num. 3
a Decis. 95. p. 1.
b Decis. 93. n. 2 & per tot. par. 1
c Decis. 142. n. 1 & 2.
d Decis. 254. nu. 12.
e De tacit. & ambig. lib. 7. tit. 5. n. 2. vers. secundò ergo.

tur; Rot. apud Bellameram *a* sed susius id agit Gabrielius. *b* Literis verò Dominorum Cardinalium, cum sint de sublimioribus Magistratibus, fidem adhibendam esse voluit Rota apud Seraphinum, *c* & alia congerit Mascardus. *d* Fides verò Cardinalis de re sollta concedi viuæ vocis oraculo Papæ, si cesset in Cardinali exceptio consanguinitatis, vel similis, fidem facit, si iurata sit, & in scriptis redacta; ita Nauarrus, *e* quem sequitur Cherubinus in. *f* Sed an attestationi Vicecancellarij sit standum? affirmat Rota apud Puteum, *g* Sigillo autem, & relationi Cardinalis Vicecancellarij adhibendam esse aliquando fidem, eadem Rota coram Bellam. *h* dixit: & si concurrat fides simplicis Cardinalis cum fide desumpta ex libro Vicecencellarij, magis huic, quàm illi credendum esse dicit Puteus. *i* Quam verò fidem astruat sigillum tam publicis, quam priuatis negocijs, & scripturæ impressum, satis luculentèr agit Menochius. *k* Sed vnius Cardinalis testimonio, & assertioni an, & quando plenè credendum sit, latè scripsit Farinacius, *l* cuius dicta rescribere superuacaneum duxi.

a decis. 627. in princ. & decis. 628. per tot.
b conclus 3. per tot. de probatio.
c decis 1349. nu. 1. & 2.
d conclus. 626. & 627. per tot. de probat.
e cons. 12. nu. 8. de test. lib 3.
f ad Const. 19. Pij IV. schol. 1.
g decis. 320. nu. 2. & 3. lib. 1.
h decis. 630.
i decis. 320 nu. 1. lib. 1.
k de presumpt. lib 2. pres. 57. & 58. per tot.
l in tract. de testib. q. 63. cap. 2. per tot.

A

B

PRIVILEGIVM VI.

Patria Potestas expirat in Cardinali.

PEr assumptionem ad Cardinalatus Dignitatem liberatio à patria potestate contingit, ex Iustin. Imperatoris Sanctione *m* in hæc verba *Qui enim omnium sunt spirituales Patres, quomodo sub aliorum potestate consistant?* Quæ verba licèt in Episcopis loquantur, multò tamen fortius procedunt in Cardinalibus, ex ijs, quæ dicit Eugenius IV. *n* dum ait. *Quis non videt, Cardinalatus Dignitatem Archiepiscopali esse maiorem? quia cum illa priuatæ vnius Patriæ præsit vtilitati, ista publicæ totius populi Christiani; illa vnam dumtaxat regit Ecclesiam, ista cum Sede Apostolica vniuersas; & cum à nemine, nisi solo Papa iudicentur Cardinales, ipsi & Patriarchas, & Archiepiscopos, & reliquos Ecclesiæ gradus cum Summo Pontifice iudicant.* Et pauló superiùs. *Hoc enim rationi consentaneum est, vt dignius minus dignum ad se trahat, & res à potentiori, & nobiliori denominetur, quod in ipsis Cardinalibus euidenter seruatur, qui licèt certarum Ecclesiarum, dum ad Cardinalatum assumuntur, Episcopi sint, nihilominus eos non Episcopos, sed Presbyteros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Sedes Apostolica appellat. Quinimò si eis suas priores Ecclesias in titulum dimittat, non amplius sub nomine Ecclesiarum, sed tituli Cardinalatus scribit, quasi ad maiorem dignitatem, & iurisdictionem assumpserit, alioqui non ascendisse, sed descendisse, non honorari, sed dehonorari viderentur.* Hactenus Eugenius Quartus. Quas tamen rationes temporibus retroactis, & ante Bonifacium Octauum locum non habuisse testatur Gomesius, *o* dum ait, multos prætermissos fuisse Cardinalari, quia Episcopi erant, ne sic Dignitate minuerentur; idem scribit Petrus Gregorius Tholosanus. *p* Sed alijs quoque rationibus comprobat, & confirmat hoc priuilegium Manfredus, *q* dum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium priuilegia recenset: neque enim (vt ipse inquit) decet eum, qui filius almæ Matris Ecclesiæ effectus est, frater, adiutor, & consiliarius Christi vices in terris gerentis, patriæ adhuc potestati subiacere &c.

m in Aut. Constit. qui de ... quis. §. illud quoque, vers. palam verò.
n Const. 15. § 14 Bullar. nou. to. 1.
o in prooem. Reg. Cancellar. q. 1. sub tit. Episcoper. dignit. diminutio.
p in syntag. iuruum. lib. 15. cap. 4. nu. 4.
q de Cardinal. cap 8. vers. octauum est.

C

D

E

PRIVILEGIVM VII.

Cardinalatus Dignitas iam collata an reuocari possit. A

QVi Cardinalatus Dignitate decoratus fuerit, licèt eo absente, & ignorante, euenerit, eius creatio reuocari, neque ab ipso Pontifice poterit, si Iasoni *a* credendum est, cui afsentiri videtur Menochius: *b* sed Baldus *c* contrarium scripsit. Conclusionem probare nititur Iason multis rationibus; potissima tamen videtur, quia Cardinalatus est de Iure Diuino, quæ autem sunt Iuris Diuini, absque grauissima, & vrgentissima causa alterari, & immutari non posunt, sequitur Manfredus. *d* Et ad Cardinalem deponendum Synodum esse congregandam, nec alitèr à solo Papa deponi posse scripsit Hostiensis, *e* subdens; *in Cardinalibus tanquam maximis, qui & præcipua prærogatiua latantur, satis æquum est, sicut laboris participes sunt, aliquid sentiant priuilegij singularis, inde est, quòd Papa non consueuit excommunieare, nec etiam potest seeundùm quosdam aliquem de Cardinalibus, velei aliquod præceptum facere sine aliorum suorum fratrum consilio, & consensu.* B Hæc Hostiensis, quem refert, & alios addit Manfredus. *f* Sed hanc Concilij conuocationem necessariam non esse, & solum Pontificem, consultis alijs Cardinalibus, posse deponere Cardinalem, exemplis comprobatur: Bonifacius enim VIII. Iacobum, & Petrum Card. deposuit; *g* Iulius II. Card. qui contra eũ Conciliabulo Pisano interfuerunt; Leo X. Card. Petrucciũ; Pius IV. Card. Caraffam, & Odettum à Castillione, re in Consistorijs cum fratribus Cardinalibus communicata, deposuerunt, vt obseruat Parisius. *h* Et quia diximus supra, Cardinales repræsentare Senatum Romanum, quo inconsulto Senatores puniri non poterant, pari ratione Cardinales non à solo Pontifice, sed à Cœtu, & de voto aliorum Cardinalium deponendi erunt: ita Decianus, *i* alias quidem multas ad hoc probandum adducens rationes; & Afflictus, *k* si Papa (inquit) procederet ad depositionem Cardinalis, quia citatus, vt veniret ad residendum in Curia, & non venit, Succesor in Papatu debet reuocare talem priuationem. C Sed quæ forma seruanda sit, & quid agere soleat Pontifex in depositione Cardinalis, ex Pij IV. *l* Constitutione colligi potest. Hic, commissa causa contra Odertum à Castillione in hæresim Vgonoctorum prolapsum S. R. E. Cardinalibus hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in Romana Curia existentibus, & facta de crimine, ex quo in iudicium vocabatur Odettus, diligenti inquisitione, eoquè culpabili reperto, Summoquè Pontifici in Consistorio secreto relatione facta, idem Pontifex præmissa eum alijs venerabilibus fratribus D Cardinalibus matura deliberatione, ex vnanimi eorundem voto consilio, & assensu, omnium Officiorum, ac Dignitatum etiam Cardinalatus sententiam denique protulit priuationis, & depositionis.

Ad auctoritatem verò Leonis III. *m* Hostiensis, & aliorum dicentium in depositione Cardinalium conuocandum esse Concilium, quia, vt ibi legitur, Anastasius Presbyter Cardinalis B. Marcelli ab omnibus canonieè in Synodo est depositus, eò quod Parochiam suam per annos quinque contra Canonum instituta deseruit &c. Respondet, & explicat ibi Glossator, *n* idest, approbantibus omnibus suam depositionem, quoniam solus Papa ipsum deposuit. Videndus est etiam Abbas, *o* qui ait, quòd Papa velut totius Ecclesiæ caput ex dispositione Diuina, & amplissima potestate, quam à Christo recepit, potest etiam solus sine Concilio deponere ex E causa Imperatorem, licèt de honestate requisierit Concilium Innocentius IV. in depositione Friderici Imperatoris; *p* Zaccharias tamen Pontifex Francorum Regem Childericum solus deponi mandauit, & Pipinum inungi, atque in solium exaltari iussit; Belarmin. *q* & alijs hoc attestantibus: ex quibus concludit Abbas, putare se, solum Pontificem posse ex causa deponere Cardinalem, itaut non sit necesse conuocare Concilium, & si conuocetur, non esse necessariam ipsius Concilij depositionem, sed solum Papam sufficere; & hoc idem sentire Innocent. *r* affirmat, aliaquè addit viden.

Illud autem sciendum puto, quòd si in quocumque criminis reo condemnando pro-

a cons. 145. lib. 2.
b de arbitrar. lib. 2. centur. 2. cas. 185. nu. 48.
c cons. 328. nu. 9. vol. 1.
d decis. 228.
e in c. 2. nu. 1. de cler. non resid.
f decis. 219. & 343.
g c. vnic. de schismat. in 6.
h de resignat. lib. 7. q. 11. nu. 15. & seq.
i tract. crim. to. 1. lib 4. c. 15. n. 4
k decis. 289. nu. 14.
l Const. 66. Bull. nou. tom. 2. pag. 95.
m relatam in c. 2. de cler. non resid.
n in verb. ab omnibus.
o in q. 1. nu. 121 vers. quinimò.
p c. ad Apostolicæ de re iud. in 6.
q de potestate Papæ in temporalib. cap. 4.
r d. c. 2. de cler. non resid.

probationes luce meridiana clariores requiruntur, id vtique à maioritate rationis in deponendo, & condemnando Cardinali necessarium erit: quamobrem Syluester Pontifex *a* sanciuit, ne Cardinalis Episcopus Dignitate priuari possit, nisi 72. testimonijs in iudicio solemni coram Pontifice conuictus fuerit; Presbyter Cardinalis
A 44. Diaconus verò 22. testibus probato, delicto damnandi sunt. Quamuis Abbas *b* dicat, tunc esse prædictum testium numerum necessarium, quando testes non essent omni exceptione maiores, hoc enim casu duo tantũ satis erunt. Et hãc Abbatis sententiam placuisse videtur Vrbano VI. dum septem Cardinales Clementi VII. Antipapæ clàm adhærentes saccis inclusos in mare demergi iussit, vt præter historicos, ex nostris refert Gigas; *c* Platina *d* tamen quinque tantùm Cardinales in mare demersos, licèt septem in carcere apud Nuceriam detentos fuisse dicit: in condemnatione etiam Cardinalis Carafæ, suis literis conuicti, & maiestatis rei idem Pius IV. non congregauit Concilium, sed instituta capitali quæstione Cardinales octo præfecit, Ciaconio teste. *e* Verùm quamuis in crimine hæresis, si quando Cardinalis, quod Deus auertat, labatur, hæ solemnitates non requirantur ex opinione Glossæ, *f* quam refert Manfredus; *g* Pius tamen IV. has adhibere voluit in con-
B demnando Odetto, vt dictum est supra.

Cessant etiam huiusmodi solemnitates, si Cardinalis matrimonium contrahat per verba de præsenti; tunc enim Dignitas Cardinalatus tanquam Clericatui annexa expirat, Riciullo teste; *h* & annis retroactis in facti contingentia (heu dolendum omen) ante ciuium, & Principum suorum excidium infœlix Mantua vidit.

Tandem si Cardinalatus Dignitas dimittenda sit, hæc coram Pontifice in Consistorio (instante vno ex Aduocatis Consistorialibus) dimittenda erit, Parisio *i* sic affirmante, & exemplis confirmante, nempe Cæsaris Borgiæ sub Alexandro VI. Ferdinandi Medices, Sixto V sedente; & nos vidimus eandem formam seruatam à Ferdi-
C nando Gonzaga, dum Paulus V. in Pontificali fulgebat solio: atque in alijs quoque euenit, de quibus vide, quæ diximus supra cap. 7. de Cardinalibus Diaconis, prope finem.

Sed pulchra oritur quæstio. Assolent aliquando Romani Pontifices vno, eodemque tempore plures creare Cardinales, quorum pars statim declaratur, altera verò in scrinio pectoris Papæ declaranda remanet: Iam diximus de ijs, qui declarantur statim: quæstio igitur erit de declarandis; an inquam isti reuocari possint, itaut non fiant ampliùs Cardinales, & propositum in mente Pontificis retentum euanescat? Et quòd non possint reuocari, satis probabile videtur argumentum, quia ad explendum actum requiritur potentia, & voluntas, hæc autem in casu nostro interfuerunt, qu ia nulli dubium est, in potestate Papæ esse creare Cardinales; de voluntate etiam constat, quia licèt non explicet nomina, numerum tamen Cardinalium creatorum in Consistorio insinuat: quod autem semel placuit, amplius displicere non debet, vt in
D terminis casus nostri consuluit Corneus. *k* Verùm, contrariam sententiam puto veriorem, quia propositum in mente retentum nihil operatur: & dum Pontifex differt publicationem, vehemens resultat præsumptio, nondum benè firmam, & certam esse personarum determinationem apud ipsum: & in fortioribus terminis adest Eugenij IV. Sanctio, *l* non esse scilicet Cardinalium creationem perfectam ante receptionem Insignium, galeri, scilicet rubri, & bireti. Nec obstant, quæ scribit Corneus, quia in sua consultatione supponit constare de expressa voluntate Pontificis Pauli III. per eius cedulam, imò quòd Domini Cardinales quatuor Prælatos in Cardinales assumpserunt, vt in principio consilij, & alibi sæpe. Et facit etiam ad
E decisionem: Eminentiss. D Card. Ginettus ab Vrbano VIII. in Cardinalem assumptus fuit, cum Abbreuiator de Parco maiori esset, quod officium per promotionem vacat, medio tempore, quo in pectore Pontificis adhuc publicandus erat, Officium vendidit: sequuta publicatione, Cardinalis Vicecancellarius, ad cuius commodum vacabat Officium, asserens in eius præiudicium alienatum fuisse, pretium petebat: sed fuit dictum non esse locum petitioni, quia creatio Cardinalis non est perfecta, quousque sequatur publicatio. Vide Alex. *m* qui contrarium videtur sentire; & Ciaconium. *n*

a c. Præsul, 5. q. 4.
b in c. cum esses nu. 16. de testam.
c de crim. l. s. maiest. q. 5. in fin.
d in vita Vrban. VI.
e in vita Pij IV. pag. 1651.
f in c. vnic. in verb. Card. de schism. in 6.
g decis. 157.
h de iure personar. lib. 7. cap. 1. nu. 15.
i de resignat. lib. 7. q. 11. nu. 12. 13 & 14.
k cons. 198. nu. 12. & seq. lib. 3.
l Const. 2. § nos ad submouendũ, Bull. nou. tom. 1.
m cons. 111. lib. 6
n in vita Pauli III. in q. eius creatione.

PRIVILEGIVM VIII.

Excommunicatio non impedit Cardinales in electione Papæ. A

EXcommnnicati, & ecclesiasticis Censuris innodati à quocumque actu legitimo excluduntur; Rota Romana apud Ludouisium. *a* Sed huiusmodi exceptio in Cardinalibus non militat, vbi Romani Pontificis electio celebranda erit; tunc enim Cardinalis quàmuis excommunicatus, & Censura ecclesiastica deuinctus ab electione Pontificis non excluditur; ita à Pio IV. *b* sancitum habes, & scribit Manfredus, *c* qui etiam addit, *d* quamuis electio Papæ fiat in Ciuitate interdicta, nihilominus valet. Puto tamen hoc priuilegium non esse concessum Cardinalibus ratione Dignitatis, sed ne Pontificis electio protrahatur, schismatis quoque, & dissensionum causæ tollantur; quod ex lectura prædictæ Pij IV. Sanctionis colligitur: & apertè loquutus est Clemens V. *e* in hæc verba. *Cæterùm vt circa electionem prædictam eò magis vitentur dissensiones, & schismata, quò minor eligentibus aderit diffidendi facultas, decernimus, vt nullus Cardinalium cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu à dicta valeat electione repelli &c.* videndus est Zabarell. *f* Alia fortè ratio afferri posset, quia licèt excommunicatio generalitèr fulminetur contra omnes, Cardinales tamen veluti speciali nota digni, non sunt comprehensi, vt ab Innocentio IV. *g* in Concilio Lugdunensi sancitum habes, & scripsit Felinus. *h* B

a decis. 64. nu. 3 & illi addit. nu. 13.
b Constit. 63. §. & ne dissensiones Bullar. nou. tom. 2. pag. 93.
c decis. 302.
d decis. 277.
e Clem. 2. §. cæterùm, de elect.
f Cons. 114. nu. 14. vers. ad quod respondeo.
g in c. quia periculum, de sent. excom. in 6.
h in c. cum iure, nu. 6. vers. & pro hoc, de off. legat.

PRIVILEGIVM IX.

C

Cardinales sunt digniores Episcopis in administratione.

QVàmuis Episcopalis Dignitas magna sit, & tantum possint Episcopi, quantum Papa quoad ea, quæ sunt de efficacia Consecrationis, vel Ordinis, vt notat Glossator; *i* nihilominus tamen quia Cardinales ratione administrationis, quia vniuersalis Ecclesiæ vnà cum D. Papa curam gerunt, à Promotis in Episcopos vitandi sunt, ita in Concilio Lateranensi sub Leone X. *k* sancitum habes. Immo iuramentum fidelitatis, quod præstant Episcopi iuxta formam traditam à Gregorio IX. *l* comprehendit etiam Cardinales, quia ipsi, & Papa Romanam constituunt Ecclesiam, vt testatur Abbas, *m* ponderando illa verba, *Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero S. Petro, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ &c* Sed nunquid Episcopus iureiurando teneatur tangere sacra? vide, quæ scripsit Glossa. *n* Et ad materiam redeundo, Cardinales scilicet esse digniores Episcopis, ex ordine scripturæ comprobatur; & hoc est argumentum in iure receptum: *o* in Prouinciali enim, qui est approbatus à Sede Apostolica, Zabarell. teste, *p* primò nominantur omnes Cardinales, quàm alij Prælati. Et D. Augustinus ad D. Hieronymum scribens, cuius verba refert Gratianus, *q* sic ait. *Quanquàm secundùm honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus maior Presbytero sit, tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est*; cuius dicti rationem assignans Zabarell. loco citato ait, quia scilicet D. Hieron. erat Presbyter Cardinalis, & ideo maior Augustino Episcopo. E

D

i in Extrauag. cōmu. in verb. Episcoporum, ne Sede vacan.
k Const. 7 eiusdem Pontif. confirm. d. Concilij, § promotus, Bullar. nou. tom. 1. pag. 479.
l in c. ego N. de iureiur.
m d. c. ego N. n. 1
n in c. 4. in verb. corporali, de elect. in 6.
o l. 1. & 2. ff. de albo scriben.
p in Clem. ne Romani, §. verùm, nu. 4 de elect.
q c. quanquam, 2. q. 7.

PRIVILEGIVM X.

De honore Cardinalibus exhibendo.

ASsurgere venienti, & salutanti honoris speciem esse scribit Cassaneus; *r* & ideo Imperator salutatus à Cardinali in totum assurgit, cum tamen si ab alijs etiam Illustribus salutetur, parùm surgat; quod priuilegium ab Angelo Perusino *f* obseruatum

r in catal. glor. Mundi par. 1. cōs. 10. vers. tertius est.
f in L. 1. nu. 2. C. de sent. pass.

seruatum leges, qui testatur Carolum IV. Imperatorem à quodam Cardinali visitatum in totum assurrexisse, summopere d. Cardinalem honorans; licèt ipse Angelus dicat, Imperatorem in hoc nimis curialitèr se gessisse. Verùm pro validitate priuilegij notanda sunt, quæ Innocentius III. *a* Imperatori Constantinopolitano scripsie
A in hæc verba. *Hæc autem si prudentèr attenderet Imperatoria celsitudo, non faceret, aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem, & honorabile membrum Ecclesię, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere; cum alij Reges, & Principes Archiepiscopis, & Episcopis suis (sicuti debent) reuerentèr assurgant &c.* Vide etiam Manfredum. *b* Apud Reges verò tanto Cardinalatus Dignitas in honore habita est, vt omissis aliorum exemplis, Antoniottus Pallauicinus Cardinalis, & Iulij II. Pontifici de latere Legatus ad Ferdinandum Hispaniæ, & Ludouicum Galliæ Reges Saonam missus, in celebri illo Conuentu Legatus Apostolicus sacra micans Purpura medius inter Reges sedit, Vberto Foglietta teste. *c* Nec posse Cardinales renunciare honori sibi debito, itaut eius nomen in literis non exprimatur, affirmat Gomesius. *d*

B

PRIVILEGIVM XI.

De delatione insignium Episcopalium, & collatione Ordinum.

CArdinales etiam non Episcopi facultatem habent Episcopalia deferendi insignia, minoresquè conferendi Ordines, si Laudensis *e* vera scribit, & asseclam habet Manfredum, *f* qui ampliat priuilegium ad collationem quoque sacrorum Ordinum, *g* & hoc etiam voluisse Laudensem *h* affirmat; sed in meo Codice de minoribus tantùm Ordinibus loquitur Laudensis, subdens, *i* Cardinalem non
C Episcopum posse solemnitèr benedicere, & hanc esse sententiam Canonistarum *k* ait; hoc etiam scripsit Manfredus, *l* reddens rationem, quia Presbyter Cardinalis, vel Diaconus, etiamsi nullum Sacerdotij Ordinem receperit, tamen solemnitèr benedicit. Et quoad collationem Ordinum intelligendam esse de minoribus, non autem sacris, nedū Laudensis scribit, sed etiam Iacobatius, *m* & Ioann. Andreas. *n*

PRIVILEGIVM XII.

De collatione Beneficiorum.

D BEneficia vacantia per obitum familiarium Eminentiss. Cardinaliū ad ipsos Cardinales viuentes, quorum familiares fuerunt, collatio pertinet: hoc priuilegium a Gregorio XI. Cardinalibus concessum affirmat Gomesius, *o* & ab alijs Successoribus confirmatum. Neque hoc ratione caret, quia Cardinales onera, & expensas in familiaribus substentandis, alendisquè substinent, vt obseruat Rota apud Cassadorum. *p* Neque in huiusmodi Beneficiorum resignatione soluitur annata, nec literæ expediuntur, eadem Rota referente Verallo. *q* Tenentur tamen Cardinales resignare Beneficia suorum familiarium eis commendata, quia nisi derogatum sit Concilio Lateranensi, currunt etiam Cardinalibus sex menses à die commendæ, ex eodem Verallo. *r* Prædictis verò resignationibus consensum præstant Cardinales per cedulas, quia regula Cancellariæ, *s* de extendendis consensibus, locum non habet in Cardinalibus, ex eodem Verallo, *t* qui rationem assignat,
E nam hæc regula facta est ad tollendas fraudes, fraus autem non præsumitur in Card.

Præterea Cardinales habentes indultum tenentur seruare omnia, quæ seruant ordinarij; vnde sicut in Beneficijs patrimonialibus tenentur Ordinarij illa conferre filijs patrimonialibus, ita etiam ad hoc tenentur Cardinales, Verallo teste *u* Indultum verò Cardinalis obstare nouæ prouisioni Papæ, quando in ipso Indulto adsit decretum irritans omnes prouisiones etiam Papales, Verallus *x* & vide Mohedanum. *y* Derogatio autem Indulti Cardinalis intelligitur, quando Indultum esset extraordinarium, vt dixit Rota apud Puteum. *z* Sex verò limitationes ad Indulta DD. Cardinalium recensct Gonzal. *a* & alia quoque videnda dicit apud Germon.

a in c. solita. de maior. & obed. §. hac autem.
b decis. 366.
c in elogijs clarorum virorum liguris, vbi de Antoniotto agit.
d in reg. Cācell. de imp. benef. per ob. fam. Card q. 27.
e de Cardinal. par. 1. conclus 32
f decis 86.
g decis. 87.
h d. tract. lib. 2. q. 20.
i quæst. 21.
K in c. licet, de elect & in c. in nomine Domini, dist. 23.
l decis. 88.
m de Concil. lib. 1. artic 12 9. similitèr, pag apud me 32. sub lit B vers & similitèr potest conferre.
n c. 1 nu 14 de supplen. neglig. Prælat.
o ad reg. 34. Cācellar. pag. apud me 197.
p decis. 16. & decis. 37. un. 2. de praben. in antiq.
q decis. 94. nu. 2. par. 1.
r decis 94 nu. 1. par 1.
s reg. 44.
t decis. 28 seu 1 in verb. regula de extendendis, nu. 2. par. 3.
u decis. 55 par 1 & decis. 89 seu 27 indultum Reuerendissimorum par. 2.
x decis. 82 seu 1 indultum Card. per tot par. 2.
y decis. 12. de preben.
z decis. 93. lib 3
a sub reg. 8. Cācell glos. 24. n 72.

mon. *a* Sed qui nunquam in Curia fuerunt, non gaudere Indulto Cardinalibus concedi solito dixit Rota Romana diuersorum. *b* De moderatione autem Indultorum DD. Cardinalium habes nonnullas Summorum Pontificum Constitutiones, nempe Pij V. *c* Gregorij XIV. *d* Pauli V. *e*

Cum autem dictum sit, requirendum esse consensum DD. Cardinalium in resignandis Beneficijs suorum familiarium, quæritur, an sit requirendus ab eo, cuius A
defunctus erat familiaris tempore obitus, siue illius, cuius familiaris erat tempore, quo Beneficium obtinuerat? Et requirendum esse ab eo, in cuius familiaritate decessit, si prior Cardinalis obierat, qua morte non obstante, reseruationem regulæ 3. Cancellariæ ad fauorem Papæ locum non habere, sed intrare familiaritatem secundi Cardinalis, dixit Rota apud Seraphinum *f* reseruatio enim prædictæ regulæ 3. intelligitur ad effectum, vt Ordinarij prouidere, & expectantes capere non possint, non autem ad effectum liberæ collationis, quandiù adsit interesse alicuius Cardinalis; quia in hoc declaratur regula 30. vt requiratur consensus Cardinalis; & ita nemine discrepante conclusum fuisse affirmat. Nec possunt Cardinales renunciare honori sibi debito, vt in literis eorum nomen non exprimatur, nec eorum consensus in collatione Beneficiorum vacantium per obitum suorum familiarium requiratur, vt tenuit Rota apud Bellamer. *g* B

Alternatiuæ verò priuilegium Cardinalibus concessum intelligitur illis vti volentibus, vt in eadem Rota apud Achillem de Graffis *h* vbi etiam videre poteris multa ad interpretationem Indultorum DD Cardinalium facientia *i* si tamen de Indultorum materia plura quis cupiat, Anastasium Germonium *k* consulat, qui Indultum à Sixto V. Card. de Ruuere concessum tanquam omnium Indultorum exẽplar commentarijs exornauit.

PRIVILEGIVM XIII.

C

De receptione fructuum Beneficiorum absentia non obstante.

Cardinales etiam non residentes in Beneficijs sibi collatis fructus de iure absque alio priuilegio percipiunt; quia ius commune pro residentibus habet in Ecclesiæ seruitio existentes, vt est Honorij III. responsum Præposito de Valerijs *l* Cardinales autem cum Romanæ Ecclesiæ, quæ mater est omnium, & magistra, *m* & omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerit, *n* assistant, & ponderis partem diei, & æstus assumant, *o* veluti collaterales, & partes corporis Papæ, *p* satis est æquum & rationi congruit, vt hoc gaudeant priuilegio, Laudensi *q* teste, quem sequitur Manfredus *r*

Nec prohibentur Cardinales plura Beneficia retinere, & ad pluralitatem etiam Beneficiorum incompatibilium dispensari, dixit Abbas, *ſ* & post eum Felinus *t* D
asserentes, hanc fuisse doctrinam D. Innocent *u* Verùm Abbas *x* sequutus Hostiensem ait, dispensatus etiam auctoritate Pontificis circa pluralitatem Beneficiorum sine causa licèt sit tutus quoad Ecclesiam militantem, non tamen quoad triumphantem, & sic non valet dispensatio quoad Deum: hæc Panormitanus; aliaquè addit Anto. Fran. ibi *y* Hostiensis *z* verò ad Prælatorum nepotes sic ait: *caueant ergo sibi nepotes Prælatorum, & videant, quę notantur hic &c* Quamuis dispensatio concessa Cardinalibus ad pluralitatẽ Beneficiorum nõ possit dici sine causa, cum per eos conseruanda, & augenda sit maiestas militantis Ecclesiæ; hoc autem sine honesto, decentiquè famulatu, pro cuius sustentatione sumptus non vtique leues fiunt, perfici nequit, vt diximus in præcedenti priuilegio: & vulgata satis est regula, qui Altari seruit, de Altari viuere debet; *a* & conferunt, quæ scribit Staphileus *b* Verùm non esse cum Cardinalibus dispensandum ad Beneficia requirentia residentiam in loco, qui Dignitati Cardinalitiæ non conueniat, habetur ex Constitutione Sixti V. supra indicata. Sicut etiam conferenda non sunt Cardinalibus Beneficia valorem ducatorũ ducentorũ Cameræ non excedentia, ex Lateranensi Concilio sub Leone X *c* E

Absens verò à residentia Beneficij propter assistentiam Cardinali exhibitam, illiquè inseruiens, an fructus Præbendæ, & quotidianas distributiones percipere possit videndus est Moneta, *d* qui distinctionem affert si Cardinalis sit Legatus, nec ne; si sit Legatus, fructus Prębendę, nõ autẽ distributiones quotidianas habebit, si verò nõ sit Cardinalis Legatus, nec fructus Præbẽdę, nec quotidianas distributiones percipiet,

a tract. de indult. 9. præterquam, & seq.
b decis. 1953. lib. 3.
c Const. 37. Bullar. nou. tom. 2. pag. 224.
d Const. 14. pag. 712.
e Const. 58. aliàs 37. tom. 3. pag. 246.
f decis. 1072. nu. 1. & 2.
g Decis. 631. n. 3.
h Dec. 347 aliàs 1. de priuileg.
i Decis. 1. 5. 7. & 10 eod. tit. de priuileg.
k In tract. de indult. Apostolic.

l c. ex parte, 13. de cler non resid.
m c. non decet dist. 12.
n c. bona, de postul Prælat
o c. fundamenta de elect in 6.
p c. fi. licet, de pœn
q de Cardinal. p. t. conclus. 5.
r Decis 122.
ſ in c. de multa, n. 19 de preben.
t in c. nonnulli, sub nu. 15. consid. 2. de rescript.
u in c. cum iamdudum, nu. fin. de prebend
x in c. dudum il 2 nu. 26. de elect.
y in verb. quod dispensatus; litera d
z d. c. dudum il 2 num. 45. de elect.
a c. cum secundum Apostolum, de pr ben l.
b De gratijs expect in 4. form n. 11.
c Constit. 7. confirmatoria d. c. 6. eiusd. § 12. Bullar. nou. tom. 1. pag. 475.
d De distribut. quotid par. 6. q. 9. per tot,

PRIVILEGIVM XIV.

A *De iurisdictione Cardinalium in Ecclesijs Titularibus.*

IVrisdictionem Episcopalem habere Cardinales in Ecclesijs, ad quas intitulati sunt, sanciuit Honorius III. G. Presbytero Cardinali, & Capitulo S. Laurentij in Damaso scribens. *a* Sed Baldus in Commentarijs ad hanc Sanctionem declarat, Cardinales habere quidem iurisdictionem Episcopalem, ea tamen quæ sunt Ordinis Episcopalis non habere, nisi sint Episcopi; cuius sententiæ sectatores habet Felinum *b* Imolam, *c* & Parisium. *d* Et ideo habent etiam Cardinales sub se pleno iure Capellas, earumque institutionem, & destitutionem, Ecclesiasque tales visitandi ad instar Episcoporum, ex Felino loco indicato.

B Insuper habere correctionem, & potestatem fulminandi Censuras ecclesiasticas, & alia, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis faciendi, indicant verba eiusdem Sanctionis, *e* ibi; *correctionem ipsius Cardinalis recipientes humilitèr, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos, & Ecclesias eorundem inuiolabilitèr obseruantes &c.*

Collationem quoque Beneficiorum vacantium in Ecclesijs Titularibus, spectare ad Cardinales Titulares, voluit Sixtus IV. Gomesio, *f* & Parisio *g* testibus. Sed longè antè à Dionysio Papa hoc Cardinalibus permissum, quæ Baronius *h* scribit, indicare videntur; Dionysius autem factus est Pontifex anno 260. vixitque ann. 10. Panuin. in chronic. Et hoc priuilegium extenditur etiam ad Beneficia vacata priusquam Cardinales possessionem Ecclesiarum Titularium adepti fuerint, nam DD. C Cardinales non subijciuntur dispositioni regulæ 2. Cancellariæ, quæ hodie est regula 3. nam secunda regula addita est de nouo à Gregorio XV. inter regulas Cancellariæ, licèt illam antea Paulus V. fecisset, vt aduertit Roderig. Quæsada; *i* qui etiam addit, *k* hanc tertiam regulam tria Beneficiorum genera reseruare; sed ad rem nostram tertium, & vltimum genus facit, nempe omnia Beneficia quomodocumque vacantia post obitum Episcoporum, & aliorum, ad quos collatio pertinebat, itaut toto illo intermedio pertineat ex hac tertia regula ad Pontificem, & sub hac regula non sunt comprehensi Cardinales, vt dixit Rota apud Seraphinum. *l*

Sicuti nec ligantur Cardinales sub dispositione Sanctionis Bonifacij VIII. *m* qua cautum est, Episcopos, & alios Prælatos, antequam ipsi habeant literas Apostolicas super sua promotione, non posse administrare, nec ab Ecclesia tanquam Prælatos recipi; cuius quidem Sanctionis meminit Abbas; *n* hæc inquam Sanctio Car- D dinales, non comprehendit, vt dixit Rota apud Seraphinum. *o*

Verùm quod diximus, Cardinales habere priuilegium conferendi Beneficia Ecclesiarum, ad quas sunt intitulati, scias, cessare priuilegium, quando Cardinales absunt ab Vrbe; tunc enim veniunt sub reseruatione Apostolica ex regula iam 7. hodie 8. Cancellariæ, quæ loquitur etiam in Ecclesijs Patriarchalibus S. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum, S. Mariæ Maioris; & hanc reseruationem à Nicolao V. primò editam scripsit Gomesius, *p* quam postea alij Pontifices nedum sequuti sunt, sed illam protulerunt ad omnia Beneficia vacantia in Ecclesijs Titularibus stante absentia ipsorū Card. ab Vrbe; quemadmodū reseruata sunt etiam Beneficia vacantia in Ecclesijs Episcopalibus Cardinalatus Dignitati annexis; videndus est Mandosius. *q* Verùm hanc reseruationem non esse extendendam ad Clericatus, & E Beneficiatos in ea non expressos, sed tantùm ad Canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia expressa, dixit Rota Romana. *r* Quod autem diximus, hanc reseruationem extendi etiam ad Beneficia vacantia in Ecclesijs Episcopalibus Cardinalatus Dignitati annexis, nempe Ostiensi, Portuensi, Sabinensi, Albanensi, Prænestina, & Tusculana; & quare hæc reseruatio ad hæc quoque Beneficia fuerit extensa, docet Roderig. de Quæsada. *s*

Sed quoniā ex Titulis DD. Card. nonnulli Monasteria, & Conuentus Religiosorū habent annexos, veluti S. Crucis in Hierusalem, S. Eusebij, S. Petri ad Vincula, S. Mariæ de Pace, S. Mariæ super Mineruam, S. Mariæ de Populo, S. Clementis, S. Augustini, S. Mariæ Angelorum, S. Susannæ, S. Cæciliæ, S. Petri in Monte aureo, Basilicæ SS. duodecim Apostolorum, S. Mariæ in Ara Cœli, S. Mariæ nouæ, SS Cosmæ, & Damiani, S. Ha-

a c. his quæ, de maior. & obed.
b in comm. d. c. his quæ, nu. 1.
c in Clem. ne Romani, vers. quarto quæro de elect.
d de resign. lib. 7. q. 12. nu. 10.
e c. his quæ, de maior. & obed.
f in reg. de triennal. possess. q. 31.
g de resignation. lib. 7. q. 12.
h in annal. tom. 12. anno 1148. pag. 301. litera D. E.
i in notis ad reg. 2. Cancell.
k in notis ad reg. 3.
l decis. 1145. n. 3
m in Extrauag. iniunctæ, de electione.
n in c. qualitèr, in princ. de elect.
o decis. 1145. nu. 1.
p in reg. de triennal. pag. apud me 413. sub quæst. 31.
q in hac reg. 7. Cancell.
r in Romana Clericatus S. Petri, 27. Nouemb. 1602. coram Pamphilio.
s in notis ad reg. 8. Cancell. in 2 part.

S. Hadriani &c. Oritur dubitatio, quam habeant Domini Cardinales in istis Ecclesijs iurisdictionem, quamuè in Monachos, & fratres potestatem? Hanc quæstionem excitauit Mandosius *a* & respondet nullam habere iurisdictionem, & potestatem in Monachos, & Religiosos viros, alioquin essent plura Capita, videlicet Abbas, Minister Generalis, & Cardinalis Titularis, qui in solidum, & principalitèr haberent iurisdictionem. Verùm pace tanti viri huic rationi non acquiesco; nam videmus, aliquando Monachis, & Regularibus assignatos Cardinales Protectores, penes quos residet aliqua iurisdictio, vt dicemus infra *b* & tamen non dicuntur Monachi, & Regulares habere plura Capita: Aliam propterea rationem assignandam esse puto; 1. e scilicet quando in eadem Ecclesia, & Monasterio adsunt Cardinales Titularis, & Protector, oriatur inter ipsos occasio certandi de iurisdictione, quia tunc verè essent duo Capita in eadem Dignitate, & Ordine paria: & ideo videmus Protectori commissam curam Monachorum, & Regularium, Titulari verò reseruatam superioritatem, & preeminentiam in Ecclesia, vt ibi sacra fiant, & quæ ad Omnipotentis Dei cultum pertinent, rectè gerantur; & hoc puto verum in Ecclesijs Monachorum, & Regularium. In alijs verò Ecclesijs Cardinales Titulares habere iurisdictionem, itaut si in illis, vel ab eorum ministris, & inseruientibus aliquod committatur delictum, huius cognitio ad Titularem pertineat; quod absque vlla difficultate procedit in Archipresbyteris S. Ioannis in Laterano, S. Petri, S. Mariæ Maioris, & Titulari S. Laurentij in Damaso, qui est semper Vicecancellarius, propter specialia, quæ habent priuilegia, de quibus infra dicetur; sed in alijs Cardinalibus Titularibus stylus, & obseruantia subsequuta contrariũ demonstrant, & Mandosius *c* per decem, & octo annos, quibus Tribunalia Vrbis expensus fuit, nunquam vidisse Cardinales Titulares indistinctè iurisdictionem exercentes in homines, bona, & res suorum Titulorum, & Ecclesiarum affirmat.

a Sup. 7. regul. Cancell. num. 10. vers ad vnum.

b tit de Cardinal. Protectorib.

c loco cit. n. 7.

Sed iurisdictionem in Ecclesijs Titularibus habuisse Cardinales octingentis ab hinc fermè annis, Ioannis huius nominis VIII. Constitutio de iure Cardinalium, quam Baronius *d* in Vaticanæ Bibliothecæ monumentis extare scribit, non obscurè demonstrat; cuius fragmentum ex eodem Baronio damus *Itemquè ex nostra præsenti Constitutione bis in mense, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum Titulum, siue apud illam, vel illam Diaconiam, siue apud alias quaslibet Ecclesias vos conuenire mandamus, & ob vestram, & inferiorum Clericorum vitam, & mores, & qualitates, & habitus vestium perscrutando, & qualitèr quilibet Præpositi se erga subditos habeant, vel quòd subditi suis Præpositis non obediant, & ad quæque illicita amputanda, Clericorum quoque, & laicorum querimonias, quæ ad nostrum iudicium pertinent, quantum fieri potest, definiendas: Quippe cum sicut nostram mansuetudinem Moysi, ita & vestram fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem causarum negotia diiudicabant, vicissitudinem gerere certum habemus &c. Item Monasteria Abbatibus viduata, & Abbatum nostra præcedente conscientia, substitutionem his, qui sunt inter nos, vel fuerint Monasticæ professionis disponenda committimus. Propter sollicitudinem autem Ecclesiarum, & Clericorum, earundem disciplinam, siue laicorum querimonias definiendas, bis in hebdomada ad sacrosanctum Palatium, iuxta decreta prædecessoris nostri Leonis IV. vos conuenire mandamus. Item sancimus de Parochijs nostris, quantumquè Pontifici competit, Pontificali beneficio vos in perpetuum possidere, & in principalibus Ecclesijs iuxta prinnatum vestræ consecrationis vicissim Officia Diuina peragere, & eorum oblationibus, salua semper Cardinalium Diaconorum prisca consuetudine, æqualitèr participare, tam propter vsum vestrum, quàm in Ecclesiarum vestrarum luminarium concinnationes.* Huc vsque Ioannis VIII. de iure Cardinalium Constitutio, à Baronio, vt diximus, relata.

d annal tom. 10. sub anno 882. pag. 582 sub litera C. & seq.

Sed & charitatiuum subsidium ab Ecclesijs, & Titulis sibi assignatis, & subiectis petere, ac exigere posse Cardinales, cum habeant in eis iurisdictionem Episcopalem, scribit Bellencinus *e* videndus.

Quærit etiam Zabarell. *f* numquid Cardinalium potestas sit in communi, puta in toto Collegio, vel in singulari cum iurisdictione? & vtroque modo inesse ait; in singulari quidem circa casum nostrum, in Capellas sibi subditas ratione Ecclesiarum Titularium; in communi verò talem habent Cardinales, qualis in iure permittitur, & hoc maximè est determinatum Sede vacante: hæc Zabarell.

e de charit. subsid. q. 3. per tot.

f Clem. ne Romani. §. verùm, nu. 4. de elect.

Nec ignotandum puto; si in Ecclesia Titulari alicuius Cardinalis repetiatur alius.

Car-

Cardinalis in poſſeſſione conferendi Beneficia talis Eccleſiæ, & quæratur, cui ſit dandum mandatum de manutenendo in d. poſſeſſione conferendi; vtique illi concedendum erit, qui eſt in poſſeſſione etiam per vnicum actum: ita deciſum eſt in Rota Romana *a* ad fauorem Cardinalis Montalti Vicecancellarij contra Cardinalem Madrutium Titularem S. Thomæ in Parione coram R. P. D. Pirouano.
A

a inter deciſ. à Farin. collect. par.2.tom.1. deciſ. 423.

PRIVILEGIVM XV.

Pontifex ſi reddatur inhabilis, Cardinalis in adminiſtratione adiungitur.

B SI Romanus Pontifex, aliquo ſupetueniente impedimento, reddatur inhabilis ad ſubſtinendum onus, & regendum Imperium, vnus ex Eminentiſs. Cardinalibus eligendus erit, qui nouus Hercules in Orbe ſubſtentando Athlantem ſubleuet, & cui vterque gladius iungatur in ſemore; Ita Iacobatius, *b* & poſt eum Manſredus. *c* Si verò (quod Deus auertat) Pontifex caperetur ab hoſtibus, nec voluntas eius intelligi poſſet, tunc primus Cardinalis Collegij, vel ipſum Collegium adminiſtrabit in ijs, quæ non poſſunt commodè reſeruari, quouſque Pontifex reuertatur: colligitur hoc ex ijs, quæ ſcribit Zabarella, *d* dum varios aſſignat modos, quibus ſchiſma inter Vrbanum VI. & Clementem VII. tolli poſſet. Verùm ſi Cardinales inter ſe diſsentiant, & controuerſia inter ipſos orta ſit, tunc eſse conuocandum Concilium, vt Adminiſtrator in Eccleſia Dei eligatur, ſcripſerunt Iacobatius, *e* & Manfredus. *f* Sed dicat Iacobatius, quis conuocabit huiuſmodi Concilium, cum non poſſint Cardinales ſine authoritate Papæ conuocare
C Concilium? Reſpondebit fortaſse, hoc caſu voluntatem Papæ veroſimilitèr præſumendam, ne Eccleſia Dei deſtitueretur, præſertim quia hic tantùm agendum eſset de eligendo Adminiſtratore, quouſque Papa reuertatur. Sequuta verò electione huiuſmodi Adminiſtratoris, geſta per eum vim, & robur habere debent; prout à Collegio Cardinalium ſancitum fuiſse legimus anno 1521. tempore Hadriani VI. qui abſens ab Vrbe in Pontificem electus, ne tempore abſentiæ Eccleſia Dei aliquod ferret detrimentum, Collegium DD. Cardinalium vicem Papæ geſſit, mandauitquè Auditoribus Rotæ, vt ius redderent: & Commiſſiones cauſarum per Signaturam de more factæ ſignabantur in hæc verba. *Placet ſacro Cardinalium Collegio ſuo, & nominati in Papam nomine.* Sarnenſe teſte. *g* Iouius *h* autem hæc inſuper addit. *Nec multò poſt* (ab electiône Pontificis Hadriani ſcilicet) *Cardina-*
D *les, ne quid detrimenti Reſpublica pateretur, Triumuiros auctoritate Pontificia conſtituunt, qui menſtruo cum imperio ex triplici Senatorum ordine ſorte ducti, pacis, & belli negocijs preſint; ij in Vaticano Pontificia in parte ædium cuncta adminiſtrabant.* Ad propoſitum autem quæſtionis initio poſitæ, de Pontifice ſcilicet inutili reddito, vel ex capite infirmitatis, vel hæreſis, vel dementiæ, vel ſi capiatur, & detineatur ab hoſtibus Eccleſiæ, quid agendum ſit per DD. Cardinales, videatur Iacobatius. *i*

At ſi Pontifex ab Vrbe diſcedat, Cardinalē hic de latere, Legatum relinquit, prout pluriès factitatum ex hiſtoricis liquet; & vltimo loco à Clemente VIII. Ferrariam, & ad alia loca profecturo, Inicum Aualos S.R.E. Cardinalem eius de latere Legatū relictum fuiſse, & viuentium adhuc memoria, & eiuſdem Pontificis Conſtitutio *k*
E demonſtrant.

b de Cōcilio lib.4 artic.3 nu.41.
c deciſ.319.
d conſ. 150 nu. 17.
e de Concil. lib. 4.artic.3.nu.40. & 41.
f deciſ.316.
g in compend. vtriuſq. Signat. verſ ſacrum verò Collegium. pag. apud me 153.
h in vita Hadriani VI.
i de Concil. lib. 4.artic.3 per tot.
K Conſtit. 53. Bull.nou. tom.3. pag.68.

PRIVILEGIVM XVI.

Legati de latere ex Collegio Cardinalium tantùm eliguntur. A

SI Legatus de latere eligendus erit, hic ex Purpuratorum Patrum Senatu desumendus erit; ita Germonius *a* post alios: & hoc eis nomen inditum affirmat, non ob id solum, quòd vnum sint corpus cum Summo Pontifice, eiusquè in rerum administratione quædam membra, & filij, ac fratres vocentur; verùm quia de latere ipsius Pontificis quodammodo prodeunt, & quasi diuelluntur, vt loquitur Abbas. *b*

Forma verò seruanda in electione Legati à latere vberrimè legitur in Cæremoniali Romano; *c* nempe duo requiri Consistoria secreta, in primo Pontifex exprimit causas, propter quas videtur sibi necessaria Legatorum creatio, & personas tanto muneri aptas nominat, quæ nominatæ Consistorium exeunt, quousquè à cæteris Senatoribus comprobentur, mox reuertuntur, & gratias tam Pontifici, quàm alijs Cardinalibus agunt: adueniente die profectionis, secundum fit Consistorium secretum, & in fine exiens à latere Pontificis deducitur ab omnibus Cardinalibus ordine in similibus seruari solito extra Portam Ciuitatis, ibiquè post grariarum actiones, omnes osculatur Cardinales, & in pace proficiscitur. Quam formam ter seruatam vidimus in Pontificatu sempiternæ memoriæ Vrbani VIII Primò dum Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Franciscus Cardinalis Barberinus bellorum motibus, ac infœlicis Italiæ vexationibus exigentibus in Galliam, & Hispaniam Legatus à latere anno Iubilei 1625. missus fuit: Secundò dum Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Cardinalis Antonius eius germanus frater, & ambo eiusdem Pontificis Nepotes ad Sabaudiæ Ducem, aliosquè Italicos Principes, nec non ecclesiasticarum Copiarum Legationis munere functus est. Tertiò dum Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Cardinalis Martius Ginettus ad pacem inter Reges pertractandam ab eodem Vrbano Coloniam transmissus fuit. C

Et morem hunc in Proconsulibus, & Præsidibus (quibus Clem. IV. *d* Legatos à latere æquiparari censet) ad sibi assignatas Prouincias Roma discedentibus à veteribus Romanis deduci consueuisse testatur Rosinus *e* in hæc verba *Recta ad portam Vrbis ibant, ad quam veteri instituto salutati, inde aut continuò, amicis officij causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac benè ominantibus, in Prouinciam iter ingrediebantur, aut si quid negotij in Vrbe haberent, ad Vrbem per aliquot dies, aut menses manebant, quod cum imperio in Vrbe esse non possent*. Hæc Rosinus.

Verùm mos hic non semper, neque cum omnibus à latere Legatis seruatur, sed in ijs, qui magis proprij, veriquè Legati sunt, idest Oratores, in quibus maior industria, prudentia, doctrina, & experientia requiritur; ideoquè solemnioribus cæremonijs, vt diximus, creantur, laterisquè Pontificij honore insigniti discedunt. D

Alij verò hoc Dignitatis titulo cohonestantur, vt mittantur ad tuendas, regendas, & administrandas Sedis Apostolicæ Prouincias, vti Auenionensem, Bononiensem, Ferrariensem, Flaminiam, Picentinam, Vmbriæ, Patrimonij, veteris Latij, quod hodie Campaniam vocant; hi enim solo Pontificis verbo in priuato, vt aiunt, Consistorio Legati declarantur, neque ab alijs Purpuratis deducuntur, nec exire Vrbem statim tenentur, nec Crucem, nisi cum in Prouinciam sibi decretam venerint, erigunt, etsi ius erigendi non illis videatur deesse.

Vtquè magis explicita Legatorum notio habeatur, sciendum est, Legatos esse in triplici differentia: alij enim sunt Legati à latere, de quibus diximus, & hoc Dignitatis nomen solis Cardinalibus conuenit, quorum Officium describitur à Clemente IV. Pontifice *f* in epistola ad S. tit. Sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, vt scilicet in Prouincijs, quibus committitur Legationis Officium, euellant, & dissipent vitia, plantent, atque ædificent virtutes; & melius à D. Bernardo ad Eugenium. *g* *Tales tibi expedit in Legationem mittere, qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur; per quæstum Legationem non æstiment, nec requirant datum, sed fructum, qui Ecclesias non spolient, sed augeant, qui Regibus Ioannem exhibeant, Aegyptijs Moysen, fornicantibus Phinees, Heliam idol-* E

a de Legat. Princip. lib. 1. cap. 14 num. 2.

b in c. ad eminentiam, nu. 1. de sent. excom.

c lib. 1. sect. 8. cap. 18.

d in c. 1. de off. leg. in 6.

e lib. 7. antiq. Roman. cap. 42. de Proconsulib.

f c. 2. de off. leg. in 6.

g lib. 4. cap. 6. de consider.

idolatris, Helifeum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blafphemantibus, negotiantibus Chriſtum; qui vulgum non ſpernant, ſed doceant, diuites non palpent, ſed terreant, pauperes non grauent, ſed foueant, minas Principum non paueant, ſed contemnant, famę prouideant ſitę, nec inuideant alienę; quorum ſermo ędificatio,
A *quorum vita iuſtitia, quorum præſentia grata, quorum memoria in benedictione; qui ſe amabiles præbeant non verbo, ſed opere, reuerendos ſe actu, non faſtu exhibeant:* & alia multa proſequitur D. Bernardus apud ipſum videnda. Nec ignoranda ſunt, quæ Petrus Damianus Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus à Nicolao II. Mediolanum miſſus circa munerum receptionem egerit, & ſcripſerit, à Baronio Card. relata. *a* Secunda Legatorum ſpecies eſt eorum, qui Legati nati dicuntur: hi ſunt, quibus ex Archiepiſcopali Dignitate competit Legationis Officium, hoc eſt earum Metropolitanarum Eccleſiarum, quibus præficiuntur, quales fuerunt in magna Britannia Eboracenſis, & Cantuarienſis, in Gallia Rhemenſis, in Italia Piſanus; quorum longiorem explanationem, cum ad rem noſtram non pertineat, omittendam duximus; nonnulla tamen petenda ſunt à Germonio. *b* Nos ad tertiam Le-
B gatorum ſpeciem tranſeamus, quam ad ſupremos Principes, & Reſpublicas Sedes Apoſtolica mittit: verùm apud Romanam Eccleſiam non Legati, ſed Nuncij, de quibus nunc loquimur, appellantur; cuius rei rationem reddit Germonius, *c* quòd ſcilicet hæc dictio, Nuncius, idem importet, ac Legatus, & græcè Angelum ſignificet cum igitur rerum omnium Parens Deus pro Legato, Nuncij, ſiue Angeli nomine vtatur, abſurdum non eſt, Romanum Pontificem eodem titulo quos mittit nuncupare. Eiuſmodi obeundo muneri prophanos quandoque, etſi perrarò, homines (laicos vocant) à Summis Pontificibus præpoſitos fuiſſe conſtat. Clemens quippe VIII. dum Hungari à Turcis vexarentur, vt belli ratio Chriſtianis conſtaret, Polenſium Ducem Lotharium ex Illuſtriſſima Comitum familia propagatum, egregiumquè virum ad Rodulphum Cæſarem, Germanoſquè Principes ablegauit. Hu-
C iuſmodi verò Nuncij nullam prorſus habent auctoritatem, quàm ex Pontificis Diplomate, vel ex literis, quas Bullas vocant, conceſſa appareat; & ideo conſtituuntur aliquando cum facultatibus Legatorum à latere, vt ex Germonio *d* liquet.

Quæ verò ſint Legatorum à latere facultates, nedum ex Petro Gregorio Tholoſano, *e* & Germonio *f* cognoſces, ſed ex Summorum Pontificum Conſtitutionibus innoteſcit: habes enim Innocentij VI. *g* Pauli III. *h* & Clementis VIII. *i* Conſtitutiones. Quæ verò iiſdem Legatis denegata ſint, & Sedi Apoſtolicæ reſeruata; quando, & vbi ſuam exercere iuriſdictionem, & facultates valeant, quomodo, & quando expiret, docet Speculator, *k* ac Tholoſanus. *l* Illud autem ſciendum, iuriſdictionem Legati à latere non expirare per mortem Pontificis, *m* tum quia eſt Iudex ordinarius, *n* tum quia eſt Legatus Sedis Apoſtolicæ, quæ nunquam
D moritur *o* Procedit hoc, quando res eſt integra, quando ſcilicet in Officio, & exercitio Legationis exiſtit: nam ſi ab Vrbe, & à Pontificis latere nondum diſceſſit, vtique Legatio expirat, vt Iulio Lauor. *p* placet. Inſignijs verò, & ornamentis Papalibus, & Apoſtolicis vti Legatos à latere, equo ſcilicet albo, calcaribus deauratis, non ſolùm ſi vltra mare mittantur, ſed etiam citra, affirmant Scribentes relati à Pariſio; *q* vt vide Manfredum, *r* qui hæc priuilegia ad Legationes trans mare reſtringit.

Tandem ſi moriatur Legatus in legatione, vel itinere, vbi tumulandus ſit, docet Lauor. *ſ* Sumptus verò funeris, & impenſas quis miniſtrare debeat, dicemus infra priuileg. 38.

Quid autem ſi Cardinalis à Principe laico requiratur, vt Legationem ſuo nomine ad alium Principem, etiam Romanum Pontificem ſuſcipiat, numquid agere, illaq;
E fungi debeat? negatiuè reſpondeas; ita enim prudentiſſimus vir Guglielmus de Eſtouteuil Cardinalis Rothomagenſis à Carolo Francorum Rege rogatus, vt vnà cũ alijs, quos Romam mittebat, Legatus ire non grauaretur, reſpondit, nec debere, nec ſolitum eſſe Cardinalem, niſi pro Romano Pontifice, Legationem accipere. Federicus quoque Romanorum Imperator petens à Nicolao Card. S. Petri ad Vincula in Germania tunc agente, vt Legatus ſuus Conuentui Ratiſponenſi intereſſet, ob cauſam Fidei indicto, reſpondit Cardinalis, id ſibi, niſi concederet Pontifex, nullo modo licere; nec antea Imperatori aſſenſit, quàm ſcriptum eſſet Nicolao V. & conceſſio impetrata, vt Cardinalis Papienſis *t* teſtatur in epiſtola apologetica apud Cardinales dimiſſo Conſiſtorio contra Ioannem Cardinalem Attrebatenſem, videnda.

a annal. tom. 11. ſub anno 1059. pag. 265. lit. E.
b de Legat. Princip. lib. 1. cap. 15.
c de Legat. Princip. lib. 1. cap. 16. nu. 5.
d de Legat. Princip. lib. 1. cap. 17.
e partit. iuris canon. lib. 5. tit. 3. cap. 2.
f loco cit. cap. 14.
g Conſtit. 1. Bullar. nou. tom. 1. pag. 217.
h Conſtit. 16. pag. 637.
i Conſt. 53. pag. 68. tom. 3.
k de Legat. lib. 1. par. 1. §. nunc oſtendamus. §. nũc dicamus. §. ſiniatur autem.
l partit. iur. canon. lib. 5. tit. 3. cap. 3. & 4.
m c. 2. de Off. Leg. in 6.
n Tholoſ. loco cit.
o c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.
p de Conclau. & Conclauiſt. tit. 3. cap. 3. nu. 42.
q de reſignat. lib. 7. q. 13. nu. 6. & 7.
r de Card. cap. 8. verſ. vndecimum eſt.
ſ de priſco, recentiq. mor. fun. tit. 2. cap. 13. nu. 49.
t epiſt. 48.

PRIVILEGIVM XVII. A

Cardinalium lites solus Pontifex appellatione remota dirimit.

DIctum est supra *a* S.R.E. Cardinales in locum Senatorum Romani Imperij successisse; constat autem ex Zenonis, & Archadij Imperatorum sanctione *b* Senatorum, & Clarissimorum virorum dissidia, & lites coram Imperatore decidenda esse, in hæc verba, *Nullius alterius iudicis nisi nostræ pietatis huiusmodi esse cognitionem &c* & paulò infra. *Adeo autem tantorum honores Dignitatum duximus augendos, ut ne sacro quidem cognitori nostro, postquam crimen fuerit patefactum contra huiusmodi viros, vel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem &c.* Alia multa de Senatorum, & Clarissimorum virorum dignitate, & præeminentia cognosces ex Imperatorum Sanctionibus in vnum collectis a Iustiniano. *c*

Hac igitur motus (ni fallor) ratione Paulus IV. Pont. Max. decreuit, *d* lites, & causas inter S.R.E. Cardinales quomodolibet vertentes a solo Romano Pontifice appellatione remota decidendas esse. Sunt enim Cardinales Deo dicati, & ab omni terrenorum Principum potestate exempti, & immunes, ex latè deductis per Rodulphũ Cupers *e* & solum Pontificem, cui nemo in terris superior extat, iudicem agnoscunt Flauio Cherubino *f* teste, qui vt quæstionem ab ipso excitatam ibi soluat, prædictam affert rationem, quia scilicet Papæ nemo est superior, & ideo appellatio a sententia Papæ non datur, quia a superiore ad inferiorem interponeretur contra substantiam ipsius appellationis, vt dixit Rota Romana apud Seraphinum. *g* Seueram quoque indagationem per tormenta quærendi, quemadmodum a Diocletiano, & Maxim. Imperatoribus *h* a clarissimo homine submouetur, pari ratione a Cardinalatus Dignitate repellendam esse asserendum est. Insuper nedum in Vrbe Cardinales hoc priuilegio, ne scilicet a quouis iudice (Romano Pontifice excepto) iudicentur, gaudere debent, sed etiam in qualibet Prouincia, & loco existentes; prout Senatoribus concessum fuisse a Gratiano, ac Theodos. *i* legimus Sed & quæ Valerian. & Gallien. *k* rescripserunt, hic referre iuber. *Nemo Præfectus Vrbi citra præceptionem, vel scientiam nostram vili muneri subiuget Senatorem: nemo Curiam nostram immani pulset iniuria; Si quid enim Senatoria preditis Dignitate fuerit forte mandandum, nostro id iudicio reseruandum est.* De Senatoria Dignitate nonnulla refert Iacobus Guther. *l* videndus; possunt enim ad Cardinalatus Dignitatem referri.

B

C

a tit. 3. *b* l. 3. C. vbi Senat. vel Clariss.

c lib. 12. Cod. tit. de dignitatib.
d Const. 8. Bullar. nou. tom. 1. pag. 724.

e in comment. c. oportebat 79 dist. in verb. Cardinalib. artic. 4. nu. 53 pag. 237.
f ad d. Const. 8. Pauli IV. schol. 1.
g Decis. 467. nu. 8. in nou.
h in l. 10. seueram, C. de dignit. lib. 12.
i l. 13. præcipimus C. de dignit. li. 12.
k l. 5. nemo, C. eod. tit.
l De offic. Domus Augustæ lib. 1. cap. 21. ad fin.

PRIVILEGIVM XVIII. D

De facultate testandi Cardinalibus concessa.

REgula est, non posse Cardinales testari, nisi Pontificis Summi præcedat licentia, quod in Lateranensi Concilio *m* sub Alexandro III sancitum habes, & ab eodem Pontifice hoc idem Vigiliensi Episcopo rescriptum leges *n* in hæc verba omissis alijs. *De his, quæ consideratione Ecclesiæ perceperunt, nullum de iure possunt facere testamentum:* & idem quoque Pontifex hoc etiam statuisse in prædicto Concilio Lateranensi affirmat. *o* Et hanc testandi prohibitionem ad pias quoque causas extendendam esse voluit Pius IV. *p* & alia multa ad rem congerit Sarmient. *q* E

Verùm si reperiatur testamentum antiquum a Cardinali conditum, licèt de licentia Pontificis non appareat, hanc tamen præcessisse, & Cardinalis dispositionem de bonis aliunde, quàm ex redditibus ecclesiasticis quæsitis præsumendam esse, & ita sustinendam, affirmant Aretinus, *r* & Alexander, *s* qui consulti super validitate testamenti conditi a Card. Riccardo de Senis, vno ex Compilatoribus libri Sexti Decretalium, Bonifacio VIII mandante, ita responderunt, eosquè referunt, & sequuntur Mantica, *t* & Simon de Pratis. *u*

Posse etiam Cardinales in suprema voluntate disponere de stipendio illo, a Summo Pontifice Cardinalitij galeri intuitu eis concesso, ex eo quia stipendium hoc non tribua-

m cap. 15.
n In c. quia nos de testam.
o in c. relatum, il 2. de testam.
p Constit. 9 Bullar. nou. tom. 2. pag. 9.
q De reddit. eccl. par. 2 cap 8. num. 1. & seqq.
r cons. 36. in pri.
s cons. 101. nu. 3. 4. & 5. lib. 7.
t De coniect. vlt. volunt. lib 2. tit. 9. nu. 5.
u Tract. de vltim. volunt. lib. 2. fol. 4. nu. 38.

tribuatur ratione alicuius Ecclesiæ, sed contemplatione personę eorundem Cardinalium, qui Pontificem ipsum in regimine vniuersalis Ecclesiæ consilio, & indu-
A striâ adiuuant, voluit Didacus Couarruuias, *a* & post eum tenuit Cardinalis Mantica, *b* Sed & liberalitatem exercere de hoc etiam stipendio, considerata Cardina-
A latus Dignitate, testatur Tiraquellus, *c* motus auctoritate Pauli I. C. *d* qui Principis tutori pro dignitate natalium pupilli aliquid donare permittit; quod etiam scribentes ibi communitèr tradunt. Imò & succedendi ab intestato etiam in hoc stipendio Cardinalium hæredibus permissum voluit Rota Romana apud Verallum, *e* qui præmissis quibusdam capitulis a Leone X. & Clemente VII. super facultate testandi Cardinalibus concessis, quærit, an posita huiusmodi facultate, hæredes ipsorum Cardinalium succedant illis ab intestato? & absolutè loquendo, in fructibus scilicet Beneficiorum ecclesiasticorum negatiuè respondit; in iuribus verò, & prouentibus Cappelli (vt ipse loquitur) habere locum capitula concessionum Leonis X. & Clementis VII.

Quæsitum quoque est: ex dispositione Iulij III. *f* qua cautum habes, fructus Be-
B neficiorum tempore obitus Beneficiatorum quàmuis maturatos, sed non exactos cum effectu, etiam spontè oblatos, non ad hæredes, sed ad successores in Beneficijs spectare; quam quidem Sanctionem a Summo Pontifice Vrbano VIII. confirmatam fuisse dicunt; an inquam hæres Cardinalis habentis à Papa facultatem testandi, cum clausula, *non obstantibus &c.* comprehendatur sub dispositione dictæ Constitutionis Iulij III. & negatiuè respondit Rota coram Lancellotto *g* ad fauorem hæredum q. Cardinalis de Rubeis contra Episcopum Papiensem; quam quidem Rotę decisionem refert Marius Antoninus, *h* qui tamen determinationem hanc non amplectitur.

At si concessa sit Cardinali facultas testandi, quàmuis in dispensationibus non fiat extensio, poterit nihilominus Cardinalis hic etiam codicillare, vt aiunt: ita voluit
C Simon de Prætis. *i* Et ad donationem quoque causa mortis, cum sit quid minus testamento, extendit Moneta. *k*

Sed concessâ licentia testandi, an hæc per vnicum actum extinguatur? multi multa dixerunt; sed ego Hieronymo Gabrielio *l* adhæreo, dicenti, semel, atque iterum respondisse, & semper iudicaturum, nec posse sibi persuadere virum alicuius iudicij negare posse, quin, & concedens, & impetrans hanc licentiam intelligat de eo testamento, cum quo impetrans decedere velit, non de primo, & consequentèr non posse primo testamento consumi effectum gratiæ; idemquè senserunt Nauarrus, *m* & Rodericus: *n*

Et habere Cardinales priuilegium testandi iure militari, voluit Cad. Albanus, *o* quem refert Hieronymus Manfredus. *p*

D Posse etiam Cardinales legare vsque ad summam scutorum 300. Archiconfraternitati Confalonis nuncupatæ in Vrbe, pro redemptione captiuorum, & ita ad pias causas, Sixtus V *q* edixit

Cum autem dictum sit supra, posse Cardinales disponere de ijs, quæ contemplatione Galeri Cardinalitij concessa sunt, in quorum numero comprehensa videntur ornamenta Capellæ, siue Oratorij, quæ in proprijs Aedibus Cardinales habent, nec non pretium Annuli in assumptione ad hanc Dignitatem dari soliti: Sciendum tamen est, harum rerum dispositionem Cardinalibus interdictam, & in ijs Cameram Apostolicam succedere, ex Iulij III. Sanctione. *r* Hodie autem in pretio Annuli succedit sacra Congregatio de Propaganda Fide, à Gregorio XV. huius Congregationis Institutore sancitum. *f*

Denique si quæras, an consanguinei clericorum illis succedant ab intestato in
E quotidianis distributionibus? Ioannem Petrum Monetam *t* consule. Et si succedant in istis quotidianis distributionibus, & in alijs fructibus Beneficiorum, per Cardinalem, dum viuebat, possessorum, teneri consanguineos ad impensas funerum ipsius Cardinalis, voluit Decius: *u* quia impensæ funerum semper ex hæreditate desumuntur; & absurdum esset, hæredes habere ex priuilegio Papę, ob facultatem scilicet testandi Cardinalibus concessam, bona prouenientia ex Beneficijs, & grauare successores Beneficiorum in expensis, vt ipse Decius ait.

An autem titulus Codicis, *de his, qui sibi in testam. adscripser.* habeat locum in familiari Cardinalis, qui de mandato Domini scripsit testamentum, & in eo legatum ad sui fauorem? vide Iacobum Gallum I.C. Neapolitanum. *x*

a in c. 1. num. 11. in fin. de testam.
b De coniectur. vltimar. volunt. lib. 2. tit 9. nu 3.
c Tract. de nobilit ca. 37 nu. 13.
d in l. 12. §. cum tutor. ff. de admin tutor.
e Decis 92. n. 1. 2 & 3. par. 1
f Const. 7. Bull. nou. tom. 1 pag. 697. 698 & 699
g in Papien fructuum, 12 Februarij 1601.
h Var resol. lib. 1. post resolut. 46.
i De interpret. vltim. volunt. li. 2. solut. 4. nu. 63. & 4
k Tract. de distribut. quotid p. 3. q 2. n. 2
l Cons 83. nu. 27. lib. 1
m De reddit. eccles q. 3. monit 9.
n In quæst. regul. tom. . q 69. artic. 3.
o De Card. q. 43 in 3. ... secundo principali. ter.
p Decis. 221.
q Const 27. Bullar. nou tom. 2. pag 522.
r Const. 7. Bullar. nou. tom. 1. pag. 597.
f Const. 25. § 22 tom. 4. pag 128.
t De distr. quotid. par 3 q. 3 per tot.
u Cons. 157. num. 2. vers in contrarium, lib. 1.
x Cons. 60. incip. D. Abbas, per tot.

PRIVILEGIVM XIX. A

De Reuerentia Cardinalibus exhibenda.

TAnta est huius sacrosancti Senatus Dignitas, & Eminentia, vt siue boni, siue mali sint Cardinales, maxima nihilominus reuerentia illis adhibenda sit; etenim si mali, propter Dignitatis excellentiam; si boni, & ratione Dignitatis, & ratione personæ obsequium, & reuerentiam postulant, Manfredo *a* teste, post Gundisaluum *b* nobiles enim, & ingenuos sibi rationabilitèr honores arrogare scripsit Aristoteles. *c* Quòd si Iudicibus, alijsquè Magistratibus ob præcipuam, quam habent, gubernandæ Reipublicæ curam, maximus semper a maioribus nostris honor haberi consueuit, vt est Callistrati I.C. sententia, *e* & auctoritate Innocentij III. Pontificis *d* confirmatur; aliaquè multa congerit Tiraquellus. *e* Quantò magis honor, & reuerentia S.R.E. Cardinalibus exhibenda erit, qui non vnam Ciuitatem, siue vnam Prouinciam, aut Rempublicam regunt, & gubernant, sed vniuersum Orbem, vniuersamquè Ecclesiam toto Orbe diffusam eorum solicitudo, & cura complectitur, Eugenio IV. teste, *f* & supra sępe sæpius diximus, optimequè declarat Paleottus, *g* dum ait, Cardinalem fieri publicum beneficium esse: immo si tenuerius, atque exactius (vt ipse inquit) expendamus, hoc Cardinalis munus Deo ipsi in primis acceptum ferendum est, cuius beneficentia fuit ad Christianę Reipublicę vtilitatem institutum &c. B

Verùm quia, vt Callistratus *h* testatum habet, Magistratus auctoritatem Dignitatis ingenio suo augere debet, & ideo Prætor suæ dignitatis tuendæ, & decoris causa nonnulla statuit ab Vlpiano *i* relata, & talis debet esse dispensatio regiminis, D. Gregorio *k* teste, vt is, qui præest, ea se circa subditos mensura moderetur, quarenus arridens timeri debeat, & iratus amari, vt nec nimia lætitia vilem reddat, aut immoderata sæuitia odiosum; firmissimus namque, & fortissimus honoris custos (vt Plutarchus *l* ait) modestia est, quippe non tantùm dictorum publicè, & factorum ab ijs, qui Rempublicam gerunt, reposcuntur rationes, verùm etiam cœnæ, eorum cubile, nuptiæ, ludicra, & seria actio exceutitur omnis: quomodo enim in facie lentigo, & verrucæ magis sunt, quàm notę, murilationes, & cicatrices reliqui corporis odiosæ, sic exigua peccata videntur, quando apparent In Principum, & politicorum vitiis magna, propter existimationem, quam de Magistratu, & Republica habet vulgus, vt de re magnifica, quæ omni vacare vitio, & delicto debeat: hæc, & alia videnda congerit Plutarcus. Studeant igitur S. R. E. Cardinales sacræ Purpuræ maiestatem sustinere, & suam, vel potius vniuersalis Ecclesiæ Dignitatem agnoscant. Nam licèt in Carthaginensi Concilio a Gratiano *m* relato, sancitum habeas, vt Episcopus in Ecclesia, & in consessu Presbyterorum sublimior sedeat, intra domum tamen Collegam se Presbyterorum esse cognoscat, nam vt Diuus Hieronymus ait, relatus a Gratiano; *n* noscant Episcopi, se magis consuetudine, quàm dispensationis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere; quę omnia etiam ad Cardinales retulit Manfredus. *o* Hæc autem, vt aduertit Glossator, *p* ita sunt intelligenda, vt non contemnatur, iuxta Callistratis sententiam *q* in hæc verba. *Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur, vnde mandatis adijcitur, ne Præsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant; nam ex conuersatione æquali contemptio Dignitatis nascitur &c.* C D E

Denique honorem, cultum, & reuerentiam exhibendam esse Prælatis, & Superioribus ratione excellentiæ, etiam ex debito legali, sicuti alijs in Dignitatibus constitutis ex debito morali, ex Diuo Thoma rescripsit Barthol. Cassaneus videndus *r* Verùm si quæras, quid sit reuerentia, & quibus debeatur? idem Cassaneus *s* docet: reuerentiam verò non esse honorem, sed motiuum honorantis, & finem aliorum, voluit D.Thom ab cod. Cassan. ibi relatus.

a Decis. 255.
b De potestat. eccles. nu. 46.
c Lib. 2. polit. c. 8.
d in l semper, ff. de iur. immun.
e in c. 59. vt debitus honor, de appellat.
f de nobilit. cap. 28. nu. 3.
g Const. 15. §. 24. Bullar. nou. tom. 1. pag. 283.
h de sacri Consist. consult. par. 3. q. 1. pag. 102. litera B.
i in l. obseruandū in fin. ff. de offic. Præsid.
k in l. 1. in prin. ff. de postulan.
l lib. 3. moral.
m in præceptis politicis.
n c. Episcopus in Ecclesia. dist 93.
o in c. olim, in fin cad. dist. 95.
p decis 255.
q in d. c. Episcopus in Ecclesia.
r l. obseruandum ff. de off. Præsid.
s in Catbal glor. Mund. par. 1. consid 8.
t loco iam proximè relato in reliquis argum. 31. consid

PRIVI-

PRIVILEGIVM. XX.

A *De familiarium, & inferuientium numero Cardinalitiæ Dignitati necessario.*

QVoniam (vt Iustinianus Imperator *a* ait) quantò quilibet præest melioribus, tantò maior ipse, & honestior est; ideo vt Cardinalatus Dignitas magis elucescat, pluribus familiaribus, & inseruientibus præesse debent, & ab illis obsequia, & famulitia, nedum in domesticis, sed in publicis quoque actibus exquirere, Manfredo *b* teste, & Deum delectari honore seruorum, Macrob. *c* de Saturno affirmat. Et in Romana Curia receptum est, vt ille Cardinalis magis honorari dicatur, qui maiori, & digniori aulicorum numero constipatus apparet; iuxta illud Salomonis *d* *In multitudine populi Dignitas Regis, in paruitate plebis ignominia Principis*. Et Diuus Hieronymus *e* relatus à Gratiano *f* *Damna conquiritis, dum soli vultis in Ecclesia potentari*. Qua forsitan ratione motus Honorius III Pontif. Max. sanciuit, *g* non posse Canonicos numerū Canonicorum sine causa restringere, ne Diuini Numinis cultus minuatur. Et Virgilius *h* laudans Didonem in apparatu famulorum hæc ait.

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates:
Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.

Et Iuuenalis *i* dum litigantes carpit, qui potius comitatum, & extrinsecos Aduocatorum apparatus, quàm eloquentiam quærunt, hæc protulit.

Respicit hoc primum, qui litigat, an tibi serui
Octo, decem comites, post te an sit sella, togati
Ante pedes &c.

Quamobrem Bonifacius VIII. *k* Episcopo Pictauensi indulsit, vt Beneficia Clericorum sibi actu inseruientium per eorum obitum vacantia posset alijs ad libitum conferre; & hoc idem à summis Pontificibus indultum esse S. R. E. Cardinalibus dixit Rota *l* & post eam Gomesius *m* ita interpretandam esse regulam Cancellariæ, de impetrantibus Beneficia per obitum familiar. Cardinal. dicit, vt magis inuitentur, & animentur Cardinales ad recipiendos famulos doctos, & venerabiles, quod ad Romanæ Ecclesiæ decus tendit; vt in simili Honorius III. *n* Prælatis, & Capitulis iniunxit, quatenus scholares ad Theologiæ studia transmitterent, qui cum docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri ad iustitiam valeant plurimos erudire: hæc Honorius.

Et impensas in alendis familiaribus, & ministris à Cardinalibus factas, intuitu Ecclesiæ propter honorem inde resultantē factas censeri voluit Philippus Francus, *o*

Cauendum tamen est Cardinalibus Episcopis, alijsquè Ecclesiastica Beneficia conferentibus, imò & ipsis familiaribus, ne ob compensationem famulatus, & obsequij Beneficia conferant, vel recipiant, quia Simoniæ crimen incurrerent, vt est Petri Rebuffi *p* sententia, qui etiam triplicem seruorum speciem assignat *q* primam secundùm naturam, vt quilibet homo paruo dotatus ingenio alijs industriosis, & ingenio pollentibus natura seruire debet; secundam ex legis dispensatione prouenire, vt qui à seruis nascuntur, vel in bello capiuntur; tertiam speciem seruorum esse dicit per denominationem extrinsecam, nam quilibet, qui alteri seruit, & ei ministrat, vocatur seruus: & de hac tertia specie nos propriè loquimur, vt potè hi sunt, qui Cardinalibus spontè seruiunt, illisquè ministrant, & obsequium præstant. Quibus verò qualitatibus præditi esse debeant isti serui, quos magis recepto vocabulo familiares vocant, idem Rebuffus *r* docet; sed melius Dinus Bernardus *s* si tamen sua est epistola, dum ait. *Famulum alti, & elati cordis repelle vt futurum inimicum; famulum tuis moribus blandientem repelle; famulo, & viemo te præsente laudantibus resistas, alitèr cogitant te decipere; famulum se de facili vereсūdantē dilige vt filium*. Et solliciti sint DD. Cardinales tales apud se retinere seruos, de quibus Regius Propheta *t* dicit *Custodit Dominus animas seruorū*.

a in auth. de defensor. Ciuit. in prin. vers quanto enim.
b Decis 247.
c lib 1. saturnal. cap. 10 ad. fin,
d In Prouerb. cap. 14.
e Ad Rusticum Narbonensem Episcopum, de septem gradibus Ecclesiæ.
f In c. ecce ego, §. quis hic, dist. 9c.
g c. ex parte, de consuetud.
h Lib. 1. Æneid.
i Satyr. 7.
k c. fin. de verbor signif. in 6.
l Decis. 16. de præben. in antiq.
m In reg. de impetr. benef. per obit famil Card. q 6. prope fin.
n c. fin. de magist.
o In c. præsenti. § porrò, in 2. notab. de offic. ordin. in 6
p Tract. de famulor. salar 3. glos 3
q Ibi glos. 2.
r Loco relato glos 2.
s In epistola de cura, & regim. rei familiar. pag. apud me. 235.
t Psal 97.

PRIVILEGIVM XXI

De priuato carcere Cardinalibus permisso.

PRiuatū carcerem exercentes læsæ maiestatis crimen admittunt,& capitali pœna plectuntur,ex Zenon, Imperat.Sanctione *a* Et qui ex iniusta causa aliquem detinet, etiamsi minori spacio viginti horarum detineat, in hanc legem committit,pœnamquè meretur; qui verò ex iusta causa aliquem ceperit, si intra dictum spacium viginti horarum hunc Iudici præsentauerit,pœnam euadit; ita ex communi Doctorum sententia scripsit Clarus *b* Canonico autem iure,si tale crimen exerceatur in clericum non ligatum, sed tantùm parietibus conclusum, vel detentum excommunicationis pœna non euitatur, ex Innocentij III. *c* responsione. Et ratio, quare priuatus carcer sit prohibitus, ea est, quia ius carcerandi sola lege permittitur,cum sit de gradibus meri imperij, Tiberio Deciano teste *d* & Farinacio *e* A

Sed harum legum dispositiones non habere locum in Cardinalibus S. R. E. in quibus vsus obtinuit, vt quicumque Cardinalis priuatum habeat carcerem ad puniendos domesticos, vt Manfredo *f* placuit; illiquè assentiri videtur Iulius Clarus *g* dum eius verba refcribit. B

Et ideo quærit Zabar. *h* numquid Vicarius Papæ, qui habet idem auditorium cum Papa, possit cognoscere de causis familiarium, & subditorum Dominorum Cardinalium? Et negatiuè respondet, quia subditi Cardinalium ad Vicarios ipsorum Cardinalium sunt remittendi; non enim procedit argumentum, Vicarius Papæ habet iurisdictionem in Vrbe, ergo habet etiam in omnes de Vrbe etiam exemptos: & hanc Zabar. sententiam sequuti sunt Laudens. *i* & Manfred. *k*

Et potest comprobari priuilegium hoc Cardinalibus concessum exercendi priuatum carcerem, ex ijs, quæ scribit Gigas *l* dum ait, pœnam priuati carceris non incurrere dominum, qui seruum detinuerit, nec patrem, qui filium, nec abbatem, qui monachum; hi namque non vt Principis maiestatem lædant, sed vt domesticos, & familiares corrigant, hæc agere dicuntur, Nicolao Bocrio *m* teste. Quod etiam in Cardinalibus affirmare possumus, quàmuis alia maior ratio in his militet, nam Cardinales sunt partes corporis Papæ, & ex Cardinalibus, ac Papa constituitur vnum corpus, vt sæpius dictum est, & ideo cessat ratio læsæ maiestatis, quia nemo se ipsum lædere velle putatur; argumento sumpto ex ijs, quæ scribit Petr. de Anchar. *n* dum ait, inter Papam, & Cardinales indissolubile vinculum esse, sicut inter virum, & vxorem, & quemadmodum Augusta Imperatoris viri priuilegio gaudet, ita Cardinales Pontificis priuilegiorum participes esse debent. Hæc, & alia Ancharanus. C D

Sed hodie familiares Card. non esse exemptos à iurisdictione Ordinariorum,præsertim si delicta, & crimina committant, testis est Farinacius *o* ex cuius dictis reuocantur in dubium, quæ diximus supra, Vicarium Vrbis non habere iurisdictionem in familiares Cardinalium. Itaque Aristotelis *p* distinctionem in hoc seruandam puto, qui tria dominatus genera constituit, nempe Regalem, Politicum, & Oeconomicum, ita ut Cardinalibus hoc tertium competat, neque hoc etiam absolutum, vt antiquitus erat, ius scilicet vitæ, & necis, sed (vt loquitur Germonius *q*) hodiernum, correctionis tantùm.

a L. 1. C. de priu. carce.
b In pract. crim. § fin. q. 68 vers. priuatum carcerem.
c in c. nuper, de sent. excom.
d Tract. crim. p. 2. lib. 7. cap. 10. n. 23.
e De carcer. & carcerat. q. 27. n. 9. & seqq.
f De Card. c. 8. ad fin.
g Loco supr. cit. vers. scias autem
h In clem. ne Romani, § irritum, nu. 8. de elect.
i Tract. de Card. par. 1. conclus. 17.
k Decis. 140.
l de crim. læsæ maiest. in 2. par. q. 35.
m Decis. 304 n. 3. par. 2.
n cons. 245. n. 5 & alibi.
o Cons. 134. n. 6
p Lib. 1. cap. 8. Polit.
q De Legat. Princip lib. 3. cap. 13. in princ.

E

PRIVILEGIVM XXII.

De confugientibus ad Palatia Cardinalium.

COnfugientes ad Ecclesiam, & Palatium Episcopi, si cohæret Ecclesiæ, nec distet vltra quadraginta passus, vel saltem habeat oratorium, immunitate gaudent, nec inde extrahi possunt, vt post alios testatur Ambrosinus *r* Et hoc quoque priuilegio gaudere Palatia, & Domus DD. Cardinalium, scripsit Iulius Clarus. *f*

r De immun. eccles. cap. 10. n. 6. & seq.
f Pract. crim. § fin. q. 10. ad fin. vers. item adde

Verùm

Verùm licèt hoc priuilegium de iure communi sustineri posset, prout ante Sixti V. Pontificatum seruatum fuisse audiuimus; tamen hodie de consuetudine in Vrbe Palatia Cardinalium non gaudere priuilegio immunitatis, testatur Baiardus *a* & post eum Farinacius *b* Post enim multas Summorum Pontificum Sanctiones pro-
A hibentes has immunitates, & quibus per non vsum abrogatum fuerat, tandem emanauit Sixti V. Constitutio, *c* cui omnes S. R. E. Cardinales tunc in Vrbe existentes subscripserunt; ex quo, si tale vnquam habuerunt priuilegium, illi renunciarunt, nec illo ad hæc nostra tempora vsi sunt. Quod vtique summa prudentia factum, nemo quidem sanæ mentis, & publicæ quietis cupidus negabit: non enim in Domibus Cardinalium viri flagitiosi manere debent, sed virtute prædití, vt Mafredus *d* docet Sed quæ Diuus Bernardus *e* scribit, vtique ignoranda non erunt ait enim sanctissimus vir. *Domum Episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas horum disciplina custos. Sacerdotes domestici, aut cæteris honestioribus aut fabula omnibus sunt. In cultu, & habitu, in incessu illorum, qui circa te sunt nihil, residere impudicum nihil indecens patiaris; certè inter mitratos discur-*
B *rere Calamistratos non decet*; Hæc & alia Bernardus videndus. Neque solùm ab ijs, qui Iesu Christi militiæ nomen dederint, hec seruanda sunt, sed qui sola ciuili prudentia reguntur, ad optimam Rempublicam constituendam, seruandamquè, hæc eadem necessaria putarunt; Tiberius quippe Cæsar, Suetonio *f* teste, in primis tuendæ pacis à grassatoribus, ac latrocinijs, seditionumquè licentia curam habult, aboleuitquè & ius, moremquè asylorum, quæ vsquam erant.

Inuadentes verò Cardinalium Domos, etiam tempore Conclauis, eorumquè bona diripientes qua pœna plectendi sint, Leo X *g* edixit.

Quod autem dictum est supra, Domos Episcoporum gaudere immunitate, itaut ex ijs delinquentes extrahi nequeant, declara positam conclusionem duobus modis
C primò nisi delinquentes fiat in casibus exceptis à Gregorio XIV. *h* secundò declara, quando Domus sit intra quadraginta passus ab Ecclesia, vel in ipsa Domo adsit Oratorium; ita post alios Farinacius *i* & Ambrosinus loco cit.

Sed quibus immunitatibus sit præmunita Domus Oratoris, seu Legati Principis, satis eruditè, & eleganter docet Anastas. Germonius, *k* quem vide, poterunt enim, quæ ab ipso scribuntur, ad maiorem huius priuilegij cognitionem prodesse.

a In addit. ad Clar loco cit. nu. 33.
b De immunitat. eccles. cap 17. num. 174 in fin
c Const. 6. in Bullar. nou tom. 2. pag. 491.
d Decis. 248.
e De considerat. lib. 4.
f In eius vita cap. 37.
g Const. 15. Bullar nou tom 1. pag 494.
h Cost. 7 Bullar. nou tom. 2. pag. 694.
i De immunit. in append cap. 17 nu 272.
k Tract. de legat. Princip. lib. 3. cap. 14. 15. & 16

PRIVILEGIVM XXIII.

D

Offendens Cardinalem læsæ maiestatis reus efficitur.

Tantò ampliorem censeri dignitatem, quantò plures, seuerioresquè illam offendentibus infligantur pœnæ, testatur Eugenius IV. *l* Et ideo licèt quælibet offensio, ac iniuria ab hoc Eminentiss. Senatu semper aliena esse deberet, tamen quia, vt Veritas ait, *necesse est, vt veniant scandala*, si quis malo genio, vel suadente diabolo aliquem ex S. R. E. Cardinalibus læserit, vel offenderit, adeo huius personam priuilegiatam esse sciat, vt non secus ac in Principem ipsum commiserit læsæ maiestatis crimen incurrat, perpetuò infamis efficitur, in vicinas Vrbes, & Diœceses denunciabitur excommunicatus, vt est Bonifacij VIII. Sanctio *m* quam
E postea Pius V. *n* ad scientes, & non reuelantes extendit. Et ne de illius inobseruantia, & non vsu quoque tempore opponi possit, quolibet anno in die Cœnæ Domini innouatur, & in Porticu ad benedicendum populum extructo præsente Pontifice, & toto Ecclesiastico Cœtu, vniuersaque plebe Dei, ab vno ex eiusdem S. R. E. Diacono Cardinali legitur; eamque Pauli V. iussu impressam videre poteris *o* Qua verò pœna mulctandus sit, qui consilium, auxiliumuè ad tale facinus perpetrandum dederit, Menochius *p* docet.

Et adeo priuilegiatam esse personam Cardinalis scias, vt etiam Imperator ab omni humana lege solutus *q* si Cardinalem offendat, eiusdem criminis læsæ maiestatis reus efficiatur; ita post multos ab eo relatos testatur Gigas, *r* qui nedum læsæ maiestatis, sed & sacrilegij crimen esse probat.

Et filios, nepotesque illius, qui Cardinalem offenderit, omnibus legitimis acti- bus,

l Const. 15. §. 6. in fin. Bullar. nou. tom. 1. pag. 283.
m In c felicis, de pœn in 6
n Const. 93. Bullar. nou. tom. 2. pag. 295.
o Const. 65 alias. 41. §. 11. Bullar. nou. tom. 3. pag. 251.
p De arbitrar. iudic. centur. 6. cas. 551. per tot.
q L. digna uox, C. de legib
r De crim. l. s. maiest q. 5. n. 10. & 11.

bus, ac omni beneficio, & commodo iuris positiui ipso iure priuatos esse, itaut ab intestato succedere nequeant, voluit, & restatum habet Mathesilanus, *a* & ad eum Bolognettus; *b* aliaque multa ad rem facientia petenda sunt à Tiberio Deciano, *c* & Prospero Farinacio, *d* qui beneficijs quoque Ecclesiasticis priuari affirmat. Temperatur tamen pœna, si quis ad sui defensionem offendat Cardinalem, quia nec iniuriosè, nec temerè id egisse dicetur, sed iure permittente; itapost glos. & alios scribit Hieron. Gigas. *e* Temperatur etiam pœna, si Cardinalis afficiatur Sedis Apostolicæ rebellis, & ex hac causa ab aliquo offendatur; auctorem habeo Carolum Rulnum, *f* qui ex hoc potissimùm capite nititur defendere Franciscum Mariam Vrbini Ducem ab homicidio per eum commisso in personam Francisci Alidosij Cardinalis Papiensis nuncupati; hic enim cum esset in Ciuitate Bononiæ Sedis Apostolicæ Legatus, patefecisse dicebatur Officialibus Gallici exercitus secreta Iulij II. Pontificis, ex quo Sedis Apostolicæ rebellis erat, & ideo impunis offendi poterat, & Franciscus Maria Dux absoluendus, prout ab eodem Iulio II. absolutus fuit, præsentibus S. R. E. Cardinalibus in forma Consistorij congregatis, Guicciardino *g* teste, & confirmat Gigas. *h* Quàmuis huic absolutioni, quæ, vt idem Guicciardinus ait, non secundùm iuris dispositionem, sed ex gratia processerat, non acquieuisset postea Leo X. qui ex hac, & alijs causis animum suum mouentibus supradictum Franciscum Mariam Ducam priuauit, Iouio, *i* & alijs id affirmantibus.

A

B

a De successione ab intest. in 3. artic. princ. n. 47
b In addit. n. 48.
c Tract. crimin. lib. 4. cap. 6. nu. 1.
d Pract. crim. q. 112. inspect. 2. per tot. & in decis. 87 nu. 9. ad crim. respicien.
e Loco cit. n. 14.
f Cons. 4. lib. 5. per tot.
g In hist. Italia lib. 10. pag. apud me 280.
h Loco cit. n. 24.

Denique si quis offendat familiam Papæ, vel Cardinalis, qua pœna sit puniendus, latè scribit Menoch. *K* quem consule, si hæc cognoscendi desiderio flagras.

Sed numquid offendens Cardinalem iniuria verbali puniatur, ac si eum percussisset? affirmatiuè respondet Farinacius. *l*

Et ex iuris communis dispositione, si quis Cardinalem offendit, violentas manus in eum iniiciendo, obsidendo, vel insequendo, non gaudere priuilegio immunitatis, si ad Ecclesiam confugiat, idem Farinacius *m* testatur; quàmuis inspectis verbis Constitutionis Gregorij XIV. dubitandi locum relinquat; quia (vt ipse dicit) hæc Constitutio videtur restricta ad eos, qui fuerint rei læsæ Maiestatis in personâ ipsiusmet Principis; putat tamen eueniente casu (quod Deus auertat) teneri Episcopum, & alium quemlibet Ecclesiæ Rectorem hunc confugientem benè custodire, & illicò Papam certiorem reddere, nec sine ipsius Pontificis licentia extrahi debere, iuxta ea, quæ idem Farinacius *n* infra scribit.

C

i In vita Leonis X. lib. 3. pag. apud me 82.
K De arbitrar. iudic. casu 552. per tot.
l De var. ac diuers. crimin. q. 105. inspect. 10, num. 400.
m De immun. Ecclesi. in appendi. cap. 14. nu. 184. & seqq.
n Cap. 22. n. 346

PRIVILEGIVM XXIV.

Intrusum in Papatu possunt Cardinales expellere; sicut etiam simoniacum, & hæreticum Papam deponere.

D

IN Lateranensi Concilio Nicolao II. Romano Pontifice sedente, celebrato, peculiari priuilegio donati sunt S. R. E. Cardinales; nimirum si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium Ordinum religiosorum Clericorum fuerit Apostolicæ Sedi inthronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus &c. inuasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, ac studio à Sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint, præponere: huius priuilegij mentionem habet apud Ciaconium, *o* & à Gratiano *p* describitur. Declarat hoc priuilegium Glossa, *q* quando electio à non habentibus potestatem facta esset, & non à Cardinalibus, penes quos, vt diximus, absoluta residet eligendi Pontificis facultas; & ideo iuxta terminos huius Sanctionis intrusum expellere de Papatu valent.

E

Sed pulchra hic oritur quæstio. Ex ijs, quæ leguntur in dictis Bonifacij Martyris à Gratiano *r* relatis, nempe Summi Pontificis culpas nullus mortalium redarguere præsumat, quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi reprehendatur à Fide deuius, cuius delicti notionem ad Cócilium pertinere respondit Theodoricus Rex ab eodem Gratiano relatus; *s* nec posse Cardinales deponere Papam etiam hæreticum, scribit Archid. *t* addens, quàmuis tale crimen probetur in Concilio contra Papam, non tamen à Concilio ferendam esse sententiam, sed ipse Papa contra

o In vita Nicolai II.
p In c. si quis pecunia. 97. dist.
q In hoc c. in verb. non Apostolicus.
r In c. si Papa, dist. 40.
s In c. Concilia, §. huic etiam. dist. 17.
t c. in Fidei, n. 2. de hæret.

contra se ipsum sententiã promulgabit, vt in Marcellino Pōtifice à numeroso Episcoporũ Concilio factũ fuisse legimus, *a* qui omnes eidem Pōtifici sæpissimè dixerunt: *tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio*; & iterũ: *noli* (aiunt) *audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuã*; & rursus; *quoniã ex te* (inquiunt) *iustifica-*
A *beris, aut ex ore tuo condẽnaberis*; & iterũ dicunt; *prima Sedes nõ iudicatur à quoquã*. Quam veritatem etiã Imperatores agnouerunt; Valentinianus enim, cum ab Anicio Basso Sixtus Pontifex huius nominis III Pontificatus secundo turpi calumnia exagitatus esset, & in Concilio, cui & ipse Augustus intererat, dictum fuisset, non licere aduersus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinùs Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum: etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum Vrbium subactus iudicijs inuenitur. Hæc omnia fusius videnda sunt in epistolis Nicolai Pontificis, *b* & refert Gratianus. *c* Firma igitur videtur esse conclusio, in condemnando Pontifice Concilium esse conuocandum, nec tamen ab eodem Concilio ferendam esse sententiam; qua in re videndus est Caietanus. *d* Verùm quia solus Romanus Pontifex Concilium congregare valet, *e*
B fingamus (quod Deus auertat) Pontificem hæreticum nolentem conuocare Concilium, ne contra se feratur iudicium, quid erit agendum? Hanc mouet quæstionem D. Card. Zabarel. *f* & respondet, requirendum esse Papam, vt congreget Concilium, & ad hoc eum sollicitabit Imperator, qui si neglexerit, Cardinales tunc congregabunt, ne pro indirectò impediatur tale iudicium, quod directè non potest Papa impedire, puta statuendo, quòd non possit accusari de hæresi, quia per hoc periclitaretur tota Ecclesia. Hæc Zabarel. in ijs, quæ pertinent ad conuocandum Concilium.

Sed alia modò superest difficultas, de sententia scilicet ferenda contra Pontificẽ, qui, vt diximus, a nemine in hoc sæculo iudicatur. Primam huius difficultatis solutionem collige ex Archidiacono, *g* qui scribit, Concilium posse condemnare
C Pontificem hæreticum, & hoc esse indubitantèr verum; ac eiusdem sententiæ videtur esse Zabarel. *h* Aliam tamen solutionem magis metaphysicam affert Thomas de Vio Card Caietanus, *i* dum ait, quòd Papa factus hæreticus, & perseuerans habet in terris potestatem non superiorem se, sed ministerialem ad sui depositionem, ad cuius euidentiam altiùs exordiendo, tria præmittit. Primò, quòd in Papa inueniuntur tria, nempe Papatus, persona, quæ est Papa, puta Petrus, & coniunctio vtriusque, scilicet Papatus in Petro, ex qua coniunctione resultat Petrus Papa. Secundò, quòd discernendo, & applicando proprias causas suis proprijs effectibus, inuenimus, quòd Papatus est à Deo immediatè, Petrus verò est à patre suo &c. coniunctio autem Papatus in Petro, post Petrum primum à Christo immediatè institutum, non est à Deo, sed ab homine, vt patet, quia hoc fit per electionem hominum. Tertiò quia nihil tam naturale est, vt vnaquæque res per quascumque cau-
D sas fiat, per easdem contrario modo dissoluatur; idcircò Petrus Papa, qui ex consensu Electorum causatus est, ex consensibus eorundem dissolui poterit. Quapropter licèt potestas supra Papam non inueniatur, nisi in Domino Iesu Christo, potestas tamen supra coniunctionem Papatus, & Petri reperitur in terris, & ideo sententia, quæ fertur à Concilio contra Papam hæreticum, non dirigitur contra Papatum, sed contra coniunctionem Papatus, & Petri. Hæc Caietanus videndus. Qui ad rem nostram, de potestate scilicet tradita à Iulio II. Cardinalibus expellendi à Papatu Pontificem simoniacum, dicit, *k* hanc potestatem dispositiuam non esse in Cardinalibus, quia in eis non est potestas super coniunctione Petri, & Papatus, nisi limitatè, scilicet tempore, quo Papatus vacat: in Ecclesia autem vniuersali est potestas super coniunctione ista absque limitatione, si seclusо iure positiuo loquamur; & ideo
E Cardinales non possunt deponere Papam hæreticum, vel simoniacum, sed hoc pertinet ad vniuersalem Ecclesiam. Potest tamen hæc potestas committi Dominis Cardinalibus à iure statuto Pontificis, sicut commissa est potestas eligendi per viam determinationis, vt ipsi repræsentent vniuersalem Ecclesiam, sicut in eligendo, ita in deponendo, quando deponendus erit. Ex quibus sublata videtur omnis difficultas, nam licèt Cardinales per se ipsos non valerent deponere intrusum in Papatu, ex priuilegio tamen, & concessione Concilij Lateranensis, & Iulij II. poterunt,

a in c. nunc autem, dist. 21.

b in epist. ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est, proposueramus.
c in d. c. nunc autem, dist. 21.
d in tract. de potest. Papæ, & Concil. cap. 22.
e c. ideo, 2 q. 6.
f cons. 150 nu. 7 vers. finge enim.

g d. c. in Fidei num. 2. vers. sed contra, de hæret. in 6.
h in citato cons. 150 num. 1 & 2.
i in tract. de auct. Papæ, & Concil. cap. 20.

K d. tract. cap. 21. vers. ad tertium dictum.

PRIVILEGIVM XXV.

Cardinalium Collegium famæ restituere potest. A

DIximus supra, *a* Collegium Dominorum Cardinalium æquiparatum esse Senatui Romano, & ideo sicut Senatus Romanus restituebat famæ, *b* pari ratione idem dicendum erit de Cardinalibus; ita Innocen. *c* & alij relati ab Anton. Capycio. *d* Verùm hoc priuilegium concessum esse Cardinalibus collegialitèr cógregatis, & Sede vacante, scripsit Bartol. *e* Sed Card. Zabar. *f* videtur velle, Cœtui Cardinalium id permissum esse nedum Sede vacante, sed etiam viuente Papa; neque dispositio illius §. irritum, in aliquo resistit, qui solùm interdicit pertinentia ad Papam. Felinus verò post Abb. Panormit. *g* negat, hoc priuilegium competere Cardinalibus, quia cum extincta sint hodie iura Senatus ex Nicolai III. Sanctione, B *h* & potissimum argumentum eorum, qui scribunt, Cardinales gaudere hoc priuilegio, sit, quia Collegium Cardinalium iura Senatus habet; igitur si hæc iura Senatus sunt extincta, cessat etiam priuilegium Cardinalium, nam æquiparatorum cadē est disciplina. Sed pace tantorum virorum hoc argumentum non placet, & vt mea fert sententia, nedum non officit, sed potius magis fauet, ponderando Sanctionem Nicolai III. *i* quæ firmat, & deducit in esse Summi Pontificis, & sacri Cardinalium Senatus potestatem: nam licèt Constantinus Imperator Beato Syluestro Vrbem Romam, & alia multa donasset, cœtui verò DD. Cardinalium iura Senatus concessisset, *K* non tamen legitur fuisse tunc harum rerum adeptam possessionem; imò cum post Constantinum impetasset Constantius Arrianus, Iulianus apostata, & alij potius infensi, ne dicam hostes, quàm fautores Romanæ Ecclesiæ, nec ipsa vires haberet (vt Diuus Thomas ait; relatus à Belarmino *l*) compescendi Principes terrenos, nedū C priuilegijs, & iuribus à Constantino Magno concessis non vtebatur, sed vt fideles obedirent Iuliano apostatæ tolerauit; siquidem ea tunc erant tempora, vt potius ad martyrium subeundum Episcopi, quàm ad Principes coercēdos parati esse deberent: at vbi vidit Ecclesia suæ potestati locum aliquem aperiri, vel cum ipsorum Principum spirituali vtilitate, vel certè sine detrimento, & pernicie populorum, non sibi defuit, sed conuocando Concilia, Imperatores, & Reges malè de Fide sentientes, & iura Ecclesiæ perturbantes Imperio, & potestate priuarunt, vt idem Belarminus *m* docet. Quorum vestigijs inhærendo Nicolaus III. vt quorumdam Romanorum insolentiam, temeritatemque compesceret, ius illud, & potestatem, quam eligendi Senatorem, & Magistratus vsurpauerant, ab illis abstulit, & Ecclesiæ restituit, vt ex historicis liquet. Quapropter argumentum desumptum ex iam dicta Nicolai III. D Sanctione, ad probandum, sacrum Collegium non habere amplius iura Senatus, est omninò inualidum, vt diximus, imò apertè probat, hæc iura in Ecclesiam translata esse, quæ & ipsa Senatum habet, vt D. Hieronymus à Gratiano *n* relatus ait. Senatum verò hunc à S. R. E. Cardinalibus vnà cum Summo Pontifice constitui quis neget?

Sed ad rem nostram redeundo, an scilicet Collegium Cardinalium famæ restituere possit, videndus est Sfortia Oddus, *o* qui & ipse supra positam distinctionem affert, viuente scilicet Pontifice, vel ipso mortuo, & Sede vacante: & post adductas pro vtraque parte rationes, communem sententiam amplectitur, nempe Cardinales gaudere hoc priuilegio Sede vacante; tunc enim potestas tēporalis in subditos S. R. E. penes sacrum Collegium est; ex quo tres (Capita Ordinum nuncupati) eliguntur, E & hi subscribunt, & suo nomine, sigilloque firmant resolutiones, gratiam, vel iustitiā respicientes, præsertim quæ in Eminentissimo Tribunali, sacra Consulta nuncupato, & quod præcipuè has restitutiones famæ cognoscit, & examinat, decernuntur, & fiunt. Non negat tamen Oddus, *p* quandoque etiam viuente Pontifice, posse Cardinales tanquam ab ipso Pontifice delegatos, famæ restituere: quæ quidem delegatio vtique multis ab hinc annis facta videtur nedum in vno Cardinali, quem totius Ecclesiasticæ Ditionis Superintendentem vocant, & modò est Eminentiss. ac Reuerendiss. Card. Pamphilius, sed in alijs quoque Cardinalibus prædictæ sacræ Consultæ præpositis; hi enim, vt diximus, exulum, & diffamatorum causas cognoscunt; & deci-

a Priuil. 3.
b L. 1. §. de qua, ff. de postulan.
c in c. cum te, n. 2. vers. Collegiū tamen, de re iud.
d Decis. 114. num. 4.
e In l. infamem, nu. 13 ff. de pub. iud.
f In Clem. ne Romani, §. irritum, num. 2. de elect.
g In c. cum te, nu. 12. de re iud.
h c. fundamenta, §. vt ergo, de elect. in 6.
i d. c. fundamenta.
K In c. Constantinus, dist. 97.
l De potestat. Papa in tempor. cap. 7.
m d. tract. 6. & alibi.
n In c. Ecclesia, 16. q. 1.
o Tract. de restit. in integr. par. 2. q. 93. artic. 4. nu. 46. & seq.
p Loco cit. n. 50.

decidunt, vt latiùs supra patet. *a* Denique ad probandum, sacrum Senatum vacante Sede posse restituere famæ, quæ diximus supra *b* de Francisco Cardinali Soderino, qui ob crimen lesæ maiestatis ab Hadriano VI. in Arce S. Angeli detinebatur, & à S. R. E. Cardinalibus exemplo aliorum Cardinalium de Columna, & de Sabellis absolutus, & cum alijs in Conclaui ad electionem noui Pontificis admissus, omnem quidem tollere amaritudinem videntur.

A

PRIVILEGIVM XXVI.

Cardinales tanquam speciali nota digni sub generali dispositione non sunt comprehensi.

DIctum est supra sæpissimè, Cardinales esse partes corporis Papæ; cũ autem in promulgatione legum nunquam intelligatur comprehensa persona legislatoris, sequitur propterea, in Constitutionibus Pontificis non esse comprehensos DD. Cardinales, nisi fiat illorum expressa mentio: ita argumentatur Hieron. Gigas, *c* pulchram Iustiniani Imperatoris Sanctionem referens, *d* vbi scribentes communitèr notant, licèt regularitèr donatio inter virum, & vxorem non valeat, hæc tamen regula non procedit, si Augusta donet Imperatori, & vice versa Imperator Augustæ, nõ solùm quia sunt duo in carne vna, sed etiã quia sunt speciali nota digni, & nemo Princeps suis ligatur legibus: hoc etiam scripsit Ludouicus Romanus videndus, *e* multa enim congerit in laudem huius sacrosancti Senatus.

B

Hac posita regula, infert Gigas, *f* si Papa imponat decimam super fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis, etiam super Pensionibus, cum appositione clausulæ, *quocumque priuilegio non obstante &c.* nihilominus tamen si Cardinalis habeat Pensionem super aliquo Beneficio reseruatam, ad solutionem Decimæ impositæ non tenebitur; & huic decisioni subscribit se Manfredus. *g*

C

Infertur secundò, Cardinales non esse comprehensos in Regulis Cancellariæ, vt latè differit Ancharanus, *h* & post eum scribentes in prædictas regulas Cancellariæ; & est iam decisus casus hic à Clemente VII. *i* quem alij postmodum Pontifices sequuti sunt, & hoc priuilegium confirmarunt in suis Regulis.

Infertur tertiò, dispensationem quantumcumque generalem loquentem in materia prohibitiua non comprehendere Cardinales, ex eodem Gigante; *k* qui tamen limitat, hanc illationem non habere locum, quando factum esset in se malum, sub quo fieret prohibitio, puta ne quis rem alienam inuadat, tunc enim etiam Cardinales sunt comprehensi, quod etiam scripsit Marchesanus. *l*

D

Notandum quoque est, quod scribit Romanus, *m* Cardinales non teneri contribuere in solutione charitatiui subsidij impositi a Sede Apostolica Clero Regni Castellæ, & cuiuis alio Clero ad supplicationem Regis pro recuperatione Regni ab infidelibus occupati, rationibus apud eum videndis: quamuis hoc dictum non placeat Hieronymo Giganti, per ea, quæ scribit Felinus, *n* sequutus Bellencinum præceptorem suum, *o* qui firmat regulam, ad subsidium generale impositum a Summo Pontifice quibuscumque Beneficiatis pro expeditione contra infideles, teneri etiã Cardinales concurrere ratione suorum Beneficiorum; quæ sententia placet etiam Mandosio, & alijs ab eo relatis. *p* Verùm Gigas loco supra relato contrarium amplectitur, Cardinales scilicet non teneri, nec esse comprehensos sub generali Constitutione, & hanc esse communem opinionem affirmat; nec vlterius in hoc dubitari posse, per suprad. regulam Clementis VII. Videnda tamen est decisio Rotæ Romanæ apud Puteum, *q* quæ multa ad rem congerit, & tandem concludit, Cardinales ligari Constitutione rationabili: quemadmodum etiam si versemur in casu, in quo factum esset in se malum, super quo facta est prohibitio: tunc enim appellatione Clericorum esse comprehensos etiam S R.E. Cardinales voluit Iason, *r* reddens rationem, quia ex quo factum est malum in se, tantò grauius peccat ille, qui contrafacit, quantò est maior, quæ veritas ethnicis quoque probata est, Iuuenale teste. *f*

E

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

Sed an Cardinales ligentur Regula Cancellariæ de exprimendo valore in impetratione Beneficiorum, videndus est Gomesius. *t*

a in Congreg.13 quæ sacra Consulta appellatur.
b de Offic. DD. Cardinalium in electione Pontificis, & Sede vacante, cap.13.
c tract. de pens. q.59. n.11.
d in l.26. C. de donat. inter vir. & vxor.
e cons. 498. per tot.
f loco cit. n.10.
g decis.171.
h cons.245. nu:6 & ferè per tot.
i in reg. Canc. 67.
K tract. de pension. q.9. nu 13.
l de commiss. par. 1. cap. 11. nu.13.
m d.cons.498.
n in c. cum interperit, num.7. de offic. deleg. & aubi:
o in tract. de charit. subsid. q. 66.
p in 1. addit. ad cons. Rom. 498. in litera A.
q decis. 189. per tot:
r cons. 117. nu. 11. vers nisi essemus; vol.4.
f satyra 8.
t ad hanc reg. quæ hodie est 55. pag apud me 40.

PRI-

PRIVILEGIVM XXVII.

Occursus Cardinalis liberat ductos ad supplicium, A

SI ad supplicium ducto Cardinalis obuius fiat, & super caput damnati imponatur purpureus Pileus D. Cardinalis, a pœna mortis eximitur reus; ita scripserunt multi relati a Tiraquell. *a* & Carol. Cott. *b*

Quod quidem priuilegium antiquissimum esse, & paganorum quoque Pontificibus concessum, quorum occursus sæpe ad supplicium ductos seruabat, testis est Cuiacius. *e*

Verùm Iulius Clarus *d* post relatas multorum sententias, & auctoritates, dicit, se nunquam vidisse hoc in practica contigisse, sed si contingeret, putaret ipse, mitigandam esse pœnam mortis, & reum ad triremes transmittendum, & hoc in reuerentiam amplissimi Ordinis Dominorum Cardinalium, qui Regibus æquiparantur; & hoc verum, nisi crimen esset ex atrocissimis; & hanc quoque sententiam sequutus videtur Menochius, *e* dum ait; si Cardinali fiat obuius falsarius, non erit a pœna mortis liberandus, atrocissimum quippe est hoc delictum, & homicidio, ac veneficio grauius, vt Farinacius *f* probat. B

Verùm si iudex hoc priuilegio motus damnatum a morte liberauerit, non dicetur errasse, & in syndicatu excusandus erit, vt post alios, quos adducit, scribit Mastrillus. *g*

a de pœn. temper caus. 55. n. 2.
b in memorab. in verb. Cardinales gaudent.
c in paratitl. ad 2. lib. C. tit. 4. de Episcop. audien.
d in pract. crim. §. fin. q. 98. vers. vlterius quero.
e de arbitrar. iud. lib. 2. cas. 305. nu. 12.
f tract. de falsit. & simulat. q. 150 par. 1. nu. 12. & 17.
g de Magistr. lib. 6. cap. 10. nu. 85.

PRIVILEGIVM XXVIII.

Causarum cognitiones solus Pontifex Cardinalibus committit. C

SI cognitio alicuius causæ committenda sit S. R. E. Cardinali, supplex libellus, quem in Vrbe Commissionem vocant, à solo Pontifice signari solet, qui propter excellentiam Dignitatis Cardinalatus non apponit clausulam, *iustitiam faciat*, quemadmodum in alijs Commissionibus Prælatis dirigendis apponi solet; sed his tantùm verbis rescripti forma continetur: *de mandato Domini nostri Papæ audiat N. Cardinalis, & decidat*, ita Gomesius *h* restatur, & alia decem priuilegia Cardinalibus in causarum Commissionibus concessa refert; aliaquè multa congerit Marchesanus, *i* dum agit de Commissionibus causarum Eminentiss. Cardinalibus directis.

Huius priuilegij ratio desumenda videtur ex Aurelio Archadio Carisio Magistro libellorum, qui de officio Præfecti Prætorio hæc scribit. *k Creditur enim Princeps eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad huius Officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce Dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus* Et Cassiod. *l* de eodem Præfecto Pretorio sic ait. *Tribunal tuum ideo tam excelsum factum esse noueris, vt locatus ibi, nihil humile, abiectumquè cogites.* D

Verùm quia vbi causa commissa fuerit Cardinali, non alteri, quàm Cardinali cõmitti potest, quia, vt moderni loquuntur, causa semel effecta Cardinalitia, semper in eadem prærogatiua durat, Marchesano post alios teste; *m* si ergo sententia primi Cardinalis prouocatum fuerit, & a Summo Pontifice cognitio secundæ instantiæ alteri Cardinali commissa fuerit, hic non inhibet Cardinali a quo, sed illi suam rantummodò insinuat Commissionem; ita in sacro Rotæ Romanæ Tribunali decisum habes. *n* E

Sed quoniam Magistratus Dignitas ex grauitate causarum, circa quas illius cognitio versatur, potissimùm elucet, itaut alij dicantur maiores, qui de maioribus rebus, & magis arduis iudicant; alij minores, qui causas minores dirimunt, idest ciuiles vsque ad certam summam; alij denique minimi, qui viliora cognoscunt, & pedanei dicuntur iudices, vt latè, & luculentèr docet Garzias Mastrill. *o* Cardinales verò non alibi, quàm inter maiores collocandi sint, ideo sancitum habes a Martino V. *p* causas non excedentes summam ducatorum auri sexaginta Cardinalibus committendas non esse, & si repetiantur commissæ, inualida, & nullius erit.

h tract. Commiss par. 1. cap. 11. per tot.
i tract. Commiss. par. 1. cap. 11. per tot.
K in l. vnica. §. credidit. ff. de off. Præf. Prætor.
l in formul Præfecti Prætor. 3. lib. 6. var.
m in d. tract. commiss par. 1. cap. 11 n. 1.
n decis. 25. & 31. de dolo, & contum. in antiq.
o de magistr. lib. 5. cap. 1. num. 3. & seq.
p in Constit. 5. §. 29. Bull. nou. tom. 1. pag. 257.

erit roboris hæc Commissio; licèt alia reddatur ibi ratio, nempe vt laboribus, & expensis parcatur.

Sciendum quoque est, si committatur causa Cardinali, quæ prius alicui ex Rotæ Romanæ Auditoribus commissa fuerat, & huiusmodi Commissio ad ipsius Auditoris
A notitiam absque alia inhibitione deducta sit, non poterit Auditor ob reuerentiam Cardinalis in causa vlterius procedere; licèt secus sit, si vnus Auditor alteri Auditori Commissionem sine inhibitione insinuet, quia nihilominus primus Auditor non adhuc inhibitus procedere potest; ita decisum habes ab ijsdem Rotæ Romanæ Auditoribus, *a* & scribit etiam Gomesius. *b*

PRIVILEGIVM XXIX.

Cardinalis assertioni standum esse in causis sibi commissis.

B

CArdinali asserenti, à Papa sibi aliquid commissum creditur plenè, etiamsi literas suæ commissionis non ostendat; ita Farinacius, *c* qui de communi scribentium sententia restatur; & licèt de Cardinali Legato præcipuè loquatur, cum tamen afferat, hanc conclusionem habere etiam locum in quolibet alio excelso noto, & probato viro, ex Romano, *d* & Mandosio, *e* alijsq; multis, vtique etiam de alijs Cardinalibus dicendum erit, itaut illis credendum sit in ijs, quæ per partes coram ipsis gestum fuerit, Antonio Gabrielio teste. *f* Licèt hoc potius de consuetudine Romanæ Curiæ, quàm ex dispositione iuris procedat, vt Ancharanus *g* scribit, & nos diximus supra in 5. priuilegio: quæ quidem con-
C suetudo huic fortasse nititur fundamento, quia non præsumitur mentiri Cardinalis afferens aliquid etiam in præiudicium tertij, Papa præsente in loco, vbi tale quid asserit, & hoc certè verificatur in Romana Curia, vbi facilè ad ipsum Papam recurri potest; ita Farinacius, *h* & alij per eum relati. Et licèt ex multorum sententia admittamus, Cardinali non esse credendum in præiudicium tertij, negari tamen non potest, quin plus illi, quàm alteri testi credatur, quia plus creditur duobus Cardinalibus, quàm pluribus alijs septuaginta testibus: Mascardus *i* hoc notat, & post eum Farinacius. *k*

Insuper sciendum est, permissum esse DD. Cardinalibus absque alia licentia committere Auditoribus suis terminorum obseruantiam in causis sibi commissis, quod in alijs Prælatis sine speciali licentia Papæ non procedit, Aegidio Bellamera teste,
D *l* quem refert, & sequitur Gomesius. *m*

a decis 25. de dol. & contum. in antiq.
b in reg. vtriusque Signat. comp. vers. quintum singulare priuileg. pa apud me 159. à tergo.
c tract. de testib. de opposit. contra person q. 63. cap. 2. nu 1. & seq.
d cons. 59. nu. 6. vers. in contrarium
e ad hoc Romani cons litera K.
f lib. 1. tit. de probat. conclus. 3. num 6.
g in Clem. 1. nu. 3. in fin. de probat.
h d. q. 63. nu. 57 & seqq.
i lib. 1. conclus. 270. nu. 2. de probat.
K loco cit. nu. 73
l decis. 43. vers. circa verò.
m in vtriusque Signat. compend. vers. quartum speciale priuilegium, pag. 159.

PRIVILEGIVM XXX.

Cardinales non citantur per edictum; nec inhibetur illis sub Censuris,

SI committenda sit causa contra Cardinalem, non apponitur in Commissione facultas iudici commissario citandi per edictum &c. etiamsi ratione alicuius Dominij, siue Castri contra Cardinalem agatur; ita Marchesanus *n* obseruat. Neque Eminentiss. Cardinalibus sub Censuris inhibendum esse dixit Rota
E Romana. *o*

At si in iudicio inter Cardinalem, & alium non Cardinalem intentato pares pro vtraque parte rationes iudici videantur, solet Rota in dubio ad Cardinalis fauorem pronunciare sententiam; Gomesius, *p* qui se ita vidisse seruatum affirmat in causa Mediolanensi pro Cardinali Triuultio, & in alia etiam Mediolanensi pro Cardinali Cæsarino; adducitque etiam in testem Simonettam, dicentem, ita quoque antiquis temporibus seruatum fuisse.

n in pract. Signat par. 1. cap. 5. nu. 150.
o decis. 25. & 38 de dolo, & contum. in antiq.
p in d. compend. vtriusque Signat. vers. decimum priuilegium, pag. apud me 160.

PRIVI-

PRIVILEGIVM XXXI.

Cardinalis quocumque crimine inculpatus per procuratorem auditur. A

QVamuis hæreticæ prauitatis Inquisitores cogere possint quascumque egregias personas, vt coram eis se sistant, & in causa Religionis testimonium perhibeant, hoc enim iudicum auctoritati, & honori, Fideique fauori debetur, vt Iacobus Simanca *a* testatur; Cardinalis tamen de hæresi, aut schismate accusatus potest per procuratorem in iudicio audiri: post Barbatiam *b* ita scribit Manfredus, *c* & innuere videtur Farinacius, *d* dum ait, illustres viros, moniales, & alias honestas personas non esse de facili in iudicium ab Inquisitoribus trahendas, sed iudices ad eas ire, vel alios mittere debent.

Verùm etiam Cardinales de crimine hæresis inculpatos, ad personalitèr in iudicio comparendum teneri, colligitur ex Pij IV. Sanctione, *e* in qua quidem legitur, Odettum Cardinalem inquisitum in Vgonottorum hæresim prolapsum fuisse, ad personalitèr in sacro Inquisitionis iudicio comparendum, cui ab eodem Pontifice Pio IV. causa commissa erat, pulsatum fuisse: videnda est Constitutio hæc; hinc enim formam seruandam in depositione, seu priuatione Cardinalis colliges. B

Si tamen opinio Farinac. & aliorum sustinenda erit, quod in facti contingentia (si fama vera retulit) annis nonnullis iam elapsis seruatum fuerit, referamus: fuerunt enim cuidam Cardinali notæ quædam hæresim sapientes iniunctæ, huic propria domo loco carceris assignata, vt delati criminis ex ore proprio veritas eliceretur, sacræ Inquisitionis iudices ad illum accedebant, quod etiam aliàs in similibus causis factum fuisse narrant. De Odetto autem Cardinali si quis plura cognoscere cupiat, Ciaconium, & illi addentes legat in vita Clementis VII. ab hoc enim Pontifice 7. Idus Nouembris 1533 in octaua creatione sacra Purpura donatus fuit, quam vnà cum nobilissima familia de Castiglione hæretica labe denigrauit; de illo etiam loquuntur Io. Anton. Gabut. *f* & alij historici passim, C

a in. Enchirid. iud. viol. relig. de testib. tit. 35. num. 7.
b de præstant. Card. q. 2. principal. nu. 9.
c decis. 181. & 182.
d tract. de hæres. q. 188. §. 1. n. 21. vers. vbi quòd illustres.
e in Bullar. nou. tom. 2. Const. 66. pag. 95.
f in vita Pij V. lib. 2. cap. 4.

PRIVILEGIVM XXXII.

De successione feudi Cardinalibus non prohibita.

IVra prohibentia clericis successionem feudorum non comprehendere Cardinales scribunt Iason. *g* Menochius, *h* & alij ab eo telati; Iason autem consultus in causa successionis feudi, vertente inter Cameram Apostolicam, & D. Cardinalem de Farnesio (qui ni fallor, fuit postea Summus Pontifex Paulus III. appellatus; nam ipse Iason sub anno 1519. Mense Aprili hominem exuit, quo tempore solus hic ex Gente Farnesia Cardinalis erat) ita respondit. D

Et priuilegium hoc multò magis militare dicitur, quando feudum sit ecclesiasticum, vt in casu suæ consultationis; rationes enim, ex quibus excluduntur personæ ecclesiasticæ à feudo laicali, quia scilicet factus miles Cœlestis desit esse miles seculi. *i* & quia nemo militans Deo implicet se negocijs secularibus, *k* nô vindicant sibi locum in feudo ecclesiastico; non enim propter feuda ecclesiastica efficitur quis miles seculi, sed durat adhuc miles Ecclesiæ, & possunt impendere seruitia feudalia, secundùm earum qualitatem, & conditionem. Adde, etiam in feudo laicali, si feudatarius efficiatur Episcopus, non tamen perdit feudum, quod habebat ab Imperatore, quia licèt sit factus miles Christi, non tamen desinit esse miles seculi; licèt alitèr dicendum sit, si fiat Monachus, vel Conuersus Monasterij, vt est textus, & notant Scribentes. *l* Et promotus ad Episcopatum retinet etiam patrimonialia, vt Gregorius IX. Antonio Subdiacono rescripsit, *m* ergo etiam feudum à patre profectum; & hoc indistinctè verum putatur, quando inuestitura sit pro hæredibus, & successoribus, vel pro descendentibus, & succesoribus, quo casu nunquam censetur electa industria personæ, & vasallus, quàmuis Clericus, vel aliàs inhabilis, poterit E

seruire

g cons. 117. per tot. vol. 4.
h cons. 54. nu. 2. & 29.
i in c. 1. de vasal. milit. qui arma bell. depon.
k in c. 1. & toto tit. ne cler. vel monac.
l in d. c. vnic. de vasall milit. qui arm. bell. dep
m in c. 1. de testam.

seruire per substitutum, vt ex opinione Cyni, & Baldi *a* scribit Iason. *b*

Verùm si Episcopus, vel Cardinalis ex natura feudi, & forma inuestituræ tenetur seruire Domino temporali, & laico per se ipsos, tunc cessaret priuilegium, nec daretur successio in feudo, quia repugnaret Statui Cardinalatus, Manfredo teste *c* Secus autem, si posset seruire per substitutum, vt diximus; ita Menochius *d* scribit post Martinum Laudensem, *e* & ad rem conferunt, quæ dicemus

A infra in sequenti priuilegio.

Verùm quod diximus, Monachum esse omnino incapacem succedendi in feudo, declara ex doctrina Baldi, *f* nisi Monachus ex dispensatione Papæ factus sit Comes, & feudum aperiatur sibi, postquam recepit gratiam à Papa; nam Baldus hoc casu indubitantèr tenet, Monachum succedere.

a in l quisquis, la prima, C de Episc. & cleric.
b d. cons. 117. n. 12. & seq.
c decis. 130.
d cons. 202. nu. 124. & 125.
e de feud. lib. 3. tit. 4 §. qui clericus efficitur, n. 2.
f cons 275. nu 7 vol. 2.

PRIVILEGIVM XXXIII.

B *De retentione Beneficiorum post promotionem ad Cardinalatum.*

Promoti ad Cardinalatus Dignitatem priora Beneficia huic Dignitati non repugnantia retinent, vt notant Abbas, *g* & Butrius. *h* Et neque Episcopos, seu Archiepiscopos ad sacram Purpuram promotos Episcopalem, seu Archiepiscopalem Dignitatem amittere, Martin. Laudens. *i* ex pluribus, etiam ad contraria respondendo, nititur probare, asserens ita seruatum fuisse suo tempore in Cardinali S. Crucis, qui Episcopatum Senensem retinuit, & in Archiepiscopo Mediolanensi, qui tunc erat Cardinalis; prout etiam postea multi fuerunt & sanctitate illustres,

C & miraculis clari, vt de S. Carolo Borromæo tit S. Praxedis Presbytero Card. & à Paulo V in albo Sanctorum relato, monumenta adhuc recentia demonstrant; nos quoque intra spatium triginta, & amplius annorum, quo Romana versati sumus in Aula, oculata testamur fide, vidisse quamplures Episcopales Ecclesias, quibus antea fuerant præpositi, etiam in Eminentiss. Senatum cooptatos postea retinuisse, & nunc retinere; qua in re consulendus est Manfredus. K

g in c. Ecclesia vestra, il 2. nu. 3. vers aut habebat de elect.
h ibid nu 16.
i de Cardin. in 2 par. q. 41.
K decis. 150.

Imò nec alia ecclesiastica Officia, vt Prothonotariatus, & similia, per promotionem ad Episcopatum vacare, voluit Rota Romana apud Achillem de Grassis; *l* faciunt, quæ congerit conciuis, & consanguineus meus Mutius Cartharius, *m* dicens, hoc verum de iure, secus de consuetudine.

Verùm priuilegium hoc (si vnquam ad Cardinalatum promoti habuerunt, nam

D multi negant) Sixti V. Constitutione *n* sublatum est; cautum enim habes, vacare omnes Ecclesias, & ecclesiastica Beneficia eorum, qui inter S. R. E. Senatores cooptati fuerint: quod etiam antea adnotarat Barthol. Caranza, *o* & colligi potest ex verbis Cæremonialis Romani, *p* quæ habent, Episcopos ad Cardinalatum promotos, à vinculo, quo suis Ecclesijs tenebantur, absolutos esse, ibique redditur ratio; quia scilicet Cardinalis ex officio tenetur in Romana Curia manere, Episcopus verò in Ecclesia sibi commissa; ne igitur quis ad duo incompatibilia assumatur, necessariò venit Episcopus absoluendus à vinculo residendi in Ecclesia Episcopali: quod etiam antea monumentis consignauerat Abbas Panormitanus *q*

Quod autem diximus, multos ex DD. Cardinalibus retinere Ecclesias, quas antea habebant, hoc non prouenit eò quia non vacent per promotionem, sed quia Summus Pontifex cum illis dispensat in retentione, & per Apostolicas literas decer-

E nit, Ecclesias, & Beneficia non vacare, vt in eodem Cæremoniali Romano, *r* & apertiùs in præcitata Sixti V. Sanctione *s* legitur; ex cuius etiam dispositione illarum scilicet Ecclesiarum, & Beneficiorum censetur concessa retentio Cardinalibus, quæ Cardinalatus Dignitati non repugnant. Dicuntur autem repugnare Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & si quæ sint alia Beneficia, quæ obtinentes in Choro residere, & post Episcopum locum habere tenentur, Cardinalatus Dignitati minimè conuenientem *t*

Sed probatur etiam conclusio, vacare scilicet Beneficia promoti ad Episcopatum, & ad expeditionem literarum Apostolicarum teneri, si cum eo super reten-

l decis. 1. aliàs 36. de elect.
m in tract. aliud de iur aliud de consuet. lib. 1. cap 4. cas. 0 per tot.
n Constit. 79. Bull nou. tom. 2. pag. 627.
o in tract. de resid. Episc cap 8 vers pr terea alia etiam.
p sect. 8. cap 3.
q in c Ecclesia vestra, il 2. nu. 3. vers. & hoc intell ge. de elect.
r d. sect. 8. cap. 14.
s Const. 79.
t d. Constit. 79. §. 1.

a reg. 31. b Const. 8. Bull. nou. tom. 1. pag. 471. c decis. 319 par. 1. d in c. Ecclesia vestra, nu. 16 de election.

tione Summus Pontifex dispensauerit, ex regula Cancellariæ Apostolicæ, *a* à Clemente Octauo edita; *b* & obseruauit quoque Rota Romana apud Puteum, *c* dum ait, regulam hanc non militare in permutationibus Episcopatuum.

Verùm ne potius non destruxisse, quàm firmasse hoc priuilegium dicatur, sciendum est, ex consuetudine Summos Pontifices per suas literas Apostolicas regulatitèr cum promoto dispensare, quatenus Beneficia, & Ecclesias Dignitati Cardinalatus non repugnantes retineant, vt in præcitatis Cæremoniali Romano, & Sixti V. Sanctione; quod etiam voluisse videtur Antonius de Butrio, *d* licèt restringat dispositionem ad Presbyteros, & Diaconos Cardinales, qui sua Beneficia de consuetudine retinent, vt ipse asserit; & in hoc militare priuilegium, nulli dubium esse videtur. A

PRIVILEGIVM XXXIV.

De collatione Ordinum in aliena Diœcesi Cardinalibus Episcopis permissa. B

e sess. 6. cap. 5. de reformat. f Concil. 3. cap. 20. & 21. g in c. 37. & seq. 7. q. 1.

Sancitum est in oecumenica Tridentina Synodo, *e* nulli Episcopo cuiusuis priuilegij prætextu licitum esse in alterius Diœcesi Pontificalia exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi. Quod etiam antea in Concilio Carthaginensi *f* decisum habes, à Gratiano *g* relat. in hæc verba. *Placuit, vt à nullo Episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in Diœcesi Collegam suum &c.* Exinde aliam Anacleti Sanctionem referens, hæc scribit. *Episcopus in Diœcesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda Altaria irruere non debet; quod si fecerit, amotis his, quos ordinauit, Altaris tamen consecratione manente, transgressor Canonum vno anno à Missarum celebratione cessabit &c.* C

Et hanc prohibitionem sacra Congregatio Concilij Tridentini interpres etiam ad Abbatias, quæ nullius Diœceseos existant, extendendam putauit, itaut Episcopus vicinior non possit ibi Sacramentum Confirmationis conferre, nec Pontificalia exercere absque Abbatis expressa licentia, sed esse in facultate ipsius Abbatis conuocare quem maluerit catholicum Antistitem.

h Const. 86. Bullar. nou. tom. 2. pag. 471.

Quibus tamen prohibitionibus non obstantibus, permissum est S. R. E. Cardinalibus ad Heremum Camaldulensem accedentibus, si sint Episcopi, Fratribus dicti Heremi ab eorum Maiore probatis, etiam non seruatis interstitijs, sacros Ordines conferre, ex Gregorij XIII. permissione. *h* D

E

PRIVI-

PRIVILEGIVM XXXV.

Vnus Cardinalium honori sacro Collegio concesso renunciare non potest.

A HAbes trigesimum quintum priuilegium, quod totum Corpus Purpuratorum Patrum respicit; vnus enim Cardinalium non potest renunciare honori, ne scilicet nomē eius in literis exprimatur, nec eius requiratur consensus in collatione Beneficiorum vacantium per obitum sui familiaris; sic a Rota Romana, Bellamera referente *a* decisum habes, à Gomesio *b* relat. Nec etiam posse in præsentia Cœtus Cardinalium vnum ex eis voci suæ, seu maius suffragio in electione Põtificis dando renunciare, scribit Laudensis, *c* reddens rationem, quia ius eligendi Papam est ius publicum; Hostiensis *d* verò ius Diuinum, & publicum esse affirmat; nam in quantum Papatus summus Magistratus est, in tantum ius eligendi, per quod creatur Papa, summè publicum est, ius autem publicum pacto priuatorum immutari nō potest, nec etiam renunciari; ita Hostiensis, addens, *e* hoc ius eligendi Papam corporale esse, inhærens Cardinalatui, itaut ad nullum alium, quàm ad Cardinalem pertineat, nec deuolui possit, itaut etiam post renunciationem eligere valeat; Manfredus. *f*
B nec posse Cardinalem ius suum à se abdicare sine consensu Summi Pontificis, dixit etiam Rota Romana, *g* Paleotto referente.

a decis. 631. n. 3. *b* in reg Cancel. de impetr. benef. vacan. per obit. fam. Card. q 27. pag. apud me 231. *c* de Card par 2 conclus. 36. *d* in c. nisi cum pridem, 10. nu. 34 de renunciat. *e* ibi nu. 35. *f* decis 263. *g* decis. 358. n. 3. diuersor. par. 3, lib. 3.

PRIVILEGIVM XXXVI.

Quæ clausula in Commissionibus causarum apposita Cardinales non comprehendant.

IN Commissionibus causarum iudici faciendis necessariò apponitur facultas citandi, & inhibendi, nam si deficiat, & causa in Curia commissa reperiatur, non po-
C terit iudex commissarius extra Curiam citare, neque inhibere iudici à quo, Mandosio teste, *b* qui ita sapientes rescripta concipere dicit, & de stylo Curiæ esse, vt in Commissione dicatur, *cum potestate citandi, & inhibendi tam in Curia, quàm extra eam in partibus &c.* & post Mandosium hoc idem scribit Marchesanus *i* Verùm ista non procedere in Cardinalibus, quibus ob reuerentiam nec Rotæ Auditores, nec alij Iudices inhibent, idem Mandosius, *k* & Lancell *l* affirmant; nisi tamen in Cōmissione expressum sit, *etiamsi Cardinalatus Dignitate præfulgeat*, vt innuit Archidiaconus, *m* & magis apertè inquitur Marchesanus, *n* qui huius conclusionis rationem reddens, sic ait, clausulam scilicet, *omnesquè alios citandi, & inhibendi &c* neque Eminentiss. Cardinales, neque Episcopos, neque Principes comprehendere, & ad hoc vt comprehendantur, addendum est, *quacumque dignitate, preeminentia*
D *preditos, cuiusuis status, gradus, & conditionis existant, & præfulgeant, etiamsi Cardinalatus, Episcopalis, Archiepiscopalis, Patriarchalis, aut cuiusuis alterius Dignitatis sit &c.* quia inquam supradicta clausula vires suas non extendit contra speciali nota dignos, & particulari priuilegio suffultos; quod ab Innocentio III. sancitum habes, *o* ibi, *digniores sub generali clausula non intelligantur inclusi &c.*

b tract de inhib. q. 3 nu. 2. *i* tract. commiss. par. 1. cap. 5. nu. 102. *K* d. tract. q 4 nu 13. & 14. *l* de attentat post inhibit. in præfat. q. 3. cui inhibeatur, nu. 95. in 1. limit. *m* c. quamis, in prin. ad intellectū illius t. de off. ordin. in 6 *n* loco supra cit. nu. 105. *o* c. Sedes Apost. de rescript.

PRIVILEGIVM XXXVII.

De scripturis à Cardinalibus in Conclaui receptis.

E HAbemus in Gregorij X. Sanctione *p* super electione Summi Pontificis, & forma in ea seruanda, nulli permittendum esse aditum ad Cardinales in Conclaui existentes, vel facultatem cum eis secretè loquendi: nec ipsi Cardinales aliquos ad se venientes admittere debent, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro his tantùm, quæ ad electionis instantis negocium pertinent, vocarentur; nulli etiam fas est, ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam: qui verò contrafecerit, scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secretò loquendo, ipso facto excommunicationis sententiā incurrit &c. vbi glossat. *q* notandum admonet, hunc Canonem latæ sententiæ excōmunicationem continere. Verùm hac pœna, & huius Canonis dispositione non ligari Cardinales colloquentes, vel scripturam recipientes, Card. Toletus *r* scripsit.

p c. vbi periculū, §. hoc sacro, vers. nulli ad eosdem, de elect. in 6. *q* in verb. incurrat. *r* in summa. seu instruct Sacerd. lib. 1. cap. 38 nu 1.

PRIVILEGIVM XXXVIII.

Cardinalis Legatus, vel alius si in Legatione, vel alibi moriatur, sumptibus cuius sit parentandus, & in quo loco.

A

Cardinalis Legatus si in loco suæ Legationis diem clauserit extremum, eius funus a Prælatis Prouinciæ, in qua constitutus erat Legatus, curandum erit, ita Petrus de Perus. *a* quem refert Decius; *b* & Iulius Lauorius, *c* qui hanc conclusionem, seu priuilegium declarat, non habere locum, quando Cardinalis Legatus haberet redditus sui officij, vel bonorum suorum.

Cardinalis verò, qui non fuerat Legatus, sed habebat Ecclesias, & Dignitates, sumptibus Ecclesiæ, & Dignitatum supremum sepulturæ honorem reportabit; ita Petrus de Vbald. & Decius locis citatis, reddentes rationem, Ecclesias scilicet, & Dignitates, quas Cardinalis habebat, teneri contribuere in expensas funeris, quia talis Cardinalis gerit curam omnium Ecclesiarum suarum, & ideo conuenit, vt tales Ecclesiæ onera supportent; addit quoque Decius ibi, successor in Beneficio tenetur soluere æs alienum contractum pro necessitate corporali Prælati defuncti, & ideo tenetur ad expensas, & debita contracta tempore infirmitatis, ac funeris, quia hæc respiciunt corpus defuncti, vt est Marcelli I.C. responsum. *d* Verùm Abbas Panormitanus *e* optimè, vt mea fert opinio, hanc rem distinxit: quædam, inquit, sunt impensæ, quæ in remedium animæ defuncti fiunt, vt in clericis confluentibus ad officium sepulturæ, & sacra facienda, & hæ ad Ecclesiam pertinent; aliæ verò impensæ, quæ fiunt, & tendunt ad viuorum consanguineorum, & amicorum solatium, vt est apparatus funeris, pretiosa exequiarum pompa, constructio sepulturæ, & quòd multi induantur luctuosis vestibus, & subministratio alimentorum per quadraginta dies post obitum Cardinalis suis familiaribus, hę quidem ad hæredes patrimonij ipsius Cardinalis pertinent: hæc Panormitanus, & Decius locis supra relatis; & hanc rem latius quoque prosequuntur Io: Garzias, *f* Io. Bapt. Asinius, *g* & Decius, qui consuluit in funere Cardinalis Triuultij (ni fallor) Antonij nomine, qui Romæ mortuus est anno Christi 1508. Iulio II. sedente, & in Ecclesia S. Mariæ de Pôpulo quiescit cum hoc epitaphio.

B

C

a in tract. de quart. canon. in 2. par. princip. cap. 13. prin q. 2. vers. quæritur de Cardinalibus.
b cons. 157. nu. 1 lib. 1.
c de prisc. recen. fun. mor. tit. 2. cap 15 nu. 31.
d in l. 37 funeris sumptus, ff. de relig. & sumpt. fun.
e in q. 3. incip. Sempronius clericus.
f tract. de expens. cap. 8. nu. 15. & seqq.
g in com. ad l. 15 nu. 4. ff. de relig. & sumpt. fun.

ANTONIO TRIVVLTIO MEDIOLANENSI
SVMMAE NOBILITATIS INTEGRITATISQ. VIRO
AC S. R. E. PRESB. CARD. COMENSI
QVI VIXIT ANNOS LI. MENS. II.
OBIIT XV. KAL. APRILIS MDVIII.
IVLIO II. PONT. MAX.

D

Decius autem hoc tempore viuebat, nam Senis 12. die mensis Octobris anno 1535 diem clausit, cuius postea corpus Pisas ad monumentum, quod sibi viuens curauerat, translatum est, Io. Fichardo *h* teste, apud quem ipsius Decij epitaphium videre poteris.

At si Cardinalis nec bona, nec hæredem, nec Ecclesiam habuerit, tunc Camera Apostolica funus curare debet, vt Iacobatius scribit relatus à Manfredo. *i*

E

Et idem quoque dicendum erit, si in bonis Cardinalis defuncti Camera Apostolica succedat (quod spolium vocant) tunc enim Camera prædicta nedum funeris impensas curabit, sed etiam creditoribus defuncti satisfaciet; ita Decius, *K* qui loquitur in Papa accipiente bona Cardinalium defunctorum, itaut illa accipiat cum oneribus prædictis; & dum hæc scribebam, ita seruatum audiui in spolio Patriarchæ Constantinopolitani, qui & Archiepiscopus Beneuentanus erat, & quoniam extra suã residentiam diem clausit, Camera Apostolica in bonis successit, sumptusquè funeris curauit.

h in vitis recen. Iurisconsult.
i decis 370.
K d. cons. 157. nu 2, vol. 1.

Verùm

Verùm si Cardinalis absque electione sepulturæ decedat,quæsitum est,vbinam sit sepeliendus? Aliqui dixerunt in Basilica Lateranensi, si in Curia,in Suburbio, aut Villa moriatur; huius opinionis est Iulius Lauorius. *a* Cui quidem sententiæ penitus non acquiesco, sed magis puto sepeliendos in Ecclesijs,ad quas intitulati erant, ibi enim ex iam dictis *b* iura Episcopalia habent, Episcopi verò in eorum Ecclesijs
A Cathedralibus, vbi Pontificalia exercent, tumulandi sunt,nam ibi censentur habere domicilium, ex Concilio Tridentino. *c* Nec facit Bonifacij Octaui Sanctio *d* à Lauorio, vt suam tueatur sententiam,adducta, quia cum hæc de priuatis viris loquatur, Cardinales veluti speciali nota dignos non comprehendit. *e* Sicut etiam non obstat, si dicatur, Cardinales in Romana Curia residentes vniuersalis Ecclesiæ vna cum Summo Pontifice curam gerere, & Lateranensem Ecclesiam Vrbis,& Orbis primariam appellari,ergo Cardinales sepeliendos esse in illa Ecclesia, cuius contemplatione in Vrbe domicilium habere dicuntur,sicut in Episcopis dictum est: quia si vera esset hæc argumentatio, etiam Papa ibi tumulandus esset, & nihilominus videmus (nisi alibi electa fuerit ab ipsis Pontificibus sepultura) in Basilica Principis Apostolorum sepeliri, quæ quidem Basilica adeo in hoc priuilegiata est, vt sola Ro-
B manorum Pontificum cadauera recipiat,nec etiam ipsos Cardinales admittat, quod multis ab hinc annis obseruatum affirmant: & scribit Lauorius, *f* ex hoc amisisse legatum non paruæ summæ hanc Basilicam, tanquam factum à quodam nobili sub hac conditione, vt in ea sepeliretur,quę tamen conditio adimpleri non potuit, cum etiam Canonici eiusdem Basilicæ non in Ecclesia, sed in Sacristia tumulentur. Denique sicuti Summus Pontifex si extra Vrbem moriatur, in Cathedrali illius loci sepeliendus erit, ita quoque dicendum erit in Cardinalibus, dummodo à Dignitate non fuerint depositi, vel renunciauerint, tunc enim in Parochia sepulchrum habebunt, ex eodem Iulio Lauorio. *g*

De ordine verò,& forma seruanda in sepeliẽdis Cardinalibus,tam in Curia,quàm extra eam decedentibus, habes præter tradita in Cæremoniali Romano, *h* sacræ
C Rituum Congregationis Decretum, *i* & à Iulio Lauorio *k* relatum.

a de prisc. recẽt. more funer. tit. 2. cap. 11. n. 47.
b priuil. 14.
c sess 23. cap 1. de reformat.
d in c is qui, de sepult. in 6.
e sup. in priu 27
f de prisc. recent. funer. mor. tit. 2. cap. 11. nu 41.
g loco cit. nu 48
h lib. 1. sect. 15. cap. 1. & lib. 2. sect. 2. cap. 35.
i die 5. Maij 1600. Clemente VIII. sedente.
K de prisc. recen. fun. mor. tit. 2. cap. 1. nu. 218.

PRIVILEGIVM XXXIX.

Memoriæ, & famæ Cardinalium mortuorum à Summis Pontificibus consultum.

CArdinalium defunctorum memoriæ, & Dignitati Summi Pontifices consulendũ esse putarunt; nec immeritò quidem, ad ipsos namquè pertinet Romanæ Ec-
D clesiæ decus, quod præcipuè in Cardinalibus eius filijs primogenitis conspicitur, & admiratur, totis viribus defendere, & illibatum seruare, vt notatur, & legitur in Bonifacij VIII. Sanctione; *l* & honorem viuo debitum etiam post mortem exhibendum probat Chassan. *m* Cum autem re compertum esset, familiares Cardinalium, præsertim vilioribus seruitijs addictos, peraphrenarios scilicet, credẽtiarios, coquos, stabuli magistros, & alios huiuscemodi, & ita vulgaritèr nuncupatos, tanquam vultures ad rapinam inhiantes, itaut adagium illud, *si vultur es, expecta cadauer*, in hos potissimùm verificetur, sequuta morte Cardinalis, cuius familiares, & inseruientes erant, in illius non modicum dignitatis, & memoriæ detrimentum, assertæ consuetudini, & priuilegijs inhærentes, bona sub eorum custodia, & in eorum ministerijs teneri solita, inuitis hæredibus retinere, vel potius vsurpare consueuisse, & vt Alcia-
E tus *n* ait

Patroclum falsis rapiunt hunc Troes in armis,
Hic socij, atque omnis turba pelasga vetat.
Obtinet exuuias Hector, Græcique cadauer,
Hæc fabella agitur, cum vir opimus obit,
Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,
Et coruis aliquid, vulturibusquè sinit.

Quibus malis vt Sanctiss. Pontifex Pius V. occurreret, modum, & ordinem procedẽdi in bonis Cardinalis defuncti præscripsit, vt abusus, & præiudicia tollerentur; vtquè

l c. Felicis, vers. qui enim locus, de pœn. in 6.
m in cath. glor. mund. par. 1 con. sid. 74.
n lib. 2. emblem. 83.

vtquè Cardinalium mortuorum dignitas illibata remaneat, perpetuò valitura Constitutione *a* sancivit.

Siquidem primo loco veritum est antedictis familiaribus bona apud eos in eorum ministerijs retineri solita occupare, sed illa statim Cardinalium hæredibus consignare tenëantur, consuetudinibus,& priuilegijs quibuscumque nõ obstantibus. §.1.

Secundo loco disponitur, vt annulus Cardinalitius nuncupatus, & ornamenta Capellæ Cameræ Apostolicæ Commissario consignentur; cuius quidem annuli valor quingentis Cameræ ducatis æstimatur, & in assumptione ad Cardinalatus Dignitatem digito Candidati per Summum Pontificem, vt diximus, imponitur; sequuta verò Cardinalis morte, non annulus, sed valor Cameræ Apostolicæ debetur ex Iulij III. Sanctione; *b* & ideo Commissario eiusdem Cameræ consignandus edicitur: licèt hodie prædictus annuli valor non amplius Cameræ Apostolicæ, sed Congregationi de Propaganda Fide, à Gregorio XV. erectæ,eodem Pontifice ita mandante, non expectata Cardinalis morte, persoluitur. Ornamenta verò Capellæ ideo Commissario Cameræ consignanda sunt,vt pauperibus scilicet Prælatis ad Romanam Curiam pro tempore confluentibus,& paramenta (vt vocant) ecclesiastica, cum quibus in Processionibus,alijsquè Solemnitatibus per Romanos Pontifices fieri solitis, incedere possint, non habentibus, subueniatur, vt latius in d.Iulij III. Constitutione. B

Tertio loco satisfaciendum est illis,qui pro vsu Cardinalis, & familiæ res cibarias dederunt, quod etiam à Sixto V. sancitum habes, *c* in ijs præsertim, quæ pistores tangunt: sed cum hoc nomen, cibaria, nedum panem, sed alia quoque alimenta comprehendat, ad tradita per Surdum, *d* & multis gaudere priuilegijs scripserunt Doctores, signantèr Bartolus, *e* & Alexander, *f* ideo magis latè patet Pij V. Sanctio de cibarijs loquens, quàm illa Sixti ad pistores tantùm restricta.

Quarto loco veniunt, qui res vestiarias ad vsum corporis ipsorum Cardinalium (non tamen ad ornatum, & pompam) necessarias subministrarunt; & redditur ibi ratio, quia creditores ex huiusmodi causis vt plurimùm sunt pauperes,vel mercatores,qui pro illis aduehendis innumera subeunt pericula, & sine illis Cardinales eorũ Dignitatis statum vsque ab obitum substinere minimè potuissent,& requisiti vtique verisimilitèr omnem honestam obligationem etiam cum iuramento in forma Cameræ contraxissent. Et de prælatione miserabilium personarum in concursu creditorum habes etiam Pij V. Constitutionem. *g* Sed & res vestiarias ex dispositione iuris communis alimentorum nomine comprehensas esse testatur Surdus; *h* creditum igitur ex huiusmodi causa proueniens,non secus ac de cibarijs diximus, priuilegiatum erit; nec inutile erit ad hanc rem videre, quæ scribit Garzias, *i* licèt ipse loquatur in vestiarijs pro funebri pompa factis. C

Quinto loco est causa mercenariorum, quibus certa merces constituta appareat; etenim si constituta non fuerit, non debetur, vt dixit Rota Romana apud Seraphinum; *K* cum igitur hoc etiam iure communi cautum sit, inanis, & otiosa videtur dispositio huius Constitutionis. Verùm Cherubinus iunior *l* contrarium affirmat, quia eius vires porrigit in familiares, qui essent soliti locare operas suas,& dominus conducere, hoc enim casu ex generali Vrbis consuetudine salarium etiam non conuentum debetur actione locati,ex Rotæ Romanæ decisione; *m* & ita consulti responderunt etiam Alexander, *n* & Socinus senior. *o* Cum igitur hęc Pij V. Sanctio quibuscumque contrarijs, consuetudinibusquè deroget, prædicta Vrbis, & aliorum forsan locorum consuetudo attendenda non erit, sed simplicitèr dicendum, salarium non conue ntum non deberi. D

Huius denique Constitutionis, & eorum in ea contentorum Illustriss. D. Cameræ Apostolicæ generalis Auditor deputatus est executor; & hic seruata forma in ipsa Constitutione tradita, si quid præter ibi expressa emerserit, iuris communis dispositionem seruabit. Quomodo autem de iure communi procedendum sit in concursu creditorum, Andream Gail. *p* consule. Si verò vlterius ad subhastationem bonorum petentibus creditoribus deueniendum erit, Ioannes Baptista Asinius modum assignat. *q* E

Præterea quæsitum est, an aromatarij concurrant cum creditoribus, qui cibaria dederunt? & negatiuè respondendum esse idem Pius V. edixit: *r* quamuis quę postea Clemens VIII. *f* statuit, prædictis derogasse videantur;siquidem in hac Constitutione habes, aromatarios pro quibusuis pharmacis, & rebus medicinalibus vsque ad summam scutorum quinquaginta omnibus alijs etiam priuilegiatis præferendos

a Constit. 15. Bul.nou. tom.2. pag.154.

b Const 8. Bull. nou. tom.1. pag. 159.

c in Constit.36. §.7. Bullar.nou. tom.2. pag.536.
d tract.de alim. tit.4 q.1. nu.2.
e in l.Mela nu.5 vsque ad 12. ff. de alim.& cibar.
f cons 214. nu. 11. lib 6.

g Const 27. Bull. nou. tom.2. pag. 204.
h tract.de alim. eod.tit.4. q 2. per tot.
i tract.de expen. & melior. cap.8. num. 17. & seq.
K decis.65. nu. 1 in nou.
l ad hanc Bullã schol. 2.
m decis 559. nu. 2 par.1. diuer.
n cons.109. nu. 1 lib 6.
o cons. 195. per tot.

p pract. obseru. lib.2. obseru.25. per tot.
q tract. de execut §.6. cap 1.& per tot §.
r in Constit.15. Bullar. nou tom. 2 pag.195.
f Constit. 47. §. 10 & seq. Bull. nou. tom.3. pag. 63.

rendos esse, nec in discussionibus cum alijs creditoribus venire, moratoriasquè contra ipsos aromatarios nullam habere vim. Quæ quidem nec ratione carent, nam medicina adeo vtilis, & necessaria dicitur, vt sub nomine, & appellatione victus, & alimentorum contineatur, Tiraquello teste. *a* Et posse fiscum ab hærede tanquam ab indigno auocare hæreditatem, si medicum, & medicamenta non adhibuit de-
A functo, dum ægrotabat, Martinus Laudensis *b* affirmat, atque hoc idem scripserunt Tiraquell. *c* & Surdus. *d*

Quibus tamen non obstantibus, aromatarios non esse præferendos illis, qui cibaria dederunt, existimo. Primò quia, vt ipse Pius *e* ait, quæ ex officinis aromatariorũ ministrantur, non sunt ad vsum quotidianum necessaria; quam veritatem pluribus comprobat Tiraquell. *f* & vltra sexcentesimum annum Romanum Populum medicina caruisse, eamquè tandem expertam damnasse, testatur Plinius, *g* qui multa in huius artis detestationem refert; & Archades nullis medicaminibus vti, idem Plinius *h* scribit. Secundò quia non valet argumentum, Titio relicta sunt cibaria, ergo etiam medicamina, quàmuis ex iam dictis lato sumpto vocabulo, hæc sub alimentorum nomine contineantur; magis enim priuilegiata esse cibaria, quàm me-
B dicamina, Caius I.C. affirmat, *i* & probat Surdus; *k* nec obligatus ad cibandum medicinas subministrare tenetur, sicut sub legato victus non venit medicina, ob diuersitatem finis eorum; siquidem victus ad replendum, medicina ad euacuandũ dirigitur, Butrio teste, *l* & alijs à Surdo *m* relatis; qui quidem Surdus distinguendo procedit, itaut qui tenetur alere, teneatur etiam ad medicamina, qui verò cibaria tantùm ministrat, medicinas non præstabit.

Ad priuilegia verò aromatariorum à Clemente VIII. concessa respondetur, cum in ijs, qui cibaria dederunt, non exprimantur, non est præsumendum voluisse illis derogare; quia priuilegio confirmato, & habenti duplicem confirmationem, ex iure communi scilicet, & summorum Pontificum Sanctionibus, nunquam censetur derogatum, nisi fiat expressa mentio de confirmatione ab ipso derogare volente, vt consulti responderunt Alexander, *n* & Romanus. *o*
C Quæ verò de familiaribus Cardinalium dicta sunt, inseruientibus etiam alijs Romanæ Curiæ Prælatis adaptantur, & in eadem Pij V. Constitutione videre est.

Quod verò attinet ad salarij, & mercedis petitionem, & quanto tempore duret actio ista petendi, Pauli III. Sanctionem *p* lege; ex ea enim cognosces, intra annum à die obitus debitoris, & pro biennio tantùm, & non vltra peti posse.

PRIVILEGIVM XL.

De Cardinalium funere.

D QVod in aliorum funere diuerso modo, & iuxta cuiusque volũtatis, seu deuotionis affectum obseruatur, ex generali, & approbata Romanæ Curiæ cõsuetudine in Cardinalium parentatione quadragesimus dies assignatus cernitur. Refert enim Durandus, *q* quosdam ad tertiam diem, alios ad septimã, nonnullos ad nonã, rursus alios ad trigesimã, alios ad quadragesimã, quosdam ad quinquagesimã, non paucos ad sexagesimam, & plures ad centesimã diem funerandi solemnia protelasse; & hoc idem, multa etiam addendo, scribit Iulius Lauorius, *r* sed ante eum Polydorus Virgilius. *ſ* Verùm in Cardinalibus quadragesimam diem ex Romanæ Curiæ approbata consuetudine præfinitam esse diximus, & toto isto tempore familiares in Domo Cardinalis defuncti, vestibus induti lugubribus, eandem, quam Domino viuente, panis, & vini portionem in singulos recipiunt dies, vt etiam tyronibus in
E Aula Romana notissimum extat, & in Cæremoniali Romano *t* hæc leguntur. *Familia verò defuncti* (idest Cardinalis) *solet per quadraginta dies sustineri in eius domo: tandem vnicuique redditur aliquod præmium, vel secundùm taxationem à Domino factam, vel vt executores censuerint, habita ratione seruitij, temporis, & qualitatis:* hæc in Cæremoniali. Hunc verò quadragesimum dierum numerum ex veteri Testamento originem habuisse existimo; legimus enim in Genesi, *u* Iosephum præcepisse seruis suis, vt aromatibus conderent patrem, quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies, & additur; *iste quippe mos erat cadauerum conditorum*; pondero illa verba, *mos erat*, immediatè post

a tract. de nobil. cap 31 nu. 395.
b tract. de fisc. conclus. 42.
c loco cit. n. 398
d tract. de alim. tit. 4. q. 5 in prin.
e d. Constit loco cit.
f loco supra relato à nu 408. vsque ad 522.
g lib. 29. natur. histor. cap. 1.
h lib. 2. cap. 8.
i l. in reb §. possunt, ff. commod.
k tract de alim. tit. 4. q. 3.
l in c. si Episcop. num 7 de off. ordin. in 6.
m d tract. de alim. tit. 4. q. 5. nu. 11.
n conf. 30. nu. 1. & 2 lib. 5, & latiùs conf. 122. nu. 7 lib. 4.
o conf. 327. nu. 7 & ibi Mandos.
p Const 43. Bullar. non tom. 1 pag 681.
q in rational. Diuin. offic. lib. 7. cap. 35. à nu. 5. vsque ad 14
r de prisc recent. mor. funer. tit. 2. cap 15. à nu 72. vsque ad 103.
ſ de rer. inuent. lib 6. cap. 10.
t lib. 1. sect. 15. cap. 1. in fin.
u cap. 50 in prin

post enumerationem quadraginta dierum, quos serui insumpserunt in condendo Iacob defuncto aromatibus; lubet hic verba Genesis referre. *Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens, & deosculans eum, praecepitque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem, quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies, iste quippe mos erat cadauerum conditorum &c.*

Designat verò hic quadragenarius dies, vt Durando *a* placet, quatuor Euangeliorum doctrinam, & decem legis praecepta; etenim cum Cardinales vniuersalis Ecclesiae Cardines dicantur, & sint, si quid per fragilitatem humanae carnis contra praedicta legis praecepta, & Euangeliorum doctrinam omittendo, vel committendo deliquerint, familiarium orationibus, & aliorum adiuti, veniam ab Omnipotenti Deo consequi mereantur: & sicuti serui Iacob per quadraginta dies in eius corpore aromatibus condiendo vacarunt, ita etiam familiares ad animam defuncti Cardinalis spiritualibus aromatibus, idest orationibus, & ieiunijs purgandam, quadraginta dierum spatio in domo defuncti permaneant; spiritualis enim poenitentiae tempus Quadragesima significat, eodem Durando *b* teste, qui etiam alia multa colligit de hoc quadragenario numero: quae etiam in re si plura cupis, ex Diuo Augustino, *c* & Innocentio III. *d* ad saturitatem cognosces. Sic etiam Moyses, & Helias per ieiunium, & orationem quadraginta dierum quae à Deo petierant, obtinuerunt. *e* Et in Euangelica Lege post Quadragesimā benè obseruatam, post veram peccatorum nostrorum peractam poenitentiam, ad Coenam immaculati Agni nos Christifideles vocati, & admissi sumus; & Christus Dominus noster deuicta morte à mortuis resurgens, per quadraginta dies cum Apostolis mansit, exinde ad Patrem ascendens, promissum illis Spiritum Sanctum de Coelo misit. Patet igitur, quadragesimum hunc dierum numerum in vtraque lege multis decoratum esse priuilegijs. Et ab Honorio Principe in funere Theodosij Imperatoris eius patris hāc quadraginta dierum parentationem obseruatam fuisse Diuus Ambrosius testatur *f* his verbis. *Eius ergo Principis & proximè conclamauimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus diem, assistente sacris Altaribus Honorio Principe; qui sicut S Ioseph patri suo Iacob quadraginta humanitatis officia detulit, ita hic Theodosio patri iusta persoluit &c.*

a loco cit. nu. 9. & 10.

b d. rational. lib. 6 cap. 28. & 32. in prin.

c tract. 19. in Ioann post prin.

d Serm. 1. in die Cinerum. vers. quadragesimus numerus.

e Exod. cap. 24. & Reg. 3. cap. 19

f de obitu Theodosij.

A

B

C

PRIVILEGIVM XLI.

De Optione Cardinalium.

LIcèt optio Eminentiss. & Reuerendiss. DD. Cardinalium non vera, & propria dicatur optio, sed potius similitudinaria, & exemplaris sit appellanda, vt ait Moneta; *g* ex priuilegio tamen Summi Pontificis inducta est consuetudo optandi in amplissimo, ac eminentissimo Collegio S.R.E. Cardinalium Titulos Episcopales, Presbyterales, & Diaconales, quae tamen inter ipsos tantùm de Collegio fit, vt est notorium, & idem Moneta *h* tradit. Posita autem huiusmodi consuetudine, orta fuit dubitatio, an Dominus Cardinalis optans nouum Titulum si exegit pensiones domus spectantes ad Titulum dimissum, teneatur ad restitutionem anticipatè exactarum? & in vna Romana pecuniaria 13. Februarij 1626. coram Durano, quae impressa est decis. 20. fuit dictum, diuidendas esse has pensiones pro rata temporis inter dimittentem, & optantem, quia optans nouum Titulum desinit esse Titularis Tituli dimissi.

g tract. de option. cap 1. q. 3. nu fin.

h d. tract. de option. cap. 2. q. 2. nu. 44.

D

E

A D. C.

A. M. D. G.

A IACOBI COHELLII

I. V. C. VRBEVETANI.

B
NOTITIA CARDINALATVS.

PARS SECVNDA.

C
CAPVT XVII.

De Vicecancellario.

Ecclesiam Dei, quæ collectio fidelium est, & in Pontifice Maximo, ac S. R.E. Cardinalibus repræsentatur, vt supra in prima parte pluribus in locis diximus, vtriusque gladij spiritualis, ac temporalis habere potestatem, nemo sanæ mentis negat, multisquè illustrium Scriptorum ex omni natione monumentis comprobat lucidissimum eiusdem Romanæ Ecclesiæ Sydus Robertus Cardinalis Belarminus, *a* & alia congerit Germonius. *b* Sed hanc vtriusque
D gladij potestatem in ipsius Summi Pontificis Dignitate tanquam Beati Petri Successoris locatam, & ossibus (vt ita loquar) inhærentem esse, Historicorum, Canonistarum, Theologorum rationibus, & argumentis idem Belarminus *c* comprobat. Pontificem verò Maximum nonnisi de consilio fratrum suorum S.R.E. Cardinalium hac potestate vti solere, latè diximus supra. *d* Verùm quia idem Pontifex totius sacri Collegij votum quandoque requirit, vt ostensum est supra in prima parte; quãdoque etiam singulorum Cardinalium fidem sequitur; in hac igitur secunda parte hac de re agendum nobis erit. Et quoniam S. R. E. Vicecancellarius in Romana Curia, & apud Christi Domini Vicarium, Beatiquè Petri Successorem primum obtinet locum, vt pluribus probant Sarnensis, *e* Vestrius, *f* & illi addens, Tholosanus, *g* alijquè multi, quàmuis Mandosius *h* horum sententijs non omnino acquiescere videatur, arguendo ab ordine scripturæ, iuxta quem (vt ipse ait) primo
E loco ponitur Cameratius, exinde Cancellarius, attamen communi Scribentium voto receptum est, Vicecancellarium omnibus alijs Romani Pontificis Officialibus præferendum esse, Gambara sic attestante, *i* nec ordo scripturæ, quo Mandosius innititur, est vniformis, quia in multis alijs Codicibus primo loco ponitur Vicecancellarius, vt apud Cassaneum; *K* cum autem ius suum vnicuique tribuendum sit, sitquè etiam ordo Dignitatum seruandus ex Vlpiano, *l* primo igitur loco de Vicecancellario dicamus.

Ex amplissimo, & Eminentissimo S. R. E. Cardinalium Collegio Vicecancellarius hodie, & multis ab hinc annis eligitur: & magna quidem ratione sancitum esse a

a tract. de potest. Papæ in temper. in prin.
b de sacror immunit. lib. 2. cap. 13. & 14.
c d. tract. cap. 3. 4. 5. & alibi.
d prim. l. 2.
e in prooem. reg. Cancel. q. 1. & in reg. vtriusque signat. compen.
f in pract. lib. 1. cap. 4.
g in syntag. iur. vniu. lib. 15. cap. 42 in prin.
h in glos. facult. Regen. 6. volùtes, verb. Vicecanc.
i de off. & potest. leg. de later. lib. 9. num. 76.
K in cath. glor. Mund. par. 4. cõsid. 29.
l in l 1. & 2. ff. de albo scrib.

Summis Pontificibus, vt hoc Officium Cardinali, & non inferiori committatur,
ostendit Gomesius *a* qui ex grauitate muneris, & ex conuenientia Officij hanc ve-
ritatem probat. Ex grauitate quidem muneris, quia Vicecancellarius propter scep-
trum iustitiæ, quod habet supremum, inter omnes debet habere principatum, sicut
& ipsa iustitia alias omnes antecellit virtutes, vt Aristoteles *b* testatur, & Iustinia-
nus Imperator *c* comprobat: ex conuenientia autem ita Gomesius loquitur; con- A
ueniens igitur fuit, non vt antea, simplicibus, & priuatis viris, sed personis magna,
& illustri Dignitate præditis, cuiusmodi sunt Cardinales, hoc Officium commenda-
re, vt sic & personæ huiusmodi, & Dignitatis accessione splendorem, & nominis ce-
lebritatem caperet; hæc Gomesius, quibus ex verbis innotescit, priuatos quoque
viros Officium hoc exercuisse; & ad Bonifacij Octaui tempora durasse, ex prooemio
Sexti Decretalis collige, ibi, *ac dilectum filium Riccardum de Senis S.R.E. Vicecan-
cellarium I.V.D &c.* vbi glossat. *d* notat, hunc Riccardum fuisse postea creatum
Cardinalem, & Ecclesiam S. Eustachij in Titulum Diaconalem illi assignatam, vt re-
fert etiam Ciacconius *e* Sed ante Bonifacium modò à Cardinalibus ad priuatos
viros, & iterum ad Cardinales remeasse Vicecancellariatus Officium asserit, multis-
què comprobat exemplis, & argumentis Mandosius, *f* qui etiam S. Hieronymum
& Cardinalem, & Vicecancellarium anno Salutis 370. Damaso Papa sedente, fuisse B
affirmat; & paulò inferius *g* refert glossam exponentem Bibliothecarium, idest Ca-
cellarium: & antiquitùs ita fuisse appellatum notat etiam Cassaneus *h* ex c. Ha-
drianus Papa secundus, iuncta glos. ibi, in verb. Bibliothecarius.

a in prooem. regul. Cancel. q. 1. sub tit.
b lib. 2. Ethic.
c in Auth. vt omnes obed. iud. prouin. in prin.
d in verb. Vicecancellarium.
e in vita Bonifacij VIII. in 2 creat. eli Card. 13.
f in glos. facult. Reg. 9. volentes, verb. Vicecanc. vers hoc officiũ.
g vers. dum autẽ glossa.
h in cathal. glor. Mund. per 4. consid. 13.

Verùm Quæstoris quoque nomen Vicecancellario adaptari posse Lucas de Pen-
na *i* apertè scribit in hæc verba, *aequum tamen erat scriniis vnum praeesse Magi-
strum, & erant, vt hodie sunt, Secretarij D. Papa, qui circa talia Officia post Vi-
cecancellariũ, qui fungitur vice Quæstoris, omnibus sunt maiores &c.* Vt autẽ Quæ-
storis Officiũ idẽ Lucas designet, Cassiodori *K* verba refert. Et in triplici differen-
tia esse Quæstores, ex Vlpiano *l* colligere fas est, & nos latè diximus in tract. de
Thesaurario Papæ; quamuis ibi de Quæstore in ordine ad conquirendas pecunias
dictum sit, hic verò de Quæstore iuxta formulam à Cassiodoro traditam intelliga- C
mus, iustitiæ quippe sceptrum habente, & si quid Princeps dubitet, à Quæstore re-
quirat, qui est thesaurus famæ publicæ, armarium legum, imitator prudentissimus
antiquorum, mores alienos corrigens, & suos debita integritate custodiens; adesse
debet in eo scientia iuris, cautela sermonis, firmitas animi, vt à iustitiæ tramite
nullis muneribus, nullis terroribus auferatur; hæc, aliaquè multa Cassiodorus locis
supra relatis; & videndus est etiam Guliel. Bened. *m*

i in rub. C. de magis. sacr scriniior. circa fin. lib. 12. & in rub. C. de quaestor. eod. lib.
K lib. 5 var. epist. 3. & 4. lib. 5. form. 5. lib. 10. epist. 6.
l l. 1. ff. de off. quaestor. & ibi glos. in verb plebeios.
m in repet c. Raynutius, decis. 11. nu 195.

Sed & ea, quæ Petrus Gregorius Tholosanus *n* de Cancellario Franciæ congerit,
non inincundè Vicecancellario Papæ adaptantur, præcipuè dum ait: *est huius ma-
xima potestas, & Dignitas, Principis os, quod mentem Regis explicat, & leges
eius nomine figit, & refigit, Praefectus iuris, & aequitatis custos, & dispensator
supra iuris rigidas leges.* D

Hic est, qui leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pij Principis aequa facit,
Si quid obest populo, aut legibus est inimicum
Quidquid obest per eum desinit esse nocens.

n in syntag. iur. vniu lib. 47 cap. 29 per tot.

Hæc Tholosanus, qui, vt diximus, de Cancellario Regni Franciæ loquitur. Verùm
Guliel. de Benedic. *o* post relatos Cancellarios, qui sub Imperatoribus, & Regibus
diuersis fuerunt, & quas habuerunt potestates, ac dignitates, tandem ad rem no-
stram sic loquitur. *p Similitèr habuit Ecclesia Romana, & Papa Cancellarium,* E
*qui Bibliothecarius vocabatur, quiuè cum semel ex gloria propter excellentiam tan-
tae Dignitatis cum Papa satageret contendere de pari, statutum fuit pro lege, quòd
non Cancellarius, sed Vicecancellarius Papae à caetero vocaretur, quod & hodie
seruatur. Et iste Vicecancellarius in Curia Romana est ille, qui Regulas Apostoli-
cas regit, cuius dispositione dantur in Curia, & extra Beneficia cum subscriptione
duorum Abbreuiatorum, & est iudex in pertinentibus ad expeditionem Bullarum,
ita quòd in Curia maior est post Papam, sicut in Francia Cancellarius est maior
post Regem: & inde est, quòd Vicecancellarius Papae olim vocabatur Bibliothecarius,*
quia

o in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nemine, decis. 11. nu. 193. & seq.
p sub nu. 203.

quia ad eum spectabat custodire libros Bullarum, & libros Regularum; & Extra-
uagantium; ex quo in Curia practicatur, quòd certam capit partem de Registro
Bullarum, quia tenetur de omnibus ibi contentis reddere rationem: est enim Præ-
ses iustitiæ in Curia, ponit decretum irritans, & alias clausulas, & sedere potest,
ac stare cum Auditoribus Rotæ in decisione causarum, etiam in præsentia Papæ, a
A *sicut vidisti de Cancellario Franciæ, qui tanquam primus post Regem præsidet in omnibus Parlamentis Regni; sicut & Moyses in Regno, & Synagoga Iudæorum pro*
Deo verus Cancellarius fuit, sic solus Papa in Ecclesia Dei Cancellarius vocatur, cu-
ius, & Dei vnum, & idem dicitur esse Consistorium. Hæc Guliel. videndus: mul-
ta quoque ad rem congerit Gabriel Berart. *b* Et hoc idem scripsit etiam Barthol.
Chassaneus; *c* & Budeus, *d* Magistratū hunc Præfecto Prætorio similem esse scri-
bit, & multa de illius dignitate, officio, iurisdictione refert; quos licèt Gallos Lu-
douicus tamen Gomesius Hispanus sequutus est, reiecto tamen somnio, quod ex
glos. antiq. ad Regulas Cancellariæ hauserunt, de mutatione nominis Cancellarij in
Vicecancellarium, siquidem Gomesius *e* hæc ait. *Sed quàm ista, Deus immorta-*
lis, frigida sint, & à vero aliena, qui vel parùm historiam ecclesiasticam calluerit,
B *satis dignoscere potest; nam quòd Cardinalis Cancellaria contenderit vnquam de paritate eum Papa, vel appellatus fuerit vnquam Cancellarius, & postea ordina-*
tum, quòd Vicecancellarius diceretur, nullibi legimus, sed sunt quædam somnia; &
ideo ego arbitror, aliunde hoc nomen Vicecancellarij processisse: nam constat, Sum-
mum Pontificem solum in Ecclesia Dei appellari sicut Moyses Cancellarium Dei, cum
quo vnum, & idem Consistorium facit; si igitur Papa est Cancellarius, non videba-
tur conueniens, alium esse Cancellarium Papæ similem nomine, sed potius Vicecan-
cellarium, qui eius vices gereret; sicut Rex in Regno suo non facit Regem, sed Vice-
regem: & hoc etiam alia ratione suadetur, quia, vt superius dictum est, Cancella-
ria Apostolica prior fuit, quàm Vicecancellarij promotio, & Cancellaria repræsen-
tat Sedem Apostolicam, quæ habetur pro Cancellario; hinc est, quòd quando Audi-
C *tor remittit causam ad Cancellarium, dicitur eam remittere ad Consistorium Papæ,*
quod habetur pro Cancellario, non autem remittitur ad Vicecancellarium, vt est
decisio Rotæ notabilis; & eodem modo dicimus, quòd in Curia Romana nulla parti-
cularis persona est fiscus, sed ipsamet Sedes Apostolica, & ideo qui hodie gerit in Curia officium fisci, non appellatur fiscus, sed vel Aduocatus, vel Procurator fisci:
sic Vicecancellarius non dicitur Cancellarius, quia ipse Papa, ac Sedes Apostolica di-
cuntur Cancellarij: & sunt ipsa Cancellaria. Hæc Gomesius.

Verùm enimuerò antiquis temporibus etiam aliquando Cancellarium legimus,
vt apud Ciaconium, *f* qui Ioannem Cardinalem Cancellarium dicit; & hoc idem
obseruat Cherubin. iunior, *g* & quendam Raynerium omnium primum Vicecan-
cellarij nomen inueniſſe idem Ciaconius *h* scribit, & confirmat Mandosius, ad-
D dens, hoc contigisse anno salutis 1216. & ex Panuino *i* hoc innotescere; qui quidē
Panuinus hoc idem repetit in vita Gregorij VIII. à quo nullum fuisse creatum Car-
dinalem affirmat, sed quendam Dominum Moysem Canonicum Regularem Latera-
nensem Subdiaconum hoc munus assumpsisse, & cum non esset Cardinalis, non Cancellarius, vt antea, sed Vicecancellarius appellatus fuit; vide Ciaconum. *K* At
Cherubinus iunior *l* huius nominis variationem reddens sic loquitur: *quando*
prius officium hoc à Cardinali regebatur, Cancellarius dictus est, quando autem ad
priuatos viros descendit, tunc Vicecancellarij nomen inditum, & hoc vltimum no-
men remansit: Quæ tamen ex Gambar. *m* mutuatus est, dum reprehendens Do-
ctores in Clem. ne Romani, volentes reddere causam, cur magis Vicecancellarius,
quàm Cancellarius dicatur, narrant somnia (vt ipse ait) de B. Laurentio, item quia
E contentio potestatis erat inter ipsum, & Papam, quæ omnia à vero absunt; quia veritas rei (inquit) ex antiquis Registris colligitur à ducentis annis supra, quando
Cardinalis gerebat hoc officium, vocabatur Cancellarius, quando inferior, Vice-
cancellarius; & cum 90. annis continuis accidisset, vt officium istud permanserit
apud non Cardinales, nomen Cancellarij non est auditum, sed Vicecancellarij, quod
nomen postea remansit, & eo nuncupati etiam sunt Cardinales; quæ autem dixi,
probantur ex inspectione antiquorum Registrorum, quæ ipse Gambarus vidisse te-
statur opera Reu. D. Baptistæ Bini Regentis Cancellariæ, qui primus rem hanc ani-
maduertit; Hactenus Gambar. & Honorio III. sedente Raynerium quendam de

a Steph. Grat. discept. forens. cap. 298. nu. 30.

b de visitat. temporal. cap. 10. de Cancellario, *Regente, Reg. Consiliar. per tot.*

c in cathal. glor. mund. par. 4 consid. 13.

d in pandect. ad tit. de off Præfect. Pretor.

e in prooem. reg. Cancel. *tit. Episcopor. dignit. diminutio, vers. solutio Laurentius &c.*

f in vita Innoc. III.

g in compend. ad Bull. 3 Martini V. schol. 2.

h in vita Honorij III.

i in tract. de Cardinal.

K in vita Gregorij VIII. in obitu ipsius.

l ad Bullam 34 Clem. *VII. schol. 2.*

m de off. & potest. Legat. lib 9. nu. 77.

Castro veteri Tudertinæ Diœcesis Vicecancellarium (non tamen Cardinalem) fuisse, & huius nominis variationem inuenisse scribit Ciaconius. *a* Ac Mandosius *b* ex Bullis Benedicti IX. Gregorij VI. Clementis II. Damasi II. & Leonis IX. in Ecclesia Portuensi prædicta quoque collegisse affirmat, & tandem concludit, negari non posse, quin à 950. annis citra officium huiusmodi in personam Cardinalis esse cœperit, licèt postea cum ex nonnullorum Pontificum negligentia, nempe Leonis V. Christophori Sergij III. & quorundam aliorum Pontificia Dignitas valdè demissa, & diminuta esset, Vicecancellariatus etiam officium vilescere cœpisset, & ad priuatos viros rediisset; ex quo tamen Bonifacius VIII. B. Petri Successor fuit, Vicecancellarij officium in personam Cardinalis restitutum semper ad hæc nostra tempora permansit: quamuis Ferdinandus Vghellus *c* dicat, Ioannem Borgiam sub Innocentio VIII. Vicecancellarium fuisse, & postea ab Alexandro VI. Pont. pridie Kal. Septembris 1492. sacra Purpura decoratum: & Ciaconius *d* scribit, sub Benedicto XI. Vicecancellarij munus exercuisse D. Papinianum Taurinas Canonicum Regularem Episcopum Parmensem. A

a in vita Honorij III.
b loco cit in glos. facult. Reg.
c in addit vita Ioann. Borgia in vita Alex. VI. in 1. creation. Card. I. apud Ciacon. tom 2. col. 1324.
d in vita Benedicti XI.

Sed iam satis dictum est de nomine; ad iurisdictionem, & potestatem transeamus. Iurisdictio autem, & potestas Vicecancellarij maxima est, quippequi expeditionibus totius Orbis in rebus beneficialibus, & officialibus, ac Ministris Cancellariæ Apostolicæ (de quibus dicemus infra) ipse præest, vt post Vestrium, & alios scribit Lælius Zecchius *e* Neque solùm in beneficialibus, sed etiam in causis prophanis, & Commissionibus causarum, quòd transgredi possit formam iuris, scripsit Gambarus. *f* Et esse Præsidem iustitiæ in Curia, apponere decretum irritans, ex alias clausulas, ac sedere, & stare posse cum Auditoribus Rotæ in decisione causarum, etiam in præsentia Papæ, diximus supra ex Guliel. de Benedictis, & Chassaneo, Summorumquè Pontificum Constitutiones legentibus notum erit. B

e de Repub. Eccles. tit. de Statu Prelat cap 4.
f de off. legat. lib. 9. nu. 79.

Fundamentum verò iurisdictionis ipsius Vicecancellarij in Rescriptis, & Sanctionibus Summorum Pontificum iactum est, & licèt antiquissimum, ex Constitutione tamen Martini V. *g* nunc magis elucescit, dum ait, quòd si Notarij Apostolici, ac eorum Abbreuiatores, & alij in iustitia, ac etiam gratia literarum Apostolicarum Abbreuiatores taxam nimiam pro minutis suis petierint, ac etiam si literæ Apostolicæ excessiuè taxatæ fuerint, super excessibus huiusmodi per partes ad Vicecancellarium, aut de mandato suo, vel ipso absente, ad eius Locumtenentem, seu Præsidentem in Cancellaria prædicta habeantur recursus &c. Ex quibus, alijsquè in d. Constitutione sancitis pluribus in locis iurisdictio Vicecancellarij elucescit. Sed & ante Martinum V. & Ioannem XXII. qui Martinum per annos fermè centum in Pontificatu præuenerat, Vicecancellarium, Scriptores, & Correctores literarum Apostolicarum extitisse, Polydorus Virgilius *h* testatur: Regulas tamen Cancellariæ nondum compositas, sed primum omnium ipsum Ioannem XXII. tanquam bonum Domus suæ patremfamilias eas introduxisse, nec solùm Regulas, sed etiam Beneficiorum electiuorum reseruationes, ac taxas, quibus æstimarentur, inuenisse, Collegium quoque Scriptorum Apostolicorum antea sine ordine vagans numero distrinxisse, Gomesius *i* scribit; & paulò infra hæc addit: *quando aliud de se dignum Ioannes præstitisset, illud tamen erit omnibus sæculis memorandum, quod primus omnium Cancellariam, & Vicecancellarii Dignitatem, ac Rotæ tribunal illustrauit, quæ sunt duo in Vrbe luminaria, & Collegia præstantiora;* quibus ambobus Vicecancellarius præest. C D

g Const. 3. Bullar nou. tom. 1. pag 251. §. 2.
h de rer inuentor. lib. 8. cap. 2.
i in prooem Reg. Cancell. sub tit. Episcopor. dignit. dimin. pag. apud me 7.

Quod attinet ad Regulas Cancellariæ, habes inter easdem Regulas 69. in qua de potestate D. Vicecancellarij ita cautum legimus. *K* Primò quòd possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent. Item quòd possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore constet. Item quòd possit omnes curas beneficiales etiam non deuolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes. Item quòd processus Apostolica auctoritate decretos aggrauare possit, cum inuocatione brachij secularis, sententiasquè executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos per literas Apostolicas desuper conficiendas, & non aliàs. Item quòd possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorũ signatas de Beneficijs Ecclesiasticis secularibus, & regularibus dispositioni Apostolicæ E

K inter reg. Cãcel. sub Greg. xv. editas, reg. 69. & vlt.

stolicæ

stolicæ generalitèr non reseruaris, quorum cuiuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. paruorum, seu totidem in alia moneta secundùm communem æstimationem valorem annuum non excedat. Item quòd possit signare supplicationes etiam duorum Referendariorum manibus signatas de nouis prouisionibus, si neutri, & subrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clausula generalem reseruationem importans. Item quòd possit ad Or-
A dines suscipiendos arctaris prorogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus vsque ad proxima tunc à iure statura tempora, in quibus sic arctati successiuè ad ipsos Ordines promoueantur. Super quibus, & alijs quoque Regulis cum Roderico de Quesada breues quasdam notulas nouissimè ediderit, ad hanc Regulam hæc notat, vt scilicet in ea recenseantur, quæ iurisdictionem Vicecancellarij concernunt, maximè in his, quæ ad materiam expeditionis spectant.

Quantùm verò attinet ad Rotæ Tribunal, in eoquè D. Vicecancellarij superioritatem, præter ea, quæ dicta sunt supra, ex eiusdem Ioannis XXII. Constitutione *a* innotescit, vbi formulam iuramenti præstandi ab ijsdem Rotæ Auditoribus assignat, ibi, *negotia, & officia mihi à D. Papa, vel D. S. R. E. Vicecancellario commissa, vel committenda fidelitèr geram, & sollicitè exercebo, & specialitèr officium Au-*
B *ditoris sacri Palatij, reddendo iustitiam vnicuique &c.* & infra plenius dicemus cap. 19.

a Const. 14. §. 8. Bullar. nou. tom. 1. pag. 167.

Curam verò, Titulum Ecclesiæ S. Laurentij in Damaso, & iurisdictionem in temporalibus, ac spiritualibus regimen, & administrationem eidem Cardinali Vicecancellario concessas esse, Clementis VII. *b* Constitutio demonstrat, vbi præter alia legis, officium hoc oculum Romani Pontificis dexterum appellari, itaut de ijs, quę Papa concedit illi credatur, Rota Romana apud Puteum *c* sic testante. Colligitur etiam ex eadem Clementis VII. Constitutione, *d* Capitulum, & Clericos prædictę Ecclesiæ S. Laurentij in Damaso, nec non omnes, & singulos Cancellariæ Apostolicæ officiales ipsi subiacere, & in Superiorem agnoscere debere Cardinalem ipsum Vicecancellarium.

b Const. 34. Bullar. nou. tom. 1 pag. 602.
c decis. 320. lib. 2.
d §. 4. & 5.

C Sed & Pius V. cum Scriptores, & Procuratores Pœnitentiariæ Apostolicæ ad Cancellariam Apostolicam transtulisset, & Scriptores, Procuratoresquè literarum minoris gratiæ instituisset, locum in ipsa Cancellaria arbitrio Vicecancellarij assignauit, eidemquè tanquam Capiti aliorum Collegiorum obedire, & obsequentes esse mandauit *e*

Verùm nedum superioritatem in omnes Cancellariæ Apostolicæ officiales, sed etiam, cum ferè omnia officia hæc in Curia Romana vendantur, vt dicemus infra, pretium ex nonnullorum venditione capere, siue per cessum, siue decessum (vt vocant) ad libitum voluntatis eadem conferre, & de illis disponere posse Vicecancellarium Sixtus V. *f* edixit, siue potius antiquas confirmauit facultates. Officia verò sub dispositione, & quorum pretium, ac emolumentum cedunt in commodum Vi-
D cecancellarij, sunt infrascripta.

e Const. 84. §. 3. & 8. Bull. nou. tom. 2. pag. 283.
f in Motu proprio impresso inter appendices Bullar. nou. tom. 3. pag. 39.

Abbreuiatores de Parco maiori num. 6.
Abbreuiatores de Parco minori num. 7.
& hæc ex concessione Sixti IV. *g* Sed alios octo Abbreuiatores de Parco minori sub collatione Vicecancellarij addidit Sixtus V. *h* itaut hodie sint num. 15.
Sollicitatores literarum Apostolicarum num. 25.
Notarij Rotæ num. 12.
Cubicularij num. 3.
Scutiferi de numero participantium num. 7.
Milites S. Petri num. 26.
A Leone X. in Bullar. veter. *i*
E Milites S. Pauli num. 13.
Milites de Lilio num. 2.
Milites Pij num. 20.
Custos Cancellariæ.
Notarij, & Ostiarij eiusdem Cancellariæ.
Notarius Contradictarum num. 1.
Alius de consuetis nuncupatus.

g Const. 16. § 25 Bullar. nou. tom. 1. pag. 359.
h in præcit. Motu prop. in prin.
i Const. 41 pag. 265.

Et alia nonnulla eiusdem Cancellariæ officia, tam per obitum, resignationem, & priuationem, quàm forsan aliàs pro tempore vacantia, personis eidem Vicecancellario

rio beneficiis ad vitam recipientium conferre, & assignare, deque illis ad sui libitum, simili modo, quo Romanus Pontifex de alijs Romanæ Curiæ officijs disponere solet, ipse quoque Vicecancellarius potest, vt præcitato Sixti V. Motu proprio.

Cum igitur tam eminens, & tot decorata sit priuilegijs Vicecancellarij Dignitas, itaut post Papam prima sit in Vrbe, rationibus per Gomesium *a* allatis, quæsitum aliquando fuit Alexandro VI. sedente, & Ascanio Sfortia Card. Vicecancellario existente, an ipse Vicecancellarius possit per longum tempus extra Vrbem degere (prout ipse Ascanius rationibus apud historicos videndis moram traxit)& an Papa possit illum ad redeundum cogere sub pœna priuationis officij, & Dignitatis? nam, vt Cassiodorus *b* ait, piaculi genus est, absentem sibi Romam diutius facere, qui in ea possunt constitutis laribus habitare. Hæc quæstio à Serenissimo Rege Federico, & ad instantiam præfati Reuerendiss. D. Ascanij Cardinalis Vicecancellarij Neapolitano Consilio pro decisione commissa, Matthæus de Afflictis inter eosdem Consiliarios primus suis posteritati monumentis *c* consignauit, concludendo, ex iusta, & rationabili causa licere Cardinali Vicecancellario, sicut & alijs Cardinalibus à Romana Curia abesse; & multas quidem enumerat causas, ex quibus licita resultat absentia; potissima verò in Cardinali Ascanio fuit, vt fratrem Ludouicum Insubrum Ducem oppressum, spoliatum, & ab hostibus captum iuuaret, nam nisi ex tam iusta causa Curiæ residentiam dimisisset, profectò tanquam crudelis, & impius, Deum sibi ad iram prouocasset, ex ijs, quæ in sacra Pagina *d* leguntur his verbis; *odio sunt Deo impius, & impietas eius*, nam oppressio fratris propria iudicatur, vt notat Abbas; *e* aliaquè multa congerit Afflictus *f* videndus: neque à proposita conclusione sunt aliena, quæ satis eruditè congerit Cassaneus *g* ad probandum, honorem cunctis rebus prælerendum esse; adeo enim honor, & honestas in precio habendi sunt, vt pari passu cum vita ambulent, ex Marciani I.C. responso; *h* & Diuus Augustinus *i* relatus à Gratiano, K crudelem esse, qui famam suam negligit, ait. Alia multa de Vicecancellario, eiusquè Dignitate cognoscenda sunt ex Gundisaluo Hispano Rotæ Romanæ olim Auditore. *l* Sed non omittam hìc inserere, officium Vicecancellarij mortuo Pontifice, & Sede vacante silere; Vicecancellarius enim, vt primùm Pontifex expirauit, Bullas, quibus literæ Apostolicæ signari consueuerunt, à Plumbatoribus accipit, & partem illam, in qua literæ cum nomine Pontificis inscriptæ sunt, publicè, & coram pluribus per ipsos Plumbatores frangit, & ad signandum omninò ineptas reddit; aliam verò partem, in qua Apostolorum Capita sculpta sunt, lineo panniculo inuolutam, alligatam, & sigillo suo signatam Camerario tradit, & diligentissimè curat, ne aliquæ literæ signari possint post Pontificis obitum. Hæc habes in Cæremoniali Romano. *m*

Cum autem tantò maior quis reputatur, quantò pluribus, & dignioribus præest, vt est Iustiniani Imperatoris sententia, *n* & nos latè diximus supra; *o* ideo de ijs, qui Vicecancellario subsunt, & assistunt in gratia, vel iustitia exequenda, nunc agere incipiam.

a in proœm. Reg. Cancell. ad su. 1. quæst.
b lib. 3. variar. cap. 21.
c decis. 289. per tot. incipit, Serenissimus.
d in lib. Sapientiæ, cap 14.
e in c cum oporteat, nu. 4. vers. aut agitur de crimine, de accusat.
f in d. decis. nu. 29. & seqq.
g in cathal. glor. Mund. par. 1. consid 2.
h in l. iusta causa ff. de manumis. vindict.
i in sermone de communi vita clericorum.
K c nolo 12. q. 1
l in tract. de Dignit Vicecanc.
m lib. 1 sect. 15. cap. 4. pag. apud me 305
n in Auth. de defens. Ciuit. in prin vers. quantò enim.
o de priuil. DD. Card. priuil. 20.

A B C D E

CAPVT

CAPVT XVIII.

De Prothonotarijs Apostolicis.

A

SAnctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium omnes in Romana Curia Prælatos, & Officiales tanquam eorum Caput agnoscere, verba Pij V. *a* Pont. Max. demonstrant, ibi, *eidemquè* Vicecancellario scilicet, *tanquam Capiti aliorum obedire &c.* Verùm inter Prælatos primum locum obtinere Prothonorarios Apostolicos, quos de numero participantiū vocant, Sarnensis, *b* alijquè scribunt. Vt igitur Dignitatum ordo seruetur, prout in omnibus, & in Ecclesia militanti præsertim seruandum esse scribit, & probat Chassaneus, *c* de Prothonotarijs primo loco dicendum erit; quos etiam Scriniarios quandoque appellatos fuisse, Innocentij Pontificis verba *d* indicant, ibi, *quia non fuerat in Camera nostra receptus, ac Scri-*
B *niarius alio modo scripsisset &c.* vbi glos. *e* exponit, *Scriniarij appellantur Tabelliones, & est vulgare Romanorum*; quippequi ab Augusto, Mœcenare suggerente adinuenti fuerint, vt testatur Dio; *f* & latiùs prosequitur Gaspar Pancirolus. *g* Sed magis ad rem nostram, de ordine scilicet, & officio Prothonotariorum hæc scribit Sarnensis. *h Vt habeatur perfecta notitia antiquitatis temporum iniuria deperdita, est notandum, quòd initio orientis Ecclesiæ sub Clemente I. creati fuere Notarij septem, ad res gestas Martyrum diligentèr conscribendas, quibus septem Vrbis Regiones, quæ Parochiæ dicebantur, distributæ fuerunt: & quia Antherus Papa eius nominis I statuerat res Martyrum gestas à Notarijs conscriptas Scrinijs Ecclesiæ recondi, fortassis ab eo tempore Scriniarij sunt appellati.* Verum quia tempore Iulij Papæ I. non ita Christianorum Martyria frequentabantur, quia creuerat in im-
C mensum iam decus Ecclesiæ propter Constantini Magni conuersionem, ideo dicti Notarij nil fortè habentes, quod iam de Martyribus scriberent, ex mandato eiusdem Iulij I. omnia, & quæcumque alia ad Ecclesiam pertinentia scribere cœperunt (vt Damasus in vita Iulij refert) vbi de scrinio scripturarum Notariorum etiam meminit; inde verisimile est, prædictis Notarijs, vt dixi, ab Scrinijs reconditarum scripturarum Scriniarios appellatos, atque, vt creditur, inter illa ad Ecclesiam pertinentia, quæ Iulius adnotare eos voluit, Apostolicas quoque literas scribere cœpisse; quod ex antiquis literis Apostolicis Sergij Papæ IV. manifestum redditur, in illis verbis videlicet, *scriptum per manus Benedicti Notarij Regionarij, & Scriniarij Sanctæ* R. E. *&c.* Quæ quidem verba duo indicant, primò illius Bullæ scriptorem vnū fuisse ex illis septem Notarijs à Clemente I. constitutis, ex eo quia appellatur Re-
D gionarius; secundò quia appellatur Scriniarius, quia isti scribere solebant res dignas scrinio; vel quæ clerici in scrinio recondere debebant; quod etiam probatur ex alijs antiquis Martini II. Apostolicis literis, vbi Notarius illarum Bullarum Scriniarius appellatur, in hæc verba; *scriptum per manus Hadriani Scriniarij S. R* E. Sed quemadmodum in Republica Romana, & apud Cæsares Scribarum honor auctus est, itaut in Senatu Romano ex Senatoribus aliquando delecti essent Scribæ, qui singulari fide pollerent, vt Cicero *i* scribit, à Tholosano *K* relatus, ita etiam creuit deinde, auctis Ecclesiæ diuitijs, istorum Notariorum honor, & ad differentiam aliorum Notariorum Vrbis Prothonotarij appellati sunt, quasi primi inter alios. Hæc, & alia Gomesius apud ipsum videnda: multa quoque scripsit Chassaneus, *l* addens, quòd illud nomen, *Prothonotarius*, nunquam ponitur in Bullis, nec in alijs Dispositionibus Apostolicis, sed tantùm, *Notarius*, ita enim Pontifex illos appellat, vt
E corundem Pontificum Constitutiones legentibus, & Romanam Curiam sequentibus notum est.

Sed quoniam tres sunt species Prothonotariorum, vt Rodericus de Quesada *m* aduertit. Prima participantium, de quibus nobis agendum proposuimus. Secunda creatorum à Papa, vel à Legatis de latere, & quandoque etiam ap ipsis Prothonotarijs participantibus collegialitèr congregatis, vt diximus infra; & cum magnus sit huius secundæ speciei numerus, Sixto IV. *n* sic attestante, horum Dignitas propter

a Const. 84. § 3 Bullar. nou. tom. 2. pag 283.
b prooem. Reg. Cancel. q. 1. tit. de Cancell. & Vicecanc. orig.
c in cathal. glor. mund. par. 1, consider. 77.
d c. ad audientiam, de prascr.
e in verb. scriniarius.
f lib. 52. hist. sub fin.
g in comment. notitia Imper. orient cap. 93.
h in prooem. Reg. Cancel tit. de ord & offic. Prothon.
i in Oration pro Sylla.
K in syntagm. iur. vniu. lib. 47. cap. 41. n 6.
l in cathal. glor. mund par 4 consid 29.
m in notis ad reg. Cancell. Gregor. XV in 1 reg. vers. declarans nihilominus.
n in extrauag. 1 9. & quoniam, de treg & pac.

ter numerum vigesit, vt notat Abbas Panormitanus. *a* Tertia species Prothonotariorum est ratione Officiorum, quando scilicet quis ratione alicuius Officij efficitur Prothonor. vt in Scriptore Apostolico, Milite S. Petri, Milite de Lilio, & alijs familiaribus Papæ capacibus. Hactenus Quesada. Et hos extraordinarios vocat Chassancus; *b* præferuntur tamen quibuscumque clericis secularibus, cum Dignitatem habeant; & roecchettum portare possunt, dum tamen vigesimum annum habeant, nec ante id tempus hanc Dignitatem consequi valent, ex Pauli II Sanctione, & elapso anno à die adeptæ Dignitatis ad Subdiaconatus Ordinem promouendi sunt, vt scribit, notatque Guliel. de Benedic. *c* videndus. A

Sed iam ad primam Prothonotariorum speciem, participantium scilicet reuertamur: hi numero septem à principio fuerunt, vt post alios multos Polydorus Virgilius *d* in hæc verba scribit. *Sunt hodie Prothonotarij Apostolici numero septem, qui, vt dictum est, in illud Collegium precio cooptantur &c.* Verùm Sixto V. sedente auctus est numerus, itaut hodie Collegium hoc ex duodecim constituatur, *e* & multis ab eodem Pontifice decoratum est priuilegijs, vt dicemus infra: nunc de Officio, & Dignitate dicendum est.

Officium igitur in primæua illius institutione fuit, vt diximus, Sanctorum gesta perquirere, describere, & in scrinijs Ecclesiæ referre, [vt dixit Rota Romana, *f* & antiquiori, seu Decano illorum, qui Prothoscriniarius, vel Primicerius dicebatur, Gomesio *g* teste, commissa erat datandi facultas, vt ex Bullis Martini II. & Stephani VII. idem Gomesius *h* obseruat. Minutas etiam literarum Apostolicarum, vbi Patriarchales, Metropolitanæ, aliæuè Cathedrales Ecclesiæ, & Monasteria Consistorialitèr conferuntur, cum aliæ ad ipsos nõ pertineant, conficiunt, & expediunt, & lucrum capiunt, vt ex Martini V. Constitutione *i* satis liquet, & Chassancus, *K* ac alij quoque scripserunt. B

Dignitas verò adeo excellens in Ecclesia Dei fuit, vt ad Pij II. tempora Episcopos præcessisse ex eiusdem Pontificis Sanctione *l* innotescat, dum ibidem decisũ habes, Episcopos vbique debere Prothonotarijs præcedere, in Capella præsertim Pontificia, in Consistorijs verò publicis, vbi quatuor ex ipsis Prothonotarijs, quidè rebus ibi gestis rogari consueuerunt, honorabiliorem locum habeant, sedique Pontificiæ proximiores assideant; cuius dictionis rationem reddens Cherubinus iunior, *m* post Iacobat. & alios, sic ait. *Cur Episcopis hæc præcedentia debetur? Quia Episcopi locum tenent Apostolorum, Prothonotarii verò assimilantur* Euangelistis, *cum sint deputati addescribendum acta Pontificis, vt ipse Pontifex ait &c.* C

Verùm ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exemptos esse Prothonotarios, Leo X. *n* affirmat in hæc verba. *Ad Prothonotariatus Officium assumpti habitum, & roecchettum deferentes, & alii nostri, & d. Sedis officiales actu sua officia exercentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ab omni Ordinariorum iurisdictione sint exempti &c.* quod etiam Sixtus V. *o* confirmauit. Sed quámuis maxima esset Prothonotariorum Dignitas, ex multis Summorum Pontificum Sanctionibus colligenda, Sixtus tamen V. antiqua nedum confirmauit priuilegia, sed alia noua addidit, & omnia insimul oculis legenda obtulit; *p* quæ nos breuitèr referenda duximus. D

Vt decentiùs Dignitatem sustinere valeant, annuum redditum scutorum 1980. ex fructibus, & redditibus Dohanæ, & Thesaurariæ Prouinciæ Patrimonij percipiendũ auxit. §. 4.

Omnia, & quæcumque priuilegia, exemptiones, & immunitates antiquitùs huic Collegio concessa, quatenus sint in vsu, & Concilij Tridentini Decretis minimè contraria, nec sub vllis reuocationibus comprehensa, iura quoque, emolumenta, quæcumque percipi solita confirmauit, ac denuò concessit. *q*

Quilibet ex ipsis Prothonotarijs Doctores, Notarios, ac Tabelliones creare valet, sine tamen præiudicio facultatum Aduocatorum Consistorialium. §. 3. & 4. E

Cum spurijs, bastardis, manseribus, incestuosis, & alijs ex quouis illicito, & damnato coitu procreatis, vt ad quæcumque bona, etiam ecclesiastica succedant, dispensare valent, & possunt, cum derogatione etiam Constitutionis Pij V. in illegitimos emanatæ: §. 5.

Statuta ad prosperum statum ipsius Collegij condere, cum applicatione pœna-

a in c. 1. num. 4. de priuileg.
b loco proximè cit. vers. & extraordinarij.
c in repet. c. Raynutius, in verb. adiecta impuberi. in princ. nu. 13.
d de rer. inuent. lib 4. cap. 11.
e in Constit. 12. Bullar. nou. tom. 2. pag. 503.
f decis. 1033. par 3. diuers. lib. 3. nu 1.
g in procem. Reg. Cancell. q 1. tit. de ordin. & off. Prothon.
h eod. loco cit.
i Const. 3. §. 2. Bullar. nou. tom. 1. pag. 251.
K in cathal. glor. mund. loco cit.
l Const. 4. Bull. nou. tom. 1. pag. 316.
m in compend. ad d. Bullam 4. schol. 2.
n in Const. 10. §. 4. Bullar. nou. tom. 1. pag. 482.
o in d Const. 12. §. 13.
p Const. 12. Bullar. nou. tom 2. pag. 502. & 503.
q in Motu proprio post d. Const. 12. impresso, §. 2.

pœnarum ad commodum eiusdem Collegij permittitur §. 6.

Summi Pontificis familiares, & domestici Prælati ad instar, & æquè principalitèr, vt illi, qui actu personæ ipsius Pontificis continuò assistunt, declarantur §. 7.

Panem honoris (pattem vocant) vt intimi familiares, & Cameræ Apostolicæ Clerici, vestes lugubres in obitu, violaceas verò in Coronatione Pontificum habent; si Pontifex solemni pompa equitet, duobus ex ipsis paludatis (cum mantellonibus

A dicunt) immediatè post Prælatos assistentes equitare permissum est §. 8.

Literarum Apostolicarum expeditiones cuiusuis generis Beneficiorum gratis habent §. 9.

Emolumenta, quæ pro expeditionibus Ecclesiarum in Consistorijs fieri solitis recipiunt, & quarum ratione taxa huic Collegio solui solet, nullo vnquam tempore diminuantur, sed integra semper accipiant. §. 10.

Consanguinei, affines, familiares antiquiorum septem Prothonotariorum arma, non tamen breuioris mensuræ, per vrbem, totamquè ecclesiasticam Ditionem deferre valent. §. 11.

Pro summa duorum millium ducatorum auri de Camera (etiam dimisso Prothonotariatus officio) de bonis quoque ecclesiasticis, tam inter viuos, quàm in mor-

B tis articulo disponere permittitur. §. 12.

Ab Ordinariorum iurisdictione (prout etiam a Leone X. *a* sancitum diximus) exempti, Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ dumtaxat dominium, ac potestatem agnoscunt. §. 13. *a Const. 10. §.*

Collegialitèr congregati Prothonotariorum vnum extraordinarium, absque tamen emolumentorum participatione, quolibet anno creare possunt. § 14.

Qui ex septem Prothonotarijs I.V Doctores fuerint, vtriusque Signaturæ etiam Referendariorum numero adscribantur, & ex ipsis vnus antiquior in Signatura gratiæ semper locum habeat. §. 15.

In quibuscumque actibus in Consistorio publico pro tempore faciendis, vnus ex ipsis vocetur, qui ad perpetuam rei memoriam, alijs etiam cum Prothonotarijs in-

C teruenientibus, si publica conficiant instrumenta, manum, & sigillum suum apponant, absque testibus in iudicio, & extra vbique locorum plenè probent. § 16.

In memoriam antiqui instituti, a Clemente I. (vt diximus) ad Sanctorum gesta conscribenda, ordinati, vnus ex ipsis Prothonotarijs, & vnus sacri Palatij Apostolici causarum Auditor in Canonizatione Sanctorum, & desuper processu fabricando, coniunctìm intersunt. §. 17.

Consistoria, & Capellæ a S.D.N. Papæ Cursoribus (vt Cardinalibus assolet) illis insinuandæ sunt. Candelas, Palmas, Agnus Dei, eiusdem qualitatis, prout Episcopi assistentes; aureas, argenteasque monetas in Coronatione Pontificis, vt Cameræ Apostolicæ Clerici recipiunt. §. 18. & 19.

Si Principes, vel eorum Oratores, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi assisten-

D tes non adsint, postpositis Baronibus, alijsque Prælatis, vnus ex Prothonotarijs caudam Pontificis sustinet. §. 20. Præsente verò ex prædictis aliquo, duo ex ipsis Prothonotarijs antiquioribus fimbrias ipsius Pontificis in publicis actibus incedentis deferunt; ex antiquo Romanæ Ecclesiæ ritu, vt dicemus infra.

In sacro Presbyteratus ordine constituti, Mitra, & quibuscumque alijs Pontificalibus ornamentis, etiam in Catedralibus Ecclesijs, de illorum tamen Præsulum, si præsentes sint, si verò absentes, absque illorum consensu, ac illis irrequisitis, in Missis solemnibus extra Curiam vti possunt. § 21.

Altare portatile in locis non sacris, ex quauis causa interdictis, etiam tempore cessationis a Diuinis, dummodo ipsi causam Interdicti huiusmodi non dederint, erigere possunt, ibiquè ante diluculum, & circa meridiem, in ipsorum, ac familiarium,

E domesticorumque præsentia celebrari facere, ac interesse permittitur. §. 22.

Si per decennium septem prædicti Officium Prothonotariatus obtinuerint, etiam illo postea resignato, iisdem gaudent priuilegijs; rocchettum tamen in vrbe non deferunt, lotum in Capella non habent, post Auditores sacri Palatij, & Cameræ Apostolicæ Clericos incedunt. §. 23. Fauet Theod. & Valent. Sanctio videnda. *b* *b in l. vnic. C. de magistr. sacror. scrin. lib 12. tit 9.*

Vt priuilegia prædicta inuiolabili lege seruētur, Vicecancellarius, Camerarius, Sūmator, alijq. Sedis Apostolicę Ministri de mandato Pontificis inuigilare debent. §. 24. *c die 22 Februarij 1586.*

A solutione vectigalis, seu gabellæ pro dolijs, sex vini prædictos septem Prothonotarios idem Sixtus *c* exemit, & speciali Diplomate liberauit Laertio Cherubino, *d* *d in rub. d Const. 12 Sixti.*

 teste,

teste, afferente, se consultò prætermisisse intet alias Constitutiones inserere ...
Et quoniam indumentorum varietas officij quoque diuersitatem indicat, præser-
tim in Romana Curia, vt Prothonotarij ab alijs dignoscantur, quemadmodum Patri-
archæ, Archiepiscopi, & Episcopi, pileum nigrum cum resticula (cordonem vocant)
viridi, ita Prothonotarij violacca ferica deferunt; quod à Paulo V. indultum est, antea
quippe nigra erat, vt nos vidimus, & Polydorus Virgilius *a* confirmat, dum air. A
Omnes equitando pileo vtuntur nigro, quod introductũ dixerim, vt a Cardinalibus, &
Episcopis per hoc insigne internoscerẽtur, quando æquè omnes lineã togã induunt, &c.
Quod autem dictum est supra de facultare Prothonarijs concessa promouendi ad
Doctoratus gradum, vt Vniuersitati Studij Romani, & Sacri Cõsistorij Aduocatorum
Dignitati cõsultum sit, Vrbanus VIII suo Diplomate declarauir, licere Dominis Pro-
rhonotarijs quatuor tantùm in vrbe quolibet anno Doctoratus Dignitate insignire,
& hos pauperes, & sine vlla mercede, aut præmij solutione. De facultatibus Ad-
uocatorum Consistorialium, vide supra. *b*

a de rer. inuent. lib.4.cap.11.

b cap. 15. Congreg.19.

c lib.6. var. formul. 16.

Denique non ab re visum est hìc addere, quæ Cassiodorus in formula Notariorũ
scribit, *c* siquidem ad Prothonotarios quoque nostros referri possunt. *Non est du-*
bium ornare subiectos Principis secretum, dum nullis æstimantur necessaria posse B
committi, nisi qui fuerint fide magna solidati: publicum quidem est omne, quod agi-
mus, sed multa non sunt ante scienda, nisi cum fuerint Deo auxiliante perfecta; quæ
tantò plus debent oculi, quantò amplius desiderantur agnosci: Regis consilium solos de-
cet scire grauissimos; imitari debent Armaria, quæ continent monumenta chartarum,
vt quando ab ipsis aliqua instructio quæritur, tunc loquantur; totum autem dissi-
mulare debent, quasi nesciant scientes, nam sollicitis inquisitoribus sæpe & vultu pro-
ditur, quod tacetur. Adsit innocentia, quæ cuncta commendat, quia in placida mente
regia decentèr debent verba deponi, sed quoniam se probatis moribus institutum vena-
trix bonæ conuersationis solicitudo nostra respexit, ab illa indictione Notarium te
nostrum esse censemus, vt ordine decurso militiæ, ad Primiceriatus fidelitèr peruenias
summitatem. Honor, qui efficit Senatorem, cui Patrum aula reseratur non iniuriæ; C
nam qui nostris curis militat assidua lucubratione, iustè videtur veniam libertatis
intrare: additur etiam perfuncti laboris aliud munus, vt si quo modo ad illustratum,
vel vacantem meruerit peruenire, omnibus debeat anteponi, qui Codicillarijs illustra-
tibus probantur ornari: vnde assolute colligitur Primiceriatus meritis datum vti, vt
in vno, eodemq. titulo dispar esset dignitas æqualitèr acquisita. Animari debes igi-
tur ad labores, quando tibi tale præmium propositum vides, quale se gaudent inuenis-
se summates. Hactenus Cassiodorus, cuius verba nisi ad Norarios directa essent, ma-
gis ad Secretarios Principis dirigenda putarem. Verùm quia Notarij quoque isti
a Cassiodoro descripti post decursum fidelitèr Officium ad Primiceriatus summita-
tem peruenicbant, quod etiam nomen ex nostris Prothonotarijs Decano inditum
aliquando fuit, Gomesio *d* teste, placuit proprerea ipsius Cassiodori verba referre.
At si Primiceriatus Officium, & Dignitatem cognoscere cupis, eundem Cassiodorũ *e* D
perlege: sed magis latè de Primicerijs, Secundocerijs, ac Tertiocerijs, varijsque Do-
mus Augustæ Notariorum denominationibus, officijs, & dignitaribus agit Iacobus
Guther. *f* cuius verba, ne nimius sim, omittenda duxi: multa quoque scitu digna
congerit Gasp. Pancirol. *g* apud ipsum videnda, agit enim de Primicerio Notario-
rum, eiusq. insignibus, & laterculo maiori. Officium verò, & dignitatem Primiceria-
tus militarem fuisse apud antiquos, nedum ex prænarratis auctoribus, sed etiam ex
Imperialibus Sanctionibus in vtroque Codice *h* constat, vbi Alciatus irridendo
Accursium, qui scripsit, Primicerium dictum, quòd primus ferat cereum, veram hu-
ius nominis ethimologiam reddit. Sed Notariorum Primicerium apud Cæsares fuis-
se, sub cuius cura erat notiria omnium dignitatum, & administrarionum, tam ciui-
lium, quàm militarium, Petrus Gregorius Tholosanus *i* scribit. Sigonius *K* verò E
Primicerios fuisse Assessores Romani Pontificis, scribit in hæc verba. *Præstabat eo*
tempore in vrbe opibus, & auctoritate Christophorus Primicerius, siquidem Primice-
rius, & Secundicerius Assessores Pontificis erant, atque latera eius incedentis tege-
bant, & proximum locum post Præfectũ vrbis, siue Ducem tenebant Hæc Sigonius: &
hoc eodem munere fungi Prothonotarios Apostolicos hodie quoque videmus; ete-
nim vbi Summus Põtifex incedir; duo ex antiquiotibus Prothonotarijs eius lateri as-
sistendo fimbrias vestimentorum regunt, & deferunt, vt indicauimus supra.

d in proœm. reg. Cancell. q.1. tit. de Prothonot.

e lib.11. var. cap. 30. & 31. & lib. 6 cap.7.

f de off. Domus Aug lib 3. cap 9.

g in comment. notitia Imper. oriental.

h in C. Theod. lib. 6. tit. 10. de primicer. & not In C. Iustin lib. 12. tit.7. de primicer. & secundicer. & not.

i in synt. iur. ??niu par.3. lib. 47. cap.41. nu.5.

K de Regno Ital. lib. 3. sub anno 768. pag. 132.

CAPVT XIX.

A *De Auditoribus Rotæ*.

POst Summum Pontificem primum obtinere locum Eminentiss. Card. Vicecancellarium propter sceptrum iustitiæ diximus: hoc verò sceptrum à sacri Palatij Apostolici Auditoribus sustineri, regiquè, nemo est, qui neget. Quamobrem post ipsum Vicecancellarium de Auditoribus Rotæ Romanæ dicendum erat; verùm quia Prothonotarij Apostolici inter Romanæ Curiæ Prælatos primum sibi locum, vt vidimus, vindicarunt, ne contra Vlpiani *a* sententiam dignitatis præuerteretur ordo, de Prothonotarijs dicendum antea fuit; nunc autem de Auditoribus dicendum est.

B Gubernium, & directionem iudicij, quod in sacro Palatio per Dominos Auditores exercetur, eorundem Auditorum examen, & receptionem ad Cardinalem Vicecancellarium pertinere, ex Martini V. Sanctione *b* notum fit; quod etiam à Sixto IV. confirmatum legimus, *c* & hodie seruatum videmus: In Palatio enim ipsius Cardinalis Vicecancellarij, toto etiam sacro Cardinalium Collegio, alijsquè Romanæ Curiæ Prælatis, Aduocatis Consistorialibus, & Curialibus interuenientibus, priusquam aliquis ex ipsis Auditoribus ad supremum hoc iustitiæ Tribunal accedere valeat, tanquam in arenam literariam descendit, vt arctissimos vtriusque iuris nodos per iuniores Collegas, & Consistorialis Aulæ Aduocatos, seruata eiusdem Martini V. forma, obiectos soluat, & diluat. Et licèt aliquando hæc Martini Sanctio in desuetudinem abijsset, itaut etiam Card. Camerarius de mandato Papæ Auditores Rotæ per dationem cappæ, rocchetti, & bireti in matriculam receperit,

C vt Bellam. *d* & Gomes. *e* testantur. Attamen Sixtus IV. *f* Vicecancellarium ad sua primæua ira restituit.

Nobilissimi huius Tribunalis origo antiquissima est; etenim vbi à tyrannorum persecutione, & sæuitia Romana Ecclesia pacem obtinuit, Beatiquè Petri, & Successorum dignitas, atque maiestas non amplius sub modio, sed super candelabrum lucere cœpit, nedum priuati viri, sed Principes, & Reges de Beneficijs ecclesiasticis, rebusquè alijs, vel sui natura, siue iuris dispositione, aut ipsorum Principum, et Regum commissione, lites, et causas ab ipso Romano Pontifice cognoscendas, et decidendas remittebant; adeo enim vt Vestrius *g* ait, antiqua nostrorum Patrum deuotio traxit populos, vt vniuersus Orbis, etiam finitimæ Regiones huic spontè sua venirent, nedum peccatorum veniam, sed in eorum controuersijs sacrosancta

D accepturæ responsa. Has verò causas (dummodo Consistoriales non essent) Pontifex per se ipsum, seorsum à Senatu in Capella audiebat, adhibitis in earum expeditionibus Iurisperitis, qui tunc à loco audientiæ dicti fuerunt Capellani, idemquè nomen hodie apud aliquos retinent, Petro Gregorio Tholosano *h* teste; qui etiam cur modò communi vocabulo Rotæ Auditores dicantur, rationem affert, nempe quia in Orbem sedentes controuersias accuratè rotant, et examinant. Et quamuis Ciaconius *i* dicat, à Ioanne XXII. hoc Tribunal institutum fuisse, si de primæua institutione intelligit, eius opinio non recipitur; poterit tamen admitti, si de forma procedendi in hoc Tribunali loquatur; Ioannes enim XXII. Ordinationes ab Auditoribus Rotæ Romanæ, eorumquè notariis seruandas suo diplomate *K* sanciuit, vt suo loco fusius dicemus. Grauioribus verò superuenientibus negociis,

E haud permissum fuit Summis Pontificibus omnes causas per se ipsos modo prædicto cognoscere, ac terminare; quapropter illas committere, et delegare cœperunt per verbum. *Audiat N. iustitiam faciat &c* et hinc Auditores appellati sunt, vt Speculator *l* scribit in hæc verba. *In Curia Romana Auditores dicuntur, qui aliorum vice causas examinant, sed sine illorum mandato potestatem differendi non habent; vnde & generales Auditores Palatij Domini Papæ vice, & loco ipsius Domini causas examinant, & audiunt &c.*

Hinc etiam innotescit, quod ab hoc sacro Auditorio *m* aliàs dictum fuit, nempe

a l. 1. & 2. ff. de alb. scriben.

b Const. 3. §. 15. & 16. Bull. nou. tom. 1. pag. 252.

c Const. 2. §. 4. d. bull. pag. 333.

d decis. 610.

e in prooem. Reg. Cancell. q. 1. tit. Rotæ immutatio, vers. sed Camerarius.

f d. Const. 3. § 4.

g in pract. lib. 2. cap. 17. in prin.

h in syntag. iur. vniu. lib. 15. cap. 42. nu 14. & 15

i in vita Ioannis 22.

K Constit. 14. bullar. nou. tom. 1. pag. 166.

l lib. 1 par. 1. tit de Auditore, n 3.

m decis. 60. & 61. de appellat. in nou.

Auditores habere iurisdictionem habitu, per Commissionem verò exercitium tribui, vt scilicet habitus iurisdictionis ab ipsa Tribunalis origine proueniat, quando simul cum Papa in Capella audiebant, & cognoscebant, ex quo etiam iudices ordinarij in cognoscendo dicti sunt: *a* exercitium verò iurisdictionis recipiunt per delegationem, & commissionem D.Papæ. Quæ quidem delegatio in genere sumpta quamuis ipsi Rotæ Auditorio fiat, tanquam sit vnum corpus, coram quo lites, & causæ illi commissæ pendere dicuntur; ratione tamen faciliotis expeditionis inter ipsos Dominos Auditores particularium causarum diuisiones, & distributiones fiunt, vt ex mente eiusdem Rotæ scribit Seraphinus. *b* Distributiones verò per extensionem rescripti, & specificationem nominis illius, coram quo iudiciales termini seruantur, fiunt processus causarum, & à quo sententia subscribenda est, in Commissionibus à Vicecancellario, siue eius Locumtenente (quem Cancellariæ Regentem vocant) faciendæ sunt, Gomesio *c* teste, qui huius extensionis formulā in hæc verba refert. De *mandato D. N. Papæ audiat Magister N. & iustitiam faciat &c.* idemquè, sed latiùs scribit Matchesanus *d* de Officio Vicecancellarij, & Cancellariæ Regentis. *Si* plura de iurisdictione cupis, Innocentinm VIII. *e* & Virginum Boccacium *f* consule. B

Sed antiquis temporibus sine certa numeri determinatione Rotæ Auditores fuisse scripserunt Gomesius, & Vestrius locis iam citatis, qui viginti vnum, vel plures extitisse, & in duplicem gradum distinctos affirmant; itaut Auditores primi gradus de negocio principali in prima instantia cognoscerent, in quorum locum forrasse successerunt Auditor, quem hodie generalem Cameræ Apostolicæ vocant, & Auditor, quem dicunt Contradictarum, quorum iurisdictio ordinaria est & in prima cognoscunt instantia, vt dicemus infra de Auditore Cameræ. Auditoris verò Contradictarum iurisdictio licèt antiquitùs magna esset, quam etiam Auditores Rotæ magno in pretio habebant, & Auditore Cameræ dignior videretur, ex Mandosio, *g* & alijs ab eo relatis, hodie tamen contra contumaces tantùm, contra quos per contradictas, vel per edictum publicum proceditur, ius dicit, vt Cardinalis Tuschus *h* C notat: sunt autem contradictæ (vt hæc dictio innotescat) citationes per edictum, teste Oldrado. *i* Et hic contradictarum Auditor quandoque Cancellariæ Apostolicæ, & literarum minoris iustitiæ Corrector appellatur, vt Pij V. *K* verba demonstrant, dum huius officij reformationem edidit, post Pium IV. *l* qui similem reformationem statuit, viden. ex ijs etenim, quæ huic Correctori Cancellariæ Apostolicæ nuncupato nunc denegantur, colligi potest, quanta esset illius auctoritas. Auditores verò Rotæ secundi gradus causas in secunda, vel tertia instantia, quas appellationis vocant, cognoscebant, & modò cognoscunt, vt post alios Tholosanus *m* docet. Et hos Sixto IV. sedente quatuordecim fuisse, & ad duodecim redactos ex præcitata eiusdem Pontificis Constitutione *n* liquet, dum ita loquitur. *Statuimus, & ordinamus, quòd dictorum Auditorum, & Locumtenentium eorundem numerus, qui ad præsens quatuordecim esse perhibentur, de cætero duodenarius dumtaxat existat &c.* D

Tanta etiam apud Iurisperitos præsertim in Curia causarum Patronos, & Aduocatos huius Tribunalis vota, quæ decisiones appellant, in precio, & existimatione sunt quanta, vt Grauatius *o* notat, Pythagoræ apud Pythagoricos fuit, vt nullus non satis esse putet dicere; *sic Rota definiuit*. Nec solùm apud Iurisperitos, aliosuè priuatos viros huius Tribunalis opinio plurimùm valet, sed etiam veluti ad Stellarum duodecim lucidissimam Coronam Summi quoque Pontifices oculos non ratò conuertunt, & in grauioribus Romanæ Sedis negocijs consilium petere non dedignantur; hinc etiam velut ex amœnissimo viridario flores legunt, qui purpureo exornati colore, vt odor balsami sint in conspectu Dei, & hominum, itaut seclusis etiam alijs animi dotibus, satis perspicuum esse, magnamque virtutis, & obsequij opinionem apud omnes excitare sentiamus, si dicatur, è sacro Rotæ Auditorio ad sacram Purpuram, & inter Vaticanos Senatores hic euectus, & ascitus est. E

Sed postquam de promotione incidit sermo, non omittam, quòd si ex Auditoribus Rotæ ad Episcopatum, Archiepiscopatum, Patriarchatum aliquis promoueatur, locum in Rota, & nomen Auditoris amittet; ita Innocentio VIII. *p* placuit. Sed hoc ita intelligendum est, si Dignitates prædictæ personalem requirant residentiam, secus autem si non requirant, puta si in partibus infidelium existant; tunc enim locum in Auditorio retinent, at non amplius Auditores,

a Verall. decis. 388. nu. 3. par. 3.

b Decis. 318. nu. 1. & 2.

c In compend. vtriusque signat. pag. apud me 153 iuxta paruam impress.

d In tract. de commiss. par. 1. cap 4. nu. 28. & 32.

e in Const. 13. Bullar. nou. tom. 1. pag. 385.

f In Comment. ad Const. March de contr. minor. glos. 4. à nu. 61. vsque ad 80.

g in reg Cancel. reg. 7. q. 2. nu. 8. & 9.

h in suis conclus. in verb Auditor, conclus 557. n. 5.

i cons. 130. nu. 9. vers. non obit.

K Const. 90. in princ. Bullar. nou. tom. 2. pag 291.

l Const. 54. Bullar. nou. tom. 2. pag. 73.

m In syntag. iur. vniu. lib. 15. cap. 42. nu. 13. & 14.

n Const 2. §. 2. vers. statuimus.

o in notis ad Vestrium pract. lib. 2 cap. 17. num. fin.

p Const 6. Bullar. nou. tom. 1. pag. 378.

tores, sed Locumtenentes dicuntur, Sixto IV. *a* ita mandante. Neque ex hac promotione, vbi pro tribunali in orbem omnes sedent, locum ratione dignitatis mutant, sed eundem retinent; & ita decisum restantur Seraphinus; *b* in alijs verò publicis, & priuaris actibus, ac sessionibus extra Rotam omnibus alijs etiam Decano præcedunt, vt Gratianus *c* scribit, & nos vidimus ita seruatum
A cum R. P. D. Sacrato ad Archiepiscopatum Damascenum, & cum R P.D. Manzanedo ad Patriarchatum Hierosolymitanum promotis, qui eodem loco sedebant in Rota, Locumtenentes dicebantur, & alijs Collegis extra Tribunal præcedebant, etiam Decano, vt diximus.

Decanus verò huius Collegij est antiquior ex ipsis, & ad hanc dignitatem adipiscendam non attenditur tempus receptionis, sed vacationis, itaut præsens in Curia licèt iunior præferatur antiquiori absenti, dum tamen ex causa publica, & de mandato Pontificis non absit; ita enim a Paulo IV. *d* sancitum legimus. Neque sufficit de licentia Papæ abesse, quæ aliàs facit præsumere præsentiam in Curia, vt eadem Rota dixit apud Puteum: *e* nam vera præsentia requiritur, vel ob causam publicam, & de mandato Pontificis absentia; ita enim a Paulo V. habito quinque Cardinalium voto, Decanatu vacante per obitum R.P D. Peniæ, absente a Curia
B non ex causa publica, sed tantùm de licentia Papæ R P.D. Sacrato, & præsente in eadem Curia R.P.D Coccino licèt vltimo loco in Tribunali recepto, ad eius fauorem decisum fuit anno 1612. Quæ quidem decisio locum haberet, etiamsi omnes Auditores consentirent, absentem haberi in omnibus, & per omnia pro præsenti, vt nihilominus Decanatum assequi non valeret, quia cum hæc dignitas ob vtilitatem publicam constituta sit, ex Vlpiani responso, *f* priuatorum pactis ius publicum lædi non potest; *g* & ita decisum affirmat Cherubinus iunior. *h* Neque hanc dignitatem assequi valent, qui in Rota Locumtenentes dicuntur, Marchesano *i* teste, dum ait; *quando sunt Episcopi, non Auditores, sed Locumtenentes nuncupantur, quàm uis in omnibus eandem habeant authoritatem, perinde ac si Auditores forent, ac vocarentur, nec illa differt ab alijs, nisi quòd Rotæ Decani esse non possunt*. Hæc
C Marchesanus, quæ a Mandosio *K* mutuatus est. Decanus verò, præter alia priuilegia, quibus decoratus est, in illo maximè elucet, vt Pontifice solemni pompa incedente, & celebrante, Thiaram, quam Mitram dicunt, custodiat, quod munus antiquiori æuo Pœnitentiariorum Decanus explebat, vt post Samensem Tholosanus *l* scripsit, & huius dictionis ethimologiam attulit. Sed quiescat parumper Decanus, dum totius Collegij priuilegia recensenda sunt.

In hoc totius Orbis celeberrimo Collegio referendi, seu recipiendi non sunt nisi Doctores, qui post Doctoratus gradum per triennium saltem Lectoris, vel Aduocati munus exercuerint, ac bonæ opinionis, & famæ sint. In bonis temporalibus ducentos florenos auri, quos vocant de Camera, annuarim habeant, ex quibus in Romana Curia decentèr se manutenere possint: sed hæc summa antiquiori æuo,
D nempe Martino V. sedente, qui hoc edixit, *m* fortasse satis erat, nam hodie nec mille sufficiunt.

Vbi autem quis fuerit de Pontificis mandato designatus, priusquam vlterius in admissione procedatur, Collegij huius Decanus diligentem in præmissis faciat inquisitionem, cunctaq. Vicecancellario fidelitèr referat, ex cuius ore Pontifex veritatem hauriat, admissionemquè, vel receptionem statuat. §. 15.

Si fuerit admissione dignus, Decretalem, siue legem assignatam publicè interpretetur, argumenta a Collegis, & Consistorialibus Aduocatis obiecta diluat. §. 16. & supra etiam diximus. Et si in hoc etiam agone scientiæ, virtutisq. certum dederit testimonium, tunc Cardinalis Vicecancellarius iuramentum iuxta formam a Ioanne XXII. *n* traditam ab ipso Candidato recipiat in hæc verba. *Ego N Auditor ab hac*
E *hora in antea fidelis ero B. Petro, S.R.E. & Domino meo D.N. & eiusdem successoribus canonicè intrantibus. Non ero in facto, consilio, vel consensu, quòd vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium, quod per se, vel alium nuncium suum, seu litteras mihi credituri sunt, signo, verbo, vel nutu, me sciente ad eorum damnum, seu præiudicium nemini pandam, & simpliciter sic sua, quæ secreta esse cognouero, seruabo secretè, quòd nulli personæ, de qua credam sibi displicere, si ea reuelarem, ipsa manifestabo scientèr. Si damnum eorum tractari sciuero pro posse meo impediam, ne fiat eisdem; si per me impedire non possem, per nuncium, vel literas eis significare curabo, vel illi, per quem citius ad eorum notitiam deducatur.*

a Const. 1. §. 1.

b decis 716. n. 16

c Discept. forens. lib 1. cap. 298.

d Consti. 61. Bullar. nou. tom. 1. pag. 89.

e Decis. 103. lib. 3. in nou.

f In l. 1. §. huius studij ff. de iust. & iur.

g l. 39. ff. de pact.

h ad bullam Pij IV. 61. sinel 2.

i de commiss. par. 1. cap. 5. num. 92.

K in com. causa super benef in verb. seu illorum locumtenentibus.

l in syntag. iur. vniu. lib 15. cap. 21. num. 13.

m Const. 3. §. 14. Bullar. nou. tom. 1. pag 252.

n Const. 14 § 8 Bullar. nou. tom. 1. pag. 167.

Papatum Romanum, & Regalia B Petri, & omnia iura Romanæ Ecclesiæ, quæ habet vbicumque, manutenebo totis viribus, & defendam. Negocia, & officia mihi à D.Papa, vel D.S.R.E Vicecancellario commissa, vel committenda fidelitèr geram, & sollicitè exercebo, & specialitèr officium Auditorum sacri Palatij, reddendo iustitiam vnicuique, dona, vel munera, seu xenia, aut obligationem, vel promissionem super illis per me, vel alium, seu alios, à partibus coram me causam habentibus, seu earum aliqua, vel à Notarijs deputatis ad scribendum coram me acta dictarum causarum, vel alijs pro eisdem, seu eorum nomine non recipiam; quinimò omnes familiares, & officiales meos omni diligentia, qua potero, faciam abstinere. Nec etiam pro sigillo meo, nec pro rubricis faciendis, in causis, in quibus sum, vel fuero deputatus Auditor, nec alio quæsito colore aliquid percipiam, nec à prædictis meis Officialibus, seu familiaribus recipi permittam. Consilia quoque Coadiutorum meorum secretè data secretè tenebo, vsque quo in causa sententia sit prolata. Supradicta omnia, & singula promitto, & iuro attendere, & obseruare, sine omni dolo, & fraude: sic me Deus adiuuet, & Sancta Dei Euangelia &c. A

Præstito igitur modo præmisso iuramento, sequitur idem Pontifex Ioannes XXII. legem, nedum ab ipsis Auditoribus seruandam præscribere, sed etiã à Notarijs eiusdem Tribunalis, à quibus etiam iuramentum, iuxta formam hic traditam *a* præstandum est. B

a d Const. 14. §. 18.

Sed nos ad priuilegia reuertamur. Ob assiduos studiorum labores, literas Apostolicas, tam gratiam, quàm iustitiam concernentes sacri Palatij Auditores gratis expediunt, Leone X. *b* mãdante. Quod etiam priuilegium à Clemente VII. *c* confirmatum legimus, additis etiam alijs multis.

b Const. 3. Bullar. nou. tom. 1. pag. 471. §. 2. & 3.
c Constit. 13. d. Bullar. & tom. pag. 577.

Horas canonicas, etiam ordine non seruato recitandi, Missam ante diem celebrandi, Capellam propriam visitando stationum Vrbis Indulgentias consequendi; carnes diebus quoque vetitis de consilio vtriusque medici comedendi.

A Legatorum, Ordinariorum, aliorumuè iudicum iurisdictione, & superioritate, solutione etiam Decimarum, pedagiorum, gabellarum, aliorumuè onerum exempti sunt, & immunes. C

Nec huiusmodi priuilegijs per literas Apostolicas, habentes etiam clausulam, *quorum tenores, &c.* & alias quascumque clausulas, & decreta, derogatum censetur. Auditores enim, & Locumtenentes Rotæ non sunt in derogationibus comprehensi, nisi eorum nomina, & cognomina fuerint expressa, vt latiùs in præcitata Clementis VII Constitutione.

Paulus quoque III. *d* prædecessorum Pontificum priuilegia confirmauit, & à gabella vini exemptos dixit in alia Constitutione. *e*

d Cõst. 12. d. Bul. & tom. pag. 633.
e Const. 75. Bullar. vet. pag. 487.

Flauius autem Cherubinus *f* non inutilè quærit, an hæc priuilegia Auditoribus concessa operentur à die scientiæ, vel à die adepti Officij? Solutionem affert eadem Rota Romana coram Puteo *g*, dicens à die adepti officij Verùm ista decisio in meocodice loquitur de Referendarijs, & determinat, priuilegia illis concessa habere locum, etiam ipsis ignorantibus; quàmuis regula sit, vt non quæratur alicui priuilegium, nisi à die scientiæ; siquidem hæc regula procedit, vbi priuilegium alicui personæ priuatæ datum sit, secus autem, vbi ratione Officij concedatur. Et ideo si detur expectatiua alicui nondum Auditori, & gratia purificetur, quando iam est Auditor, priuilegijs Auditoribus Rotæ concessis gaudere debet, Gomesio sic affirmante, *h* & rationem sui dicti reddente, quia priuilegium Auditoribus Rotæ concessum, non priuatas personas, sed Collegium respicit, & ideo quandocumque quis efficiatur Auditor, priuilegijs gaudet. Sicuti etiam indulta per modum Constitutionis concessa immediatè post concessionem operantur, ex eiusdem Rotæ decisione Puteo referente. *i* D

f In compend ad hanc const. 12. schol 1.
g Decis. 21. in nou. lib. 2.
h In repet. c. statutum, num 120. de rescript. in 6.
i decis. 141. n. 1. lib. 2. in nou.

Varias quoque mutationes circa modum informandi hos DD. Rotæ Auditores à Curialibus inuentas fuisse, testatur Gomesius, *K* dum ait, tempore Sixti IV. datis per Auditorem dubijs, Aduocati de iure in scriptis respondebant: sub Alexandro VI. ter in hebdomada ad ius reddendum Auditores sedebant: Clemens VII. ad ad duas reduxit vices, qui modus etiam nunc perseuerat, Lunæ scilicet, & Veneris, in quibus si festum intercedat, dies Mercurij succedit, at si omnes hi tres dies feriati existant, tunc celebratur in Sabbato, & Rota Martiniana dicitur. Paulo III. sedente, quo tempore ipse Gomesius Rotæ Auditor erat, modus informandi valdè immutatus fuit, vt collitigantiũ iura in scriptis tantùm darentur, & hunc modum Pa- E

K In præm. reg. Cancell. sic Rotã immutatio, vers. & quod est.

pæ

pæ primùm, deinde toti Curiæ placuisse, idem Gomesius ait, & à Nerone seruatum testatur Suetonius *a* his verbis. *In iurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die, ac per libellos non temerè respondit, in cognoscendo morem eum tenuit, vt continuis actionibus omissis, singulatim quæque per vices ageret: quoties autem ad consultandum sederet, neque in commune quicquam, neque propalam deliberabat, sed & conscriptas ab vnoquoque sententias tacitus, ac secretò legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronunciabat.* Hæc Suetonius. Verùm vt diebus singulis Auditores Rotæ ad audiendū sederent, Ioannes XXII. *b* iussit his verbis, *Item quòd Auditores prædicti bona hora diebus singulis iuridicis ad Palatium cōueniant, & immediatè post pulsationem campanæ, quę pulsatur ad horam tertiarum in Ecclesia Cathedrali, incipiant sedere ad audiendum causas, & dictum Palatium non exeant, donec partes satisfecerint suis terminis coram eis.* Hæc Ioannes. Hodie verò, vt diximus, bis tantùm in hebdomada ad Palatium eunt, vbi locum certum habent ab Innocentio VIII. in ædibus à se constructis quondam assignatum, quas quidem ædes, vt Basilicam Principis Apostolorum ampliorem, & magis ornatam redderet, Paulus V. euertit; quapropter immortalis memoriæ Vrbanus VIII. alium tanto Tribunali in Palatio Vaticano locum assignauit, vt sequens inscriptio designat:

a in vita Neron cap. 15.

b in præcit. Const. 14. §. 3.

D. O. M.
VRBANVS VIII. PONT. MAX.
ROTAE TRIBVNAL
SVIS PRISCIS SEDIBVS
OB INNOCENTIANAS AEDES SOLO AEQVATAS
ORBATVM
CERTO DOMICILIO RESTITVIT.
ANNO SALVTIS MDCXXVII.
PONTIF. VI.

Ad hunc autem Tribunalis locum ita nunc accedunt instructi, vt datis postulantibus dubijs in causa emergentibus, illisque reis transmissis, biduo ante Rotam partium collitigantium procuratores, & aduocatos verbotenus audiant, ad vesperas eiusdem diei iura (facti, & iuris informationes vocant) in scriptis recipiunt, vt per diem ante sessionem studio causarum vacare possint; neque ipsis collitigantibus has in scriptis informationes denegant, vt si quid præter iam deductum occurrat, supplere valeant: his ita peractis, & visis iuribus, ante lucem vt plurimùm ad Tribunal in Vaticanum eunt, vbi supra talarem togam nigri coloris vestem albam (rocchettum vocant) & cappam latam induunt, & in orbem sedentes controuersias accuratè rotant, examinant, & decidunt: causarum verò resolutiones eodem ferè modo, quo antiqui vtebantur, caracteribus quibusdam designant, *K.* condemnationem, *A.* absolutionem, *N. L.* non liquet, significant, vt Petrus Crinitus *c* antiquorum morem referens testatur. Præfatum verò indumenti genus à Ioanne XXII. *d* statutum legimus, dum ait *Statuimus, & ordinamus, quòd Auditores sine cappa, & roquetto in loco, vbi residet Curia, in publico non incedant, &c.*

c lib. 6. de honest. discipl. cap. 8.
d in præcit. Const. 14. §. 1.

Alias quoque leges idem Pontifex fixit, quarum maior pars etiam ad hæc nostra tempora seruatur, nempe.

Dies feriales sibimetipsis Auditores ne dicant, sed illas tantùm seruent, quæ vulgò festa Palatij appellantur, quarum etiā Cathalogus inter Curiales circūfertur §. 4.

Vbi ius reddendum est, Cardinalium obsequijs ne vacent, & hodie adamussim seruatur. §. 5.

Munera ne recipiant: quò etiam respexit Innocentius VI. dum illis menstrua salaria constituit, ne largitionibus deprauati (vt scribit Ciaconius *e*) in quæstionibus cognoscendis deficerent; famelicos enim non facilè ab alieno cibo abstinere dicebat, si esset quouis modo edendi facultas ablata. Vota secretè teneant vsque ad promulgationem sententiarum; contrarium si fecerint, prima vice per mensem suspendan-

e in vita.

ſpendantur ab ingreſſu Palatij, ſi iteratò in eandem culpam inciderint, perpetuò ab Officio repellantur. §. 6.

In cauſis proponendis antiquior incipiat, cæteri per ordinem ſequantur. §. 9.

Sine voto aliorum, & conſilio nemo Auditorum ſententiã proferat. §. 10. Et hinc, ni fallor, factum puto, vt ex approbato huius Tribunalis ſtylo cauſæ commiſſæ vni ex Auditoribus, vt eas ſolus, & extra Rotam audiat, & decidat, ſine voto tamen aliorum, & niſi facto verbo in Rota, non expediantur. A

Alia ſi cupis, Conſtitutionẽ prędicatam legas, prout illam legiſſe Ciaconium exiſtimo, dum ait, *a* ab hoc Pontifice inſtitutum fuiſſe hoc ſacri Palatij Apoſtolici Tribunal; cuius tamen opinio, ſi de primæua inſtitutione loquatur, ex ijs, quæ Gomeſius ſcribit, & nos ſupra retulimus, admittenda non erit; ſi verò de forma in hoc Auditorio, & ab Auditoribus ſeruanda, ex contentis in hac Sanctione apparet non erraſſe.

a in vita Ioannis XXII.

Sed & varias ab alijs quoque ſummis Pontificibus ſuper modo procedendi in hoc Tribunali latas fuiſſe leges, & Sanctiones, prȩter iam relatas, habes Pij IV. *b* & Pauli V. *c* Conſtitutiones videndas: vide etiam, ſi placet, & tempus ſuppetit, Lęlium Zecchium; *d* nos enim hęc de Auditoribus Rotę dixiſſe, ſatis eſſe putamus.

b. Conſtit. 44. Bullar. nou. tom. 2. pag. 58.
c. Conſt. 71. §. 5.
d. Bullar. tom. 3. pag. 268.

Eſſet nunc de Referendarijs, tanquam & ipſi ad ius reddendum, & iuſtitiam exequendam à Vicecancellario delegati, dicendum; ſed aptiori loco, vbi de Cardinali Præfecto Signaturę iuſtitię ſermo erit, hos referendos duxi. B

Et ad ſecundam partem facultatum eiuſdem Eminentiſſ. Card. Vicecancellarij grariam reſpicientium, expeditionem ſcilicet literarum Apoſtolicarum, quę in Cancellaria celebratur, iam deueniendum putaui.

d. de Republ. Eccleſ. in tit. de Prȩlatis, cap. 11:

Non omittam tamen aliquid enarrare de Correctore Cancellarię Apoſtolicę, qui hodie Auditor Contradictarum appellatur, ſeu literarum minoris iuſtitiæ, vt ex verbis Pij V. *e* apparet. Hic enim Corrector Cancellarię locum habebat in Parco maiori poſt Vicecancellarium, illiq; aſſiſtebat in expeditione literarũ, quemadmodum alij Abbreuiatores; ex quo orta fuit controuerſia inter ipſum Correctorem, & Abbreuiatores de Parco maiori, an dignitas ipſius Correctoris eſſet Collegialis, ita ut ipſe quoque eſſet iudicandus tanquam vnus de Collegio Dominorum Abbreuiatorum; quę controuerſia cum commiſſa fuiſſet R. P. D Seraphino tunc Rotæ Romanę Auditori, hanc voluit alijs quoque Collegis, & Auditoribus communicare, vt inde maturiùs emanaret deciſio, quam habes impreſſam *f* Ex qua colliges primò, hanc Correctoriam fuiſſe per multos annos collatam vni ex Abbreuiatoribus, & tunc ſedebat in Parco in loco digniori poſt Reuer. D. Regentem, ſupra cęteros DD. Abbreuiatores, vt in principio deciſionis. Hoc autem fiebat tempore Martini V. quia tunc literę iuſtitię expediebantur in prȩſentia Vicecancellarij, quemadmodum literę gratię, vnde dandus erat locus Correctori, in quo commodè aſſiſteret ipſi Vicecancellario, tum etiam quia hoc tempore Abbreuiatores erant laici, & vxorati, & ideo decentiæ gratia datus fuit locus dignior Correctori, vt num. 12. Secundò colligis, Correctoriam non eſſe dignitatem Collegialem, & non prȩcedere Abbreuiatoribus. nu. 6. Tertiò colligis, Correctorem tractare materias iuſtitiæ, Abbreuiatores verò gratiæ. Quartò Correctorem poſſe habere ſedem in Parco, quam habebat ex antiqua conſuetudine, non tamen digniorem, ſed ſeruandum eſſe ordinem antiquitatis, vt fieri ſolet in ſacro Collegio Eminentiſſ. Cardinalium, & in Tribunali Rotæ. nu. 16. & 17. Rota autem cur diuerſimodè quandoque iudicet, rationem affert Theſaurus *g* videndus.

e Conſt 90 Bullar. nou. tom. 2. pag. 291.
f deciſ. Seraph. 716. per tot.
g in prȩfatio. ad ſuas deciſ n. 33.

C

D

E

CAPVT XX

De Cancellaria Apostolica.

A CAncellariæ nomen à Cancellario deductum puto; Cancellariorum verò Officium antiquissimum, & apud Cæsares fuisse, Honorij, & Theodosij Imperatorum, qui anno Christi 417 regebant Imperium, verba demonstrant, *a* ibi, *nullus iudicum ad Prouinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici, vel Cancellarij nomen imponat, &c.* Sed hoc etiam Scribas sedentiarios appellatos fuisse docet Iacob. Guther. *b* videndus, quia locum Philonis Iudæi satis insignem refert. Cancellaria autem dicitur locus, vbi acta iudiciaria scribuntur, & asseruantur, ex Pauli IV Sanctione, *c* qua Cancellariæ Status Ecclesiastici Cameræ Apostolicæ applicantur. Verùm nos de istis Cancellarijs non agimus, sed tantùm de Cancellaria Apostolica, vbi literæ Apostolicæ ab Officialibus, & Ministris Pontificum expediuntur, & cui Eminentiss. Card. Vicecancellarius præest; de cuius origine nihil certum habeo, sed antiquissima censenda est,

B cum ante Lucium III. qui anno salutis 1181. Pontifex creatus fuit, Cancellaria iam esset, vt eius verba indicant. *d* Sed ante Ioannem XXII locum hunc informem, & nulla certa lege determinatum fuisse, scribit Gomesius; *e* hic enim Pontifex primus omnium Regulas Cancellariæ instituit, ordinauitque, & vt Domui suæ rem angustam iuuaret, Beneficiorum etiam electiuorum reseruationes, & taxas, quibus examinarentur, nec non Beneficiorum Annatas inuenit, ex quibus adeo magnos prouentus sibi, & Ecclesiæ comparauit, vt moriens vigesies quinquies centum millia nummum aureorum reliquerit, vt ipse Gomesius, alijq. multi ex historicis testantur, præcipuè, tamen Polydorus Virgilius, *f* qui etiam declarat, quid sibi velit hæc dictio, *Annata*, & primos fructus vnius anni Beneficiorum vacantium, & conferendorum esse ait; videndus Seraphinus: *g* Nec admittit Virgilius opinionem Gomesij, & aliorum, quos recentiores vocat, dicentium, annatas istas à Ioanne XXII. introductas; si-

C quidem Beneficiorum Annatas sub Innocentio IV. & Alexandro IV solutas fuisse, Hostiensem (qui Pontificibus istis valdè gratus, & ab Vrbano IV. successore anno 1261 mense Decembri sacra Purpura decoratus, 8. Idus Nouembris 1281. hominem exuit, teste Ciaconio *h*) suis monumentis non sine reclamatione consignasse, idem Polydorus scribit in hæc verba *De qua quidem re* (Annatis scilicet) *vt grauissimè reclamatum fuisse testatur Henricus Hostiensis, qui cum Alexandro IV. Pontifice vixit, sic vt Franciscus Zabarellus tradit, posthæc in Concilio Viennensi, quod Clemens V. anno salutis 1311. Pontificatus VII. indixit, agitatum fuisse, vt deposito Annatarum onere, vigesima pars vectigalium Sacerdotalium penderetur quotannis Romano Pontifici, &c.* Zabarell. verba sunt hæc. *i Ioannes Andreas dicit, quòd pluriès clamauit, in tantum quòd de hoc fuit sermo in Concilio Viennensi scilicet,*

D *quòd Curia reciperet vicesimam redditum Clericorum totius Orbis ad substentationem Papæ, & Cardinalium, & nihil exigeret à Prælatis, qui promouentur, exceptis taxatis salarijs laborantium, & Scriptorum, & similium, & tunc prouideret Legatis, & Nuncijs, quos mittit, & abstineret ab exactione fructuum primi anni, & ab exactionibus Decimarum, & similibus, quæ quotidie pullulant, dicit etiam, quòd Prælati deliberarunt in Concilio, & fortè benè, quod tanta viget insatiabilis cupiditas, quòd si hoc fieret, illud, & illa perciperent.* Hæc Zabarel. Verùm hodie medietatem fructuum Beneficiorum, quæ dimidia Annata dicitur, in Cancellaria solui, scribit Roder. de Quesada, *K* subdens, hanc dimidiam Annatam hodie subrogatam esse in locum illius redecimæ, quam olim Leuitæ de omnibus decimis summo Sacerdoti soluebant, vnde minus grauantur Clerici huius temporis, quàm antiquitùs, vt docet

E Thom. Campeg. *l* Et ideo ne summus Pontifex in hac solutione deciperetur, Vrbanus IV. prædictam Cancellariæ Regulam in ordine 55 de exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus, edidit, quam postea Clemens VI. Vrbani successor, & cæteri quoque Pontifices confirmarunt, Gomesio *m* teste: licèt ad omnes Ecclesias extensa non esset, prout Bonifacio IX sedente extensa fuit, Mandosio *n* referente; Anglis tantùm exceptis, qui suis minoribus Sacerdotijs, quando ea Pontifex dabat, id imponendum non esse obtinuerunt, vt Polydorus Virgilius *o* scribit; & ad rem faciunt, quæ Cherubinus iunior obseruat *p* Hodie

a l. nullus iudicum, C. de assess. dom. & Cancell.
b de offic. Dom. Aug. lib. 2 cap. 13. vers. duo sunt genera.
c Const. 10. §. 11. & alibi Bullar. nou. tom. 1. pag. 725.
d in c. ad hæc, 10. de rescript.
e in reg Cancell. in proœm. q. 1. circa fin. pag. apud me 7. vers. redeamus.
f de rer. inuentor. lib. 8. cap 2.
g decis. 1410. num. 13.
h in vita Vrbani IV. in prima Cardinaliū creatione num. 1.
i in c. inter cætera, nu 2 vers. Io. Andr. dicit, de off ordin.
K in not. ad reg. Cancell 55. de expr. m. valor. Benef vers. secunda consa.
l tract de annat. enstit cap. 1. in princ. inter tract. Doct. tom 15. par. 2.
m in comment. ad hanc reg. in princ.
n in tract. annales casus, §. 6 nu. 167. & seq.
o loco iam cit. ad fin.
p ad Const. 17. Pauli IV. schol 1. & 2.

Hodie verò non est amplius hac in re hæsitandum, cum nouissimè habeamus Sixti V Sanctionem, *a* qua post confirmationem aliarum Sanctionum hac de re à Paulo II III. & IV. & Pio V. editarum, Annatas istas ad quæcumque Beneficia etiam per Ordinarios quomodolibet vnita, quàmuis sint Monasteria monialium, & Hospitalia, extendit, redditurque ratio, quia cum ex hac vnione illatum vacatio sperari amplius non possit, vt damnum propterea ex hoc Cameræ Apostolicæ, & Collegio Cardinalium, Romanæ Curiæ Officialibus emergens sarciatur, vt ibi § 2. & ita dixit Rota coram Seraphino, *b* vbi alia multa de Annatis, & ideo videnda. Quamobrem rectè à Mandosio *c* reprehenditur quidam glossator *d* Pragmaticæ Sanctionis, dum ait, Annatam introductam fuisse contra totius iuris Diuini, & humani dispositionem; siquidem satis legitima causa videtur, dum ex illis Summorum Pontificum, & Sedis Apostolicæ indigentijs succurritur, qua ratione etiam charitatiua subsidia fuerunt introducta, vt post alios, quos refert, Comesius *e* scribit; & Hostiensis, qui supra in cōtrarium à Pollydoro adducitur, pro validitate, & licita Annatarum exactione scripsisse videtur, *f* dum ait. *Potest Prælatus cum Capitulo suo ante collationem factā publicè, & palàm, vt omnis tollatur suspicio, pro iusta causa, & necessaria ad tempus licitè retinere prouentus Beneficiorum vacantium*: & redditur ibi ratio videnda. A

Quapropter si Prælatus hoc in Beneficijs agere potest, multò fortius Papa, cuius auctoritas omnem simoniæ labem cessare facit in ijs, quæ de iure positiuo, aut ordinatione Ecclesiæ vetita essent, Mandosio *g* teste. Adde etiam, non solùm per se ipsū, & ad commodum Sedis Apostolicæ Summum Pontificem has Annatas exigere posse, sed etiam Principibus laicis illarum exactionem ex causa concedere, prout à Bonifacio VIII. post relatum in albo Sanctorum Ludouicum Galliæ Regem (quæ solemnitas in Vrbeueteri Patria mea celebrata fuit anno à partu Virginis 1297. vt in data eius Constitutionis *h* legitur) Philippo Pulchro dicti S. Ludouici filio concessas fuisse testatur Petrus Greg. Tholos. *i* quia Papæ voluntas pro ratione in Beneficialibus habetur, cum in illis habeat plenitudinem potestatis, vt Hieronymus Gigas *K* affirmat. Sed iam satis de Annatis dictum, reuertendum est igitur in viam, ad Cancellariam scilicet, quam diximus à Ioanne XXII. formam, & certas leges accepisse, & ideo huius harmoniæ laus tota ipsi Ioanni tribuenda erit; fuit enim inter cæteros mortales non solùm eruditus, sed impensè curiosus, Franciscο Petrarca *l* teste, qui addit, repertoria, seu indices sibi ordine alphabeti confecisse, quibus facilè res omnes in promptu, & ad manus haberet. Verùm Ioannes in suis Regulis id vnum egit, vt Abbreuiatores instrueret, quomodo literas in Cancellaria iuxta Supplicationum varias signaturas deberent expedire, quas Summi Pontifices deinde magis auxerunt vsque ad Nicolai Papæ V. tempora, qui omnium Pontificum primus prædecessorū vtiliores Regulas colligens, ac plures alias iudiciales addens, eas omnes in eo statu, in quo nunc reperiuntur, deduxit, quem Successores pro se quisque sequuti sunt, itaut statim atque quis Summus Pontifex renunciatus est, Regulas Cancellariæ promulgari mandat, vt ex Sarnensi *m* liquet. Libros verò, in quibus Beneficia taxata sunt, & quibus etiam Cancellaria in expeditione literarum Apostolicarum vtitur, à prædicto Ioanne XXII. inuentos fuisse, ex coniectura satis probabili (nempe florenorum mentione, quæ ibi fit, & cuius monetæ nomen sub eodem Pontifice inuentum fuisse constat) idem Sarnensis *n* colligit, subdens postea, librum primum taxarum Officialium à Pio II. propter nouam creationem Abbreuiatorum ampliatum fuisse: Sixtus etiam IV. qui longè plura noua Officia creauit, easdem taxas locupletiores reddidit: Leo X. qui pariter innumerabilia Officia noua induxit, eas in immensum creuit. Silentio tamen inuoluendum non erit, quamplures à solutione taxatum Cancellariæ exemptos esse; præsertim Summi Pontificis, & Cardinalis Vicecancellarij familiares, ita Sixto IV. *o* mandante. Cum autem de Cancellaria satis dictum videatur, ad Officiales in ea interuenientes deueniendum est.

a Const. 33. bullar. nou. tom. 2. pag. 533.

b decis. 1410. num 14.

c tract. annales rasits, nu. 168.

d Cosma Guymyer. ad prag. Sanct. Caroli VII. super Decret. Concil. Basilien. tit. de Annat. in verb. Annatarum, pag. apud me 151. à terg.

e in comment. ad reg. Cancell. de valore exprimen.

f in sum. tit. vt benef. eccles sine dimin. confer. vers. quàmuis autem.

g loco supra proximè cit.

h Const. 6. Bullar nou tom. 1. pag. 162.

i in syntag. iur. vniu lib. 15. cap. 38. nu. 7 & seqq.

K tract. de pension q 5 nu. 10.

l lib 2. rer. memor. tract. 3. cap 13.

m in prooem. Reg Cancell. q. 1. ad fin.

n in comment. ad Reg. de valor. exprimend. in princ. post med.

o in Const. 16. §. 12. Bull. nou. tom. 1. pag. 357.

CAPVT

CAPVT XXI.

De Cancellariæ Regente.

A HVius nominis, Regentis, ethimologiam pluribus exornat Mandosius, *a* quę
si cognoscere cupis, & otio vacas, apud ipsum vide; nam etsi de Regente in
locum Auditoris Cameræ suffecto loquatur (quod quidem Officium a Paulo IV.
erectum, & institutum Pius IV. successor substulit, & destituit) nonnulla tamen ad
hunc Cancellariæ Regentem referri possunt. Sed magis aptè ad rem nostram idem
Mandosius *b* scribit in hæc verba. *Regens Cancellariæ absque manu Referendarij,
& Cardinalis, vel alterius Præpositi ad signandum Commissiones iustitiæ, signare,
& expedire poterit ex eius propria facultate, hoc modo videlicet, Audiat Magister
Iulius, citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat, &c.* Cuius facultatis
fundamentum in reg. 3. de potestate Vicecancellarij, & Cancellariæ Regentis habes.
c Et omnes causas, quæ sunt de communi iustitia, posse Cancellariam committere,
& per consequens potestatem absoluendi, dixit Rota Romana apud Bellamer. *d* in
B quibus tamen opus est plenitudine potestatis Papæ, vt committere causam penden-
tem in partibus, Cācellaria manus non apponit; vt Felinus *e* ait: Sed alias quidem
causas, quas Cancellaria committere valeat, vel nequeat, enumerat Marchesanus *f*
videndus. Reddit etiam ibi rationem, quare hodie Vicecancellarius per se ipsum
Commissiones non signet, quam rationem ignorare scribit Gomesius; *g* air enim
Marchesanus. *Quia Vicecancellarius tot, tantaue negotia explere non valet, cum præ-
sertim vltra ea, quæ Officium Cancellariæ tangunt, ratione purpureæ Dignitatis alijs
etiam arduis rebus sit impeditus*; prout Eminentissimus, ac Reuerendiss. D. Franci-
scus Card. Barberinus in Pontificatu Vrbani Octaui, qui eiusdem Pontificis nepos,
toti Ecclesiasticæ Ditioni præpositus, & in maximam Pastoralis solicitudinis par-
tem à patruo ascitus, aliorum ministrantium ope, & labore iuuandus, subleuandusq;
C fuit, & Regentis Cancellariæ Officium fuit instituendum: qui quidem Regens nedum
Commissiones, vt diximus, signaret, sed literis Apostolicis in Cancellaria expedien-
dis, ea qua decet vigilantia, & animaduersione præesset.

Quod attinet ad Commissiones signandas, sciendum est, Regentem nedum in
causis, quæ vigore suarum facultatum Vicecancellarius committit, sed etiam in ijs,
quæ ex Signatura gratiæ, vel iustitiæ in executionem eius, quod in rescripto contine-
tur, iudicem ad sui libitum deputat, sub hac tamen distinctione, vt in causis prædic-
tarum Signaturarum rescribat. *De mandato D.N. Papæ audiat Magister N.* in alijs
verò, vt supra dictum est, simpliciter dicat. *Audiat Magister N.* ita tamen, vt par-
tes ipsius D. Regentis sint, iudicem solum dare, nec rescripti formam in supplica-
tionibus appositam immutare valeat, ex eodem Marchesano, *h* reiectis aliorum,
D qui contrarium scripserunt, opinionibus, liquet. Hanc verò facultatem, & iurisdic-
tionem ab Eminentiss. Card. Vicecancellario D. Regens acquirit, vt à Sixto IV. *i*
sancitum habes, & à Sixto V. *K* confirmatum inuenies.

Verùm quia Vicecācellarij facultates nedum in ijs, quæ ad iustitiam pertinent, sed
etiam ad gratiam referuntur, vt supra diximus, sciendum est, quoad vtrumque caput
D. Regenti communicatas esse. Iam satis de iustitia dictum; si quis plura cupiat,
auctores iam relatos consulat. Nos enim ad gratiam, ad expeditionem scilicet lite-
rarum Apostolicarum sermonem nostrum dirigimus.

Summus itaque Pontifex cum plenissimam, & omnimodam habeat potestatem
cōferēdi Ecclesiastica Beneficia, *l* multorum ministerio in hoc negocio perficien-
do vtitur, inter hos autem ministros (Vicecancellario excepto) Regens Cancellarię
E primum locum obtinet: hic enim in Parco, quem vocant maiorem, cuius etiam si-
gnificationem infra declarabimus, cum Abbreuiatoribus sedet, & receptis Bullis a
Custode Cancellariæ, à quo fuerint hæ iudicatæ, seu collationatæ, respicit, & si pla-
cet, easdem alteri ex Abbreuiatoribus iterum iudicandas, & collationandas pro suo
arbitratu dare poterit: exinde Bullas à supplicationibus separat, easdemq; ponit ad
partem, & si Bulla gratiosa fuerit, manu sua in margine ponit A. maiusculum à dex-

a in glos. facult. Regent. §. habit. in verb. Regens.

b in prax. commiss. 1 super Beneficio. in verb. Regens Cancellariæ.

c aliàs est reg. Cancellariæ 69. §. 3.

d decis. 501. de rescript.

e in rub. de rescript num. 9.

f in tract. Signat par 1 cap. 4 de off & auct. Vicecan. & Reg. Cancell.

g in reg vtriusque Sign. compen. vers sed hodie, pag. apud me 153. a terg.

h loco iam cit. num 28. & seq.

i Const. 16. §. 24. & 25. Bullar. nou. tom. 1. pag. 358.

K Const 106. quæ est 1. inter appendices. d. Bullar. tom. 3. pag. 39.

l glos. in c. si gratiosè, in verb. à Romano, de rescript. in 6.

tro latere, & à sinistro vnum I. longum, postea certis lineis circuit Scriptorum, & Abbreuiatorum taxas in Bulla descriptas; quo facto super quodam scamno Bullas ponit, quas deinde finita Cancellaria de manu ipsius Regentis Plumbator recipit, & ad Officium plumbi defert, ibiq; numisma plumbeũ (ex quo Bullæ nomen effluxit) ab vno latere SS. Petri, & Pauli imagine, ab alio Pontificis regnantis nomine insculptum, cordulis quibusdam alligatur, Vestrio *a* sic dictante.

Regentatus Officium, sicut & alia Cancellariæ officia precio nummario comparatur, per obitum obtinentis vacat, cedi tamen, & resignari potest; siquidem annis, quibus in Curia versatus sum, quatuor agnoui Cancellariæ Regentes. Primus fuit R. P. D. Aloysius Gallus Auximanus, Cardinalis huius cognominis nepos. Secundus, cui a præd. resignatum fuit, R. P. D. Dominicus Pinellus, Cardinalis Pinelli Ianuensis pariter nepos. Hic verò recepta pecunia ab ipso in emptione soluta, R. P. D. Angelo Androsillæ inter primarios olim Romanę Curiæ Aduocato, & à Gregorio XV. Basilicæ Principis Apostolorum Canonicatu decorato, nec non inter vtriusque Signaturæ Referendarios adlecto, Regentatus Officium cessit. Nunc autem eodem munere fungitur R. P. D. Iulianus Amadeus Romanus. A

Est etiam sciendum, hoc nomen Regentis à recentioribus inuentum, siquidem in Constitutionibus Martini V. *b* & Sixti IV. *c* Locumtenens, seu Præsidens in Cancellaria dicitur. Verùm Sixto IV. sedente, officium Regentatus, siue Cancellarię Præsidentis, aut Locumtenentis ad nutum Vicecancellarij amoueri posse ipsius Pontificis Sanctio indicat, *d* vbi etiam habes, quęnam sint huius officij emolumenta. B

Ioannem Baptistam Ferrarium Cardinalem S. Chrisogoni ab Alexandro VI. sacra Purpura decoratum, Referendarium domesticum primùm, deinde Datarium, & postea Cancellariæ Regentem fuisse, & rerum ad Romanam Cancellariam spectantium exactissimè commendandum scribit Ferdinandus Vghellus; *e* addens, ob eius mortem delatam esse in Fiscum ipsius Cardinalis opimam hæreditatem supra octuaginta millia nummorum aureorum æstimatam, Francisco fratre, qui ad Vrbem triduo ante accurrerat, incassum reclamante. Andream quoque de Valle Romanum, Episcopumq; Melitensem, antequam à Leone X. in 4. creatione anno salutis 1517. inter Vaticanos Senatores renunciaretur, Cancellariæ Apostolicę Regentem fuisse, Ciaconius *f* scribit. C

a in pract. Rom. cur. lib. 1. cap. 4. num. 6.

b Const. 3. §. 2. Bullar. nou. tom. 1 pag. 251.

c Const. 16. §. 4. Bullar. pag. 357.

d §. 24.

e in addit. octaue creationis ab Alex. VI. facta in vita huius Card. in ordine num. 30.

f in vita Leonis X in 4. creat. Card. 14. tom. 2. col. 1412.

CAPVT XXII.

De Abbreuiatoribus vtriusque Parci.

Diximus, Regentem Cancellariæ sedere in Parco cum Abbreuiatoribus; Parcus autem appellatur locus, vbi ad eorum munia exercenda hi sedent. Nunc autem videndum est de numero, differentia, qualitate, origine, & officio Dominorum Abbreuiatorum, & cur hoc nomine nuncupentur. Dicti sunt igitur Abbreuiatores, quia breui compendio impetrata à Pontifice in supplicationibus concipiunt, & postmodum latius extendunt in literis, vt Parisius *g* obseruat. Et, ni fallor, proximi libellorum apud Imperatores antiquitùs dicebantur, vt ex ijs, quæ Lucas de Penna *h* docet, colligere fas est, dum ait. *Proximi libellorum erant illi, qui recipiebant libellos, qui in Romana Curia dicuntur Supplicationes, vel in Curia Regis nostri petitiones, postquam signatæ, seu decretatæ per Principem fuerant, quiq; debebant eas registrare.* Hæc Lucas, qui tamen in vltimis verbis de Registratoribus (quod est officium ab Abbreuiatoribus longè distans, vt dicemus infra) loqui videtur, quamuis idem Lucas *i* alio nomine Registratores appellet, nempe Proximos dispositionum, his verbis: *Proximi verò dispositionum erant, vt sunt hodie in Romana Curia Registratores, &c.* D E

Abbreuiatores verò in totum sunt septuaginta duo: alij tamen de Parco maiori, alij de Parco minori dicuntur; minores 22. sunt; maiores 12. reliqui verò examinantes literas in prima visione, qui sunt 38. etiam Abbreuiatores nuncupantur, & vnum Collegium inuicem constituunt, vt Sixti IV. verba declarant, *K* dum ait. *Ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus in Cancellaria Apostolica, præter alios*

g conf. 112. nu. 9 lib. 4.

h in l. 1. vers. sed proximi. C. de prox. sacr. Scrin. lib. 12.

i loco cit. vers. proximi verò.

K Const. 16. §. 4 & 5. Bullar. nou. tom. 1. pag. 356.

alios eiusdem Officiales, sint, & esse debeant septuagintaduo Abbreuiatores dumtaxat, inter quos duodecim præsidentes in Parco maiori, viginti duo de Parco minori, reliqui verò examinantes literas in prima visione Abbreuiatores nuncupentur, & existant, & vnum Collegium inuicem constituant, qui Romano Pontifici, & ipsi Roderico, ac Vicecancellario pro tempore existenti dumtaxat, & nemini alteri subsint: Hęc Sixtus. Quapropter si Papa de Abbreuiatoribus generalitèr loquatur, tam minores, quàm

A maiores comprehendit, ex decisione Rotæ Romanæ apud Puteum, *a* & Cherubinum iuniorem. *b*

Verùm nonnihil inter se differre constat, siquidem Abbreuiatores de Parco maiori ex supplici libello à Pontifice signato literas Apostolicas gratiosas dictant (quorum dictatutam minutam appellant) & postea Bullam expeditam examinant: qui verò de minori Parco sunt, postquam Bulla ad eorum manus peruenit, recepta portione sibi tangente, ad maiores Abbreuiatores easdem remittunt, Vestrio, *c* & Tholosano *d* hoc attestantibus. Et hi maiores Abbreuiatores singuli substitutum habent, minores verò non. Secundò differunt, quia Abbreuiatores de Parco maiori tanquam Romanæ Curiæ Prælati habitum violaceum, cappam, & rocchettum induunt, locum in Capellis Pontificijs habent, vbi primùm ad hoc officium fuerint assumpti,

B vtriusque etiam Signaturæ Referendatij dicuntur, & ex ipsis vnus in Signatura gratię coram Pontifice adesse debet, panem honoris, & vinum tanquam Papæ familiares à Palatio Apostolico recipiunt, ex concessione Pauli V. *e* Alij verò Abbreuiatores de Parco minori simplices clerici, & quandoque etiam laici sunt, vxoremq; ducere non prohibentur, Sixto IV. permittente. *f* Tertiò differunt ratione Dignitatis; Abbreuiatores enim de Parco maiori proximiores sedent Vicecancellario, ex quo digniores dicuntur, Chassaneo *g* teste. Quartò differunt ratione pretij; licèt enim ambo certo pretio comparentur, ad ipsius ementis vitam duratura, pretium tamen longè diuersum est; nam maiores decem millibus circitèr nummis aureis vendunt, minores verò bis millibus, plus minusuè, iuxta temporum varietatem venundari solent.

C Hanc verò differentiam inter maiores, & minores Abbreuiatores, Benedicto XII. Pontifice sedente, ignotam fuisse, quia nondum instituti fuerant de Parco minori, dicit Rota Romana apud Puteum, *h* vbi etiam habes, prædictas differentias non esse in substantialibus. Sed magis apertè loquitur Panuinius, *i* dum ait, Abbreuiatores de Parco minori à Pio II. institutos fuisse; inter quos Ioannem Baptistam Platinam ascitum fuisse, ipsemet Platina *K* testatur, addens, sibi, & alijs, qui hoc emerant officium, à Paulo II. ablatum, & suppressum; & quoniam nimis audactèr loquutus fuerat, in carcerem detrusus, vt inde eximeretur, Cardinalis Papiensis patrocinio vsus est, vt ex eiusdem epistolis liquet, *l* viden. Verùm ab humanis Paulo II. iam sublato, Sixtus IV. Abbreuiatores istos de Parco minori restituit, suoq. Diplomate *m* in perpetuum confirmauit; & Polydorus Virgilius *n* suis monumentis ita

D commendauit. *Pius secundus Ioannis exemplum sequutus Breuiatores creauit, in ordinemq. redegit: hos haud ita multò post Paulus exautorauit, Sixtus deinde restituit, &c.* Et quare hoc egerit, idem Sixtus satis apertè narrat. *o* Sed Martino V. sedente, qui per annos 40. plusuè minus ante Pium II. Beati Petri Sedem obtinuerat, Abbreuiatores fuisse in duplici differentia, ex Diplomate ipsius Martini *p* liquet, dum alij Notarijs Apostolicis assistentes erant, alij verò Cardinali Vicecancellario: Verba Constitutionis sunt hæc. *Quòd si Notarij Apostolici, ac eorum Abbreuiatores, & alij in iustitia, & etiam gratia literarum Apostolicarum Abbreuiatores taxam nimiam pro minutis suis petierint, &c.* omissis alijs, *ad Vicecancellarium, vel ipso absente, ad eius Locumtenentem, seu Præsidentem in Cancellaria habeatur recursus, qui deliberatione habita, cum Abbreuiatoribus assistentibus eidem Vicecan-*

E *cellario in expeditione literarum Apostolicarum excessus prædictos ad debitam reducat moderationem, &c.* Quibus ex verbis clam colligitur inter Abbreuiatores differentia, vt alij scilicet cum Vicecancellario iudicent de excessibus, alij verò condemnentur, & pœnas luant, quando excesserint, atque ita alij maiores, alij minores erant. Et hoc idem colligere fas est ex eadem Constitutione, *q* dum Abbreuiatores Vicecancellario assistentes, nisi prævio examine, ad Officium exercendum non sunt admittendi, quod in alijs Abbreuiatoribus non requiritur. Sed fortè Martinus hoc nomine Abbreuiatorum non Vicecancellario, sed Notarijs Apostolicis assistentium voluit comprehendere Ministros, & Officiales omnes in expeditione literarum Apostoli-

a decis. 234. lib. 1. in nou.
b ad Bullam 1. Nicolai V. schol. 2.
c in pract. lib. 1. cap. 4. nu. 2. & 3.
d in syntag iur. vniu. lib. 15. cap. 42. nu. 3. & 4.
e Const. 2. Bullar. nou. tom. 3. pag. 175.
f Const. 16. §. 22.
g in carhal gler. mund. par. 1. cōsider. 11. & 12.
h decis. 234. lib. 1. in nou.
i in vita Sixti IV. post med.
K in vita Pauli II.
l inter epistolas impressas Card. Papiens. epist. 230. & 231.
m Const. 16. §. 5. & 6.
n de rer. inuent. lib. 8. cap. 2. vers. Pius deinde,
o ead. Const. 16. §. 1. & 2. viden.
p Const. 3. §. 2. Bullar. nou. to. 1. pag. 251.
q §. 6.

stoli-

ſtolicarum inſeruientes, qui nondum ſuis nominibus deſignati erant, prout à ſucceſſoribus in Pontificatu poſtea factum legimus, & nos ſuo loco infra dicemus. Interim vide Seraphinum. *a*

Abbreuiatorum verò nomen in genere ſumptum, & nulla habita diſtinctione inter maiores, & minores, quando fuerit inuentum, & inſtitutum, non ſatis conſtat. Nam licèt Gomeſius *b* aſſerat, Ioannem XXII. in ſuis Regulis Cancellariæ id tantùm egiſſe, vt Abbreuiatores inſtrueret, quomodo literas in Cancellaria iuxta Supplicationum varias ſignaturas expedirent, & ab eodem Pontifice omnium primo Cancellariam, & Vicecancellarij Dignitatem illuſtratam fuiſſe, non tamen excludit, quin etiam antea Abbreuiatores eſſent, quàmuis huius nominis expreſſionem nõ ab alio, A
quàm à Benedicto XII. *c* factam inuenerim, dũ Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruauit Beneficia, quæ per obitum Abbreuiatorum vacant, ibi, *Scriptorum literarum Apoſtolicarum, ac Pœnitentiarij præfatæ Sedis, ac Abbreuiatorum, &c.* Benedictus verò, nullo intermedio, anno ſalutis 1334. Ioanni ſucceſſit. De Cancellaria verò, ac Miniſtris ad Officia ibi exercenda meminit Innocentius III. *d* qui per annos centum, & vltra ante Ioannem, & Benedictum Chriſti Vicarius in terris fuit, anno ſcilicet 1198. & die 10. Ianuarij Beati Petri ſedem obtinuit, Ioannes verò anno ſalutis 1316. ſummus Pontifex renunciatus fuit. Verba Innocentij Papæ ſunt hæc, omiſſis alijs: *Ne quis apud Sedem Apoſtolicam literas noſtras, niſi à nobis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato noſtro ad illud ſunt Officium deputati; ſi verò perſona tantæ autoritatis extiterit, vt ipſam deceat per Nuntium literas noſtras recipere, Nuntiũ ad Cancellariã noſtram, vel ad nos ipſos mittat idoneum, &c.* B
Sed & ante Innocentium quoque Cancellariæ, & literarum in ea expeditarum mentionem habuit Lucius Papa III. *e* qui anno à partu Virginis 1181. die 19. Auguſti hanc Dignitatem induit, Panuinio *f* teſte. Quapropter ſi dicamus, etiam hoc tempore Abbreuiatores quoad Officium (quamuis alio nomine) extitiſſe, fortè non errabimus. Verùm de his hactenus.

Ad officium, ſiue munus DD. Abbreuiatorum veniamus: & licèt ſupra, vt ethimologia huius nominis redderetur, aliquid etiam de illorum munere dictum ſit, quippequi breui compendio imperrata à Principe in Supplicationibus concipiant, & poſtmodum latiùs extendant in literis, vt Pariſius *g* obſeruat, ſi tamen in huiuſmodi conceptione, & extenſione literarum peccauerint, itaut reſeribendæ ſint, C
eorum impenſis reſeribantur, & infra tres dies naturales à die requiſitionis fiat, vt à Martino V. *h* cautum inuenies.

Nullus inter Abbreuiatores, Vicecancellario, ſeu illius Locumtenenti aſſiſtentes, recipiatur, niſi per maiorem partem Abbreuiatorum Cancellariam continuantium primitus examinatus fuerit, & ad Officium idoneus repertus, ac etiam approbatus, vt in §. 6. Aſſolet tamen Cardinalis Vicecancellarius huic prohibitioni derogare, vt videmus in conceſſione facta ab Alexandro Card. Farneſio Vicecancellario R. P. D Franciſco Barberino, Vrbani VIII. patruo, qui per reſignationem D. Oberti Riparollj anno 1573. Abbreuiator de Parco maiori abſque dicto examine creatus fuit.

Singulis diebus, hora per Vicecancellarium aſſignanda, quando Cancellaria tenebitur, Abbreuiatores prædicti aſſiſtentes ad eam venire, & quouſque tenta D
fuerit, in ea reſidere, nec inde ſine iuſta cauſa, à Vicecancellario, ſiue Locumtenente examinanda, recedere debent, ſub pœnis in hac Conſtitutione contentis. §. 7.

Nihil vltra taxatum, vel ſtatutum pro minutis recipiant, quòd ſi ſuper taxarum exceſſu quis conqueſtus fuerit, Vicecancellarium, ſiue Locumtenentem adeat. §. 2. Quæ verò ſint taxæ, & quomodo exigendæ, Sixtus IV. *i* edixit.

Ex ipſis Abbreuiatoribus vnus Signaturæ Papæ, quam vocant gratiæ, aſſiſtit, Paulo V. *K* permittente.

Quædam alia de Officio Abbreuiatorum ſcripſerunt Veſtrius, *l* & Petrus Gregorius Tholoſanus; *m* apud ipſos videnda. Nobis enim priuilegia iam recenſenda ſunt. E

Abbreuiatorum Officium, quod à Martino V. *n* incompatibile cum Officio Scriptorum Pœnitentiariæ declaratur, cum quibuſuis alijs officijs Romanæ Curiæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ nullatenus incompatibile cenſeri voluit Sixtus IV. *o*

In ijs, quæ ſtylum, & Regulas Cancellariæ reſpiciuntur, non dedignatur ſacræ Rotæ Romanæ ſupremum Tribunal Abbreuiatores conſulere, vt videre eſt apud Iacobum Puteum. *p*

a decisſ. 716. nu. 12. & per tot.

b in proœm. reg. Cancel. q. 1. prope fin.

c in extrauag. ad regimen, de preben. lib. 3.

d in c. dura, de crimin. falſ.

e in c. ad hec, de reſcript.

f in cronologia Eccleſiaſt. d. anno 1181.

g conſ. 112 nu 9. lib 4.

h Conſt 3. § 2. & 3. Bullar. nou. tom. 1. pag. 251.

i Conſt 16. § 9. 10. & ſeq d. Bullar. & tom pag 357.

K Conſt. 2 § 4. Bullar. nou. tom. 3. pag. 176.

l in praſt. lib. 1. cap 4. nu 2. & 3.

m in ſyntag. iur. vniu. lib. 15. cap. 42. nu. 3. & 4.

n in precitata eius Conſtit.

o in Conſt. 16. § 6.

p deciſ. 84. nu. fin. lib. 3. in nou.

Capel-

Capellam, & Altare portatile, super quo in Domo Vicecancellarij in loco ad hoc cõgruo, & honesto habent, ibique Missam omnibus diebus, quibus ipsa Cancellaria tenetur, cum collecta semper pro Romano Pontifice, quæ incipit, *Deus omnium fidelium Pastor, & Rector famulum tuum Innocentium &c.* celebrare faciant, eodem Sixto mandante. §.16.

A Abbreuiatorum officia resignari, & cedi possunt, & Summus Pontifex, ac Vicecancellarius cessiones, & resignationes admittere debent, § 18.

Priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis gaudent, ac potiuntur, quibus Scriptores Apostolici; Summi Pontificis familiares sunt; Magistri vocantur; literas Apostolicas gratiam, vel iustitiam concernentes gratis expediunt. §. 19.

Statuta, & Ordinationes, commodum, decusque Collegij respicientes condere possunt. §. 20.

Matrimonium contrahere etiam cũ viduis absque alia dispensatione valent. §. 22. Quod in Abbreuiatoribus de Parco minori intelligendum puto; nam qui sunt de maiori Parco, quousque in Officio permanent, nunquam vidi hoc priuilegio vti.

Literæ Apostolicæ per Cameram expediendæ ab ipsis Abbreuiatoribus non signatæ nullius sunt roboris. § 23. Illis verò vtentes pœnam falsi, & ecclesiasticas in-

B currunt Censuras, vt hic, & à Leone X. *a* confirmatum habes.

Quæ omnia, & singula priuilegia à Leone X confirmata, & in quibusdam etiam aucta fuisse, ex ipsius Diplomate *b* liquet.

Abbreuiatores, si clerici sint, Prothonotarij, sine tamen præiudicio Prothonotariorum de numero participantium, sunt, & sine clerici, sine laici sint, nobiles, Sacri Palatij Apostolici, & Aulæ Lateranensis Comites, & Milites, quoad vixerint, etiam post resignationem Officij, creati, & constituti sunt ab eodem Leone. §. 4.

A quauis iurisdictione, & superioritate eximuntur; contrarium attentantes excommunicationem latæ sententiæ incurrunt. §. 9. Hoc tamen priuilegium in Tridentina Synodo *c* limitatum, & declaratum inuenies.

C Doctores, & Notarios creare; illegitimos natalibus restituere valent. §. 10 Sed hoc etiam priuilegium quoad facultatem doctorandi, Pius V. *d* suis literis, Concilij Tridentini decretis inhærendo, reuocauit. Quoad Notarios verò in Regulis Cancellariæ *e* reuocationem legito, ibi, *nec non de Notarijs publicis creandi &c.* Denique legitimandi spurios in præiudicium ex qualibet valida dispositione vocatorũ facultatem substulit Pius IV. *f* Quapropter ex sufficienti partium enumeratione priuilegium totum in tenues euanuit auras.

Vnus ex familiaribus DD. Abbreuiatorum ensem ad patroni sui libitum per Vrbem deferre potest. § 11.

Scriptorum Apostolicorum indultis etiam quoad expeditionem literarum Apostolicatum, & Beneficiorum assequutionem, gaudent. §. 12. Quæ verò sint Scriptorum indulta, ex Iulij II Sanctione *g* cognosces, & nos infra dicemus.

D Priuilegijs quoque Referendarijs vtriusque Signaturæ concessis, cum & ipsi Abbreuiatores statim atque Abbreuiatoratus Officium assequuti sunt, in Referendariorum numerum asciti censeantur, & sint, potiuntur, & gaudent ex Pauli V. *h* concessione. Referendariorum verò priuilegia si cognoscere cupis, Pauli III. *i* & Sixti V *K* Constitutiones perlege, de quibus etiam nos infra dicturi sumus.

Portionem panis æqualem ei, quam Rotæ Auditores habent, ex Palatio Apostolico Abbreuiatores quoque dietim recipiunt, eodem Paulo V concedente. § 5 Quæ portio panis, & aliorum fortasse successit in locum annonatum ciuilium, de quibus est tex in C. lib. 11. erant enim hæ ciuiles annonæ cibaria quædam annua, seu menstrua solita dari viritim ijs, qui in Scholis Palatinis erant, vt in d. C. & notat Decianus. *l*

E Bulla Pij IV. *m* de registrandis in Camera literis gratiam, vel iustitiam concernentibus, non ligantur. §. 6.

Abbreuiatores denique de Parco maiori tempore Martini V. fuisse laicos, & vxoratos, scribit Seraphinus, *n* qui per totam decisionem determinat controuersiam ortam inter ipsos Abbreuiatores, & Correctorem literarum iustitiæ, viden.

a in Const. proximè citanda §. 2 & 3.
b Const. 14. Bullar. nou. tom. 1. pag. 486
c sess. 24 cap 11
d Const. 50. §. 1. & 2. Bullar non. tom 2 pag. 156.
e reg. 14. item reuocatur
f Const 45. Bull. non tom. 2 pag. 60.
g Const. 15 Bullar non tom 1. pag 427.
h Const. 2. § 2. Bullar. nou tom. 3 pag. 176.
i Const. 23. d. Bullar. tom. 1. pag 547.
K Const. 41. d Bullar. tom. 2. pag. 42.
l tract. crim. lib. 7. cap. 22. nu. 12.
m Const 98. d. bullar. tom 2. pag. 152.
n decis. 716 nu 12 vers. secunda est.

CAPVT XXII.

De Secretarijs Apostolicis. A

a in syntag. iur. vniu. lib. 47. cap. 19. nu. 18.

QVemadmodum Cancellarius in Regno Franciæ habet sub se adiuuas, qui cum ab onere subscribendi releuant, & hos Secretarios appellant, Tholosano *a* teste; ita etiam Viceccancellarius Papæ (inter quos aliquam adesse conformitatem diximus supra) habet & ipse Secretarios, qui licèt Apostolici dicantur, ipsum tamen Vicecancellarium tanquam eorum caput agnoscere debent, sicut etiam Vicecancellarius hos vt sui corporis membra reputare, congruenti honorificentia per alios eiusdem Cancellariç Officiales prosequi, decentem ipsorum dignitati locum in eadem Cancellaria assignare tenetur, ex Innocentij VIII. *b* iussione:

b Const. 13. §. 5. bullar. nou. tom. 1. pag. 383.

Hæc dictio, *Secretarius*, à recentioribus (ni fallor) inuenta est, siquidem apud Ciceronem, & alios latini sermonis patres nondum inueni, sed eius loco, quoad vsque libertorum opera ad hoc munus explendum vsi fuere Romani, *ab epistolis*, siue, *à manu*, dicti sunt, vt vetus lapis à Iacobo Guth. relatus his verbis indicat. *c* B

c de off. domus Aug. lib. 3. cap. 45.

FLAVIVS AVG. L. PROTOGENES AB EPISTOLIS.

Et alius

LIBANO CAESARIS VERN. AB EPISTOLIS. C

Ex quibus alij ab epistolis latinis, alij verò ab epistolis græcis fuere, vt ex alijs lapidibus idem Guther. *d* colligit

d loco proximè cit.

M.AVRELIVS ALEXANDER AVG. LIB. AB EPIST. GRAECIS.

Et in alio lapide.

C. IVLIVS STAX. AB EPIST. LAT. D

e lib. 20. antiq. cap. 7.

De Beryllo, qui pedagogus Neronis fuit, Iosephus *e* scribit, illum græcis epistolis scribendis præfuisse: & ex hoc loco nonnulli colligunt, epistolarum Magistrum à Nerone institutum, sed falluntur, & fallunt, vt Guther. ait, nam scriniorum, & epistolarum Magistri ante Hadrianum, qui annos post Neronem 64. plusuè minus imperauit, nulli fuerunt, & quàmuis ipse Hadrianus primus Principum ab epistolis, & à libellis Equites Romanos habuerit, & Suetonium Tranquillum Magistrum epistolarum huius Imperatoris fuisse, Aeli. Spartianus *f* scribat, ex vsu tamen sui sæculi scripsisse, non vt Hadriani tempora ferebant, Guther. græcorum Scriptorum authoritate nititur probare; & hanc vocem, Magistri scilicet epistolarum, & scriniorum sub finem Imperij Theodosij iunioris anno salutis 450. in lucem editam putat, ab auctore notitiæ vtriusque Imperij, quæ quidem notitia dicto tempore, sub finem, vt dixi, Imperij Theodosij iunioris, vt Gasp. Pancirolus *g* autumat, in lucem prodijt. Magistros verò scriniorum memoriç epistolarum libellorum græcorum in vtroque Imperio Dignitatem habuisse, idem Pancirolus *h* scribit. Sed inter vtrumque, Iustinum seniorem scilicet, qui anno 521. imperare cœpit, vsque ad Iustinum iuniorem, qui anno 566. Imperium adeptus est, quo tempore Cassiodorus in humanis agebat, Io. Trithemio *i* teste hanc vocem *Secretarij* apud eundem Cassiodorum *K* inuenio his verbis, de Aponis Balneis mirabilia narrantem. E

f in vita Hadriani pag. apud me 174.

g in comment. notit. orient. in præfation. vers. sub finem verò.

h loco cit cap. 1.

i in lib. de script. eccles.

K lib. 2. cap. 39.

Corda

Corda illa (vt ita dixerim) montium in vicem Secretarij nagotia contentiosa distinguunt: nam si quis pecus furatum pilis natiuis solito more spoliare præsumpserit, vndis ardentibus frequentèr immersum, necesse est, vt antea decoquat quam emundare preualeat; o verè Secretarium iure reuerendum, quando in his aquis non solùm sensum, sed etiam verum constat esse iudicium. Hactenus hìc, sed alibi. *a Præfuit*, inquit, *curis Secretarij Prætoriani, vnde ei nomen est deriuatum*. Et paulò infra.
A *Neque enim in cubilibus nostris Secretaria nostra peracta sunt, &c.* Hæc Cassiodorus, qui hanc vocem sub alia significatione, qua nos modò vtimur, vsurpasse videtur: nam vbi Secretariorum Principis Officia describit, *b* hos Notarios appellat. Sed mittamus iam nominis quæstionem, & vt loquuti sunt patres nostri, ita & nos loquamur; nam vt Horatius *c* ait

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi.

a lib. 11. cap. 36.
b lib. 6. var. form. 16.
c in arte poetica lib. 1.

Secretariorum igitur origo, & vsus apud Romanos Pontifices etiam antiquiores fuit; quorum numerum siue ob tenuitatem emolumentorum Secretarijs ipsis assignatorum, siue alijs de causis moti, Calixtus Papa III & Pius II. ad sex tantùm
B reduxerunt, vt Innocentius VIII. Pontifex *d* testatum habet: qui quidem Innocentius suorum temporum necessitate coactus, cum Mitram Pontificalem Regnum nuncupatam, & alia quamplurima ipsius Ecclesiæ iocalia preciosa, aurea, & argentea diuersis mercatoribus pro summa centum millium ducatorum auri de Camera obpignorasset, nec comodè ex d. Ecclesiæ prouentibus tùnc exaustis illa redimere posset, alios viginriquatuor Prælatos, & in Ecclesiastica dignitate constitutos viros predictis sex Secretarijs Apostolicis addidit, itaut in ipsa erectione triginta numero essent, illis verò sex prioribus deficientibus, eorumq. Collegium ex vigintiquatuor constare in futurum edixit; ex quorum Officiorum venditione sexaginta duorum millium, & quadringentorum florenorum auri Cameræ summam ad prædictam Mitram Pontificalem redimendam recepit. *e*

d Const. 12. §. 1 Bullar. nou. tom. 1. pag. 382.
e d. Const. 12. §. 2. & 15.

C Neque hos in vinea Domini otiosos esse permisit, sed peculiare Officium illis assignauit: siquidem quia literarum Apostolicarum expeditiones duplici via fiunt, altera, quæ sub plumbo dicitur, sub cera verò altera, quæ & Breuium, & sub Annulo Piscatoris appellatur, & hanc Secretarijs curam attribuit, quæ cum frequentissima sit, magnum inde percipiunt emolumentum, inter ipsos diuidendum: & attenta rei grauitate, & facultate Pontifici reseruata eligendi sibi Secretarium domesticum, qui tanto muneri præsit, vnum aliquando ex S. R. E. Cardinalibus Iurisperitum, de rebus Romanæ Curiæ non mediocritèr eruditum eligit, & deputat; prout Vestrius *f* Cardinales Ghinuccium, & Crescentium vidisse testatur; & nos Paulo V. & Gregorio XV. sedentibus Scipionem Cobellutium Viterbiensem S. R. E. Card. S. Susannæ nuncupatum vidimus. Hic verò Secretarius domesticus in Apostolico Palatio
D mansionem habet, & duas portiones ex emolumentis ab Innocentio VIII. assignatas in §. 20. vsque ad Sixti V. tempora habuit; qui quidem Sixtus, præuia huius domestici Secretarij suppressione, illius electionem ab ipso Secretariorum Collegio faciendam, & à Summo Pontifice confirmandam esse sanciuit, & vnam ex duabus portionibus, vt supra ab Innocentio assignatis eidem Collegio restituit, *g* firma tamen in Apostolico Palatio mansione pro se, & Substituto, qui nomine Collegij supplicationes expediendas à Sollicitatoribus recipit, & Breuia desuper expediri curat, quibus expeditis, & receptis iuxta taxas emolumentis, petentibus illa restituit, de receptis rationem Collegio redditurus. § 9

f in pract. lib. 1. cap. 7. sub nu. 3.
g Const. 29. §. 4. § 6. 7. & 8. Bullar. nou. tom. 2. pag. 527.

Verùm hodie, & multis etiam ab hinc annis nedum vnus, sed duo domestici Secretarij D. Papæ mansiones habent in Palatio Apostolico, & ambo sub Annulo Pi-
E scatoris literas expediunt; horum tamen alter recepta mercede iuxta taxas, vt diximus, expeditionibus præest; alter verò de rebus ad Fidem, & Rempublicam concernentibus, ad Reges scilicet, Principes, Respublicas, Ciuitates, Cardinales absentes, Episcopos, cæterosq. Magnates Romani Pontificis nomine literas, Breuia nuncupatas mittit: primo autem muneri hodie præpositus est R. P. D. Franciscus Caetanus Romanus, secundo verò R. P. D. Franciscus Nerlius Florentinus; hunc Epistolarum Magistrum, illum verò Scriniorum appellare, ni fallor, possumus; & fauet Lucas de Penna, *h* dum ait; *æquum tamen erat Scrinijs vnum praeesse Magistrum, & erant, vt hodie sunt, Secretarij D. Papæ.*

h in rub. C. de magistr. sacror. scrin. tit. 9. lib. 12.

Habet præterea Summus Pontifex alium Ministrum Breuium expeditioni præpositum, qui licèt panem honoris à Palatio Apostolico recipiat, mansiones tamen ibi non habet, quamuis vti Romanæ Curiæ Prælatus, & familiaris Papæ habitum violaceum deferat, vestem scilicet talarem, caudatam, cui epitogium (mantellettam vocant) superimponit; eius officium est, supplices libellos, Commissiones vulgò dictos, in Signaturis gratiæ, vel iustitiæ, per, *Placet*, seu per, *Concessum*, expeditos, & extra Vrbem committendos, Breuia iudicibus commissarijs facultates, & formas in causis procedendi continentia, sub Annulo Piscatoris expedita, dirigere, ac transmittere, & Magister Breuium quoque appellatur, qui in multis Auditori Contradictarum successit, Vestriò teste; *a* cuius Officium precio octo millium aureorum venundatum esse audio. A

a in pract. lib. 1. cap. 5. nu. 7. vers. verùm à certis annis.

b Const. 22. bullar. nou. tom. 1. pag. 382.

c Const. 29. d. bullar. tom. 2. pag. 526.

Sed ad Secretarios Apostolicos iam redeundum est, eorumquè priuilegia sunt recensenda, ex Innocentij VIII. *b* & Sixti V. *c* Sanctionibus desumenda.

Episcopi, Prothonotarij, vel in maiori ecclesiastica Dignitate constituti in Secretariorum Collegio esse non prohibentur, eundemquè habitum Dignitati proprium deferre; & si nulla sint Prælatura insigniti, vbi primùm in hoc Collegium cooptati fuerint, Sedis Apostolicæ Notarij fiunt, & habitum, ac insignia huiusmodi Officij à quocumque in Romana Curia Prælato recipere permissum est. §. 2. ad fin. B

Collegium vnicum inuicem omnes Secretarij cum arca, siue bursa communi, sigillo, capella, capellano, & alijs collegialibus insignijs, honoribus, emolumentis, & immunitatibus solitis constituunt, & gaudent. §. 3.

Statuta pro tecta ipsius Collegij administratione, sine alia Superioris confirmatione, condere valent. §. 4.

Apostolici Palatij (sine tamen aliorum eiusdem Palatij Prælatorum præiudicio) veri Prælati Romani Pontificis familiares, & continui commensales sunt. § 6.

Mansionem vnam in eodem Palatio Apostolico, in qua singulis diebus conuenire, de negocijs ad eorum Officium incumbentibus agere, præcisam habent, quæ Secretaria Apostolica dicenda est. §. 7.

Bullas expeditas sub excommunicationis pœna ad hanc mansionem officiali per DD. Secretarios deputato exhibendas Plumbatores deferant §. 8. C

Literas Apostolicas pro personis ipsorum gratis vbique expediunt, & Rescribendarius in literis apponat, Gratis pro persona Secretarij, ac vnius familiaris pro quolibet Secretario, Gratis pro Deo. §. 9.

Si pro Romanæ Ecclesię negocijs à Curia fuerint absentes, emolumenta nihilominus, ac si præsentes essent, recipiunt; si priuatarum rerum causa de licentia Collegij quis absit, & aliquem de Collegio, qui suas gerat vices, relinquat, emolumenta similitèr per annum recipiat, elapso anno quinta dumtaxat detrahitur. §. 10.

Officiorum resignationem, etiam in infirmitate, etsi verisimilitèr intra viginti expectetur mors, Summus Pontifex, soluta tantùm summa centum florenorum auri de Camera, non deneget, neque differat. §. 11. D

Statim atque emptum fuerit Secretariatus officium, emptor ipse Sedis Apostolicę Notarius effectus est. §. 12.

Habitum, & insignia Notariatus, præstito fidelitatis iuramento, à Vicecancellario recipere in Curia possunt; si extra Curiam literę expeditionis officij mittendæ sint, prędicta Notariatus concessio in ipsis literis exprimatur. §. 13.

Arcium ecclesiasticę Ditionis visitandi, & gentium armigerarum describendi officium Secretariorum Collegio assignatum est. §. 19.

Hactenus Innocentius VIII. Quę verò à Sixto V. concessa fuerunt, mox dicemus. Secretarium, quem Pontificis domesticum vocant, Secretariorum Collegium eligit, ab ipso Pontifice postea approbandum. §. 5. E

Tres idoneas personas pro scribendis literis in forma Breuis cum cibarijs ex Palatio Apostolico recipi solitis, Secretariorum Collegium eligit, & ad nutũ amouet. §. 11

Qui in aliqua publica Vniuersitate ad Doctoratus gradum fuerint promoti, & vigesimum quintum annum expleuerint, vtriusque Signaturæ Referendarij sunt. §. 14.

Qui ex ipsis Secretarijs antiquior Doctor, & Referendarius erit, singulis Signaturis coram Pontifice celebrandis interuenire potest. §. 15.

Qui Clericali militię adscripti, & vigintiquinque annis maiores fuerint, Notariorum Apostolicorum habitum etiam violaceum gestare valent. Qui verò primę tonsurę,

suræ, seu laici, etiam coniugati, vestibus prout Cubicularij Apostolici, de honore nuncupati, vti poterunt. §. 16.

Priuilegia, & alia quæcumque in literis Innocentij VIII. & Pij V. contenta confirmantur; singuli tam iuris, quàm facti defectus supplentur. §. 17.

Denique Domini Secretarij habent priuilegium commune cũ Scriptoribus Apostolicis in assequutione Beneficiorum; & in hoc tantùm differunt, vt Secretarij tenentur ad publicationem suarum gratiarum, Scriptores verò non; ita dixit Rota Romana apud Achillem de Graffis, *a* & ibi redditur ratio.

A

Sed quoniam (vt idem Innocentius *b* ait) Secretarij prædicti summam sexaginta duorum millium, & quadrigentorum florenorum auri de Camera ab initio persoluerunt, & eorum successores Secretariatus Officium prædictum pro tempore obtinentes aureos quindecim millia, plusuè minus in singulis exoluunt, vt cò diligentius quæ eorum incumbunt Officio, studeant exercere, quó exinde cognouerint eis conuenientia emolumenta prouenire, Cardinali Vicecancellario iniunctum est, vt ad perceptionem emolumentorum, olim à Martino V. Secretarijs tunc existentibus assignatorum, quæ minutarum appellant, modernos quoque Secretarios admittat. §. 15.

a decis 355. alias 9. de priuileg.
b d. Const. §. 15.

B

Quintam quoque taxam pro expeditione Literarum Apostolicarum, quę per Cameram secretam pro tempore expediuntur, taxam Secretariorum nuncupatam, ab ijsdem Secretarijs perpetuò exigendam assignat. §. 17.

Emolumenta quęcumque Literarum Apostolicarum in forma Breuis, tam sub cera, quàm sub plumbo pro concessionibus, de Magistratibus, & Officialibus Status Ecclesiastici, vel administrationis gabellarum, vel conductionis rerum Ecclesiæ Officijs, factis, percipiunt; & vtfclatur, quibus ex rebus, & Officijs emolumenta hæc percipienda sint, in quinterno plumbato, & manu Pontificis subscripto singulariter singula describi mandar. §. 17

C

Literæ verò prædictæ singulis sex mensibus expediri, & singulis vicibus taxam in quinterno adnotatam solui iubet; omnia quoque, & singula emolumenta pro quarumuis aliarum similium literarum in forma Breuis sub cera, vel plumbo expediendarum, percipere voluit. §. 18

Secretarius, qui ad visitandas arces, & armigeros describendos per ecclesiasticam Ditionem missus fuerit, certum salarium, summam nempe centum ducatorum annuatim percipit. §. 19.

Emolumenta prædicta colligendi modũ, & formã ab ipsis Secretarij statuendã permittit. Diuisionem verò ita sancitam habes: quousque Secretarij numero triginta erunt, in partes æquales triginta duas diuidantur, quatũ vnam ipsorum singuli, duas verò reliquas Secretarius domesticus Papæ singulis mensibus percipiant, quousque ad præfinitum numerum viginti quatuor redacti fuerint, quo casu portiones viginti sex erunt, itaut singula singulis, & duæ domestico Secretario reddantur. §. 20. Verũ has duas portiones Secretarij domestici ad vnã tantũ redactã esse à Sixto V diximus.

D

Nemo ex Officialibus ad exercendum Officium, nisi literis expeditis, & soluta taxa, sub excommunicationis pœna admittatur. §. 21.

Quod etiam extensum est ad Officia per Legatos, & Gubernatores in Prouincijs concedi solita, si in prænarrato quinterno officia prædicta fuerint adnotata. Thesaurarij verò, & locorum Depositarij si à Secretariorum Collegio fuerint requisiti, ex huiusmodi Officialium salarijs emolumenta hæc sub excommunicationis pœna retinere, & Collegio consignare tenentur §. 22.

Si quando emolumenta imminuta sint, & taxa exigi nequeat, quantum medio iuramento Secretarij amisisse testabuntur, tantundem Camera Apostolica restituere teneatur. §. 23.

E

Et ita per Card. Camerarium, & Clericos eiusdem Cameræ Apostolicæ seruari, & exequi iubet. § 24. Hæc Innocentius.

Addit Lælius Zecch. *c* Alexandr. VI edixisse, vt pro singulis literis Apostolicis, quę gratis pro quibusuis personis expedientur, Cardinalib. eorum nepotibus, Abbreuiatoribus de Pareo maiori, Scriptoribus Apost. & alijs Romanę Curiæ Officialibus exceptis, ducatus vnus Secretariorũ officio persoluatur; literas verò cum inscriptione nominis vnius ex Secretarijs expediendas, & aliter expeditas, nullius esse roboris, nullamq; fidẽ facere. Verũ hanc Alex. VI. Sanctionẽ in Bullario nouo non inueni (reperi deinde in Bull. veteri *d*) sed eius loco, & vberiorẽ quidẽ habemus præcitatã Sixti V.

c de Repub. ecclesi. vbi de statu Prælator. agit, cap 9. de Secret. D. Pape.
d Const. 10. pag. 145.

Ff 2 Con-

Constitutionem, *a* qua Secretariorum emolumenta augentur, vt infra.

Vnam ex duabus portionibus Secretario domestico Papæ ab Innocentio assignatis Sixtus Collegio Secretariorum restituit, vnà cum alijs quatuor partibus cibariorum pro victu, & alimento quotidiano Secretarij, & trium famulorũ, & vno equo §. 6.

Medietatem quoque emolumentorũ, quam Ioannes Baptista Canobius tunc domesticus Papæ Secretarius siue ratione taxarum Apostolicarum, via, quæ secreta dicitur, siue cedularum propositionum Ecclesiarum, aut Monasteriorum, vel sententiarum à Romano Pontifice latarum, aut institutuarum habebat, pari modo restituit, & Collegio assignauit. §. 7. A

Taxas Officiorum in quinterno Innocentij VIII. contentorum, etiamsi à prædecessoribus Pontificibus, signanter à Gregorio XIII. diminutas, innouauit, & ad commodum Collegij absque vlla diminutione, & sub censuris ab eodem Innocentio cõminatis à die prima Iulij 1586. solui præcipit, §. 12.

Officia quarumuis Prouinciarum, Terrarum, Communitatum, & locorum Romanæ Ecclesiæ in prænarrato Innocentij quinterno descripta, forsitan nondum taxata, de consilio Thesaurarij generalis taxandi, & exigendi facultatem Collegio tribuit, & assignat. §. 13. Hucusque Sixtus. Si plura quis cupiat, Octauianum Vestrium, & Lælium Zecchium locis supra relatis legat. B

Vt autem magis certa essent emolumenta huic Secretariorum Collegio assignata, idem Innocentius VIII. partitionem quandam, quam vocauit taxam, ab omnibus Officialibus tam Romanæ Curiæ, quam totius Ecclesiasticæ Ditionis persoluendam, edidit, suoquè Diplomate confirmauit, quod in Bullario veteri *b* inuenies; vbi etiam, quinam sint immunes ab huiusmodi taxa, & quid soluendum sit à Custodibus, seu Castellanis Arcium Status ecclesiastici, habes; quas Arces visitari posse à Secretarijs diximus supra § 19. & quot sint istæ Arces, hic enumeratas inuenies.

a Const. 29 Bullar. nou. tom. 2. pag. 526.

b Const. 9. Innoc. VIII. vbi etiam taxa, Bullar. vet. pag. 118

CAPVT XXIV.

De Scriptoribus Apostolicis Breuium, Archiuij, & minoris gratiæ. C

LVcas de Penna *c* Iurisconsultus non vulgari eruditione refertus dum quærit, in quo differant Proximi sacrorum Scriniorum, cæterique in sacris Scrinijs militantes à Magistris Scriniorum, respondit, Magistros præfuisse Proximis sacrorum Scriniorum; & addit, *d* Proximos epistolarum fuisse illos, qui scribebant Epistolas, vt sunt Scriptores D. Papæ: supra verò, *e* vbi de Magistris sacrorum Scriniorum agit, ita testatum habet: *æquum erat Scrinijs vnum præesse Magistrum, & erat, vt hodie sunt, Secretarij D. Papæ, qui circa talia Officia post Vicecancellarium, qui fungitur vice Quæstoris omnibus sunt maiores.* Hæc Lucas; quibus ex verbis, cum etiam ex antiqua dispositione Secretarij præessent Scriptoribus, visum est etiam nobis non incongruè factum, si post Secretarios de Scriptoribus agamus. D
Quorum originem antiquissimam esse testatur Polydorus Virgilius *f* in hæc verba. *Ab initio fuere Scribæ, qui literas scriberent Apostolicas paruo, vel nullo pretio, secundùm illud Saluatoris præceptum, Gratis accepistis, gratis date. At deinde Ioannes XXII. Collegium Scribarum Apostolicorum primus numero distinxit, qui literas proprio ingenio dictatas conscriberent, nonnullaquè alia munia obirent.* Hæc Pollydorus.

Sed tempore etiam Innocentij III. qui ante Ioannem XXII. per annos centum viginti, plusuè minus B. Petri Sedem obtinuerat, Panuino *g* teste, Scriptores, seu Scribas literarum Apostolicarum fuisse, ex responso eiusdem Innocentij *h* innotescit, ibi, *inhibemus, ne quis apud Sedem Apostolicam literas nostras, nisi à nobis, vel de manibus illorũ recipiat, qui de mãdato nostro ad illud sũt Officiũ deputati &c.* E
Et in Concilio Basiliensi *i* ex decreto Martini V. indicto, & ab Eugenio IV. iussis de causis abrogato, de Scriptoribus fit mentio in hæc verba. *Scriptoribus, Abbreuiatoribus, & Registratoribus Literarum, seu minutarum pro illorum labore competenti salario soluendo &c.*

Et Alexandrũ Farnesium, antequã inter Vaticanos Senatores 12. Kalen. Oct. 1493. ab Alex. VI. relatus, in quo Ordine vltra quadragesf. ann. versatus, ad supremã B. Petri Sedẽ euectus esset, Scriptorẽ Apostolicũ fuisse, Andr. Victor. *K* scribit his verbis. *Romam Innoc. VIII. Pontifice redijt, Rodericum Borgiam coluit, Scriptor Apostolicus, & Protbonotarius fuit &c.*

c in rub. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12 tit. 19 n. 2 ad fin.

d in l. 1. C. eod. tit vers. vel dicas.

e in rub. de magistr. sacr. scrin. tit. 9 lib. C. 12.

f de rer inuent. lib 8. cap. 2.

g in chronolog.

h in c. dura. de crim. fals.

i in pragm. Sanctio Caroli VII. Francorum Regis. tit. de annatis relato.

K in addit. vbi de 2. creat. Card. ab Alex. VI. facta agit, apud Ciacon. tom. 2. col. 1331. Card. nu. 12.

Horum

Horum verò Scriptorum numerum ad octuaginta Alexander VI. auxit, quàmuis Panuinius, & Ciaconius *a* in eius vita dicant, nouum octuaginta Scriptorum Breuium Collegium, aliorum Pontificum exemplo, ab ipso Alexandro institutum fuisse; quorum loca singula 761. aureis venierunt; & hoc à Volaterrano *b* mutuati sunt. At verè non instituit Collegium, sed Officialium numerum auxit, vt diximus, quia præter Polydori Virgilij testimonium, asserentis, Ioannem XXII. qui per annos 176.
A ante Alexandrum Beati Petri Sedem obtinuerat, Scribarum Apostolicorum Collegium numero distinxisse, Martino V. etiam sedente, Scriptores Apostolici fuerunt, & Capellam habuerunt, vt in eius Diplomate, *c* ibi: ***in vsus Capellæ Scriptorum prædictorum, aut alia pia opera conuertendum, &c.*** Nisi fortè dicamus, ante Alexandrum VI. fuisse quidem Scriptores literarum Apostolicarum, quas Bullas vocant, non autem Scriptores Breuium, quorum Collegium Alexander instituit; sauet Gomesius, *d* licèt ipse firmet, Breuia quoque appellari posse literas Apostolicas, num. 5. & 7. viden. confirmat quoque Volaterranus. *e*

Quemadmodum Iulius II *f* tertiam speciem Scriptorum Archiuij nuncupatorum instituit, multis priuilegijs decorauit, numerum præfiniuit, munus, & Officium præscripsit, Vicecancellarium, Camerarium, & Cameræ Apostolicæ generalem cau-
B sarum Auditorem huius Collegij Defensores, & Protectores constituit.

Numerus est centum, & vnius virorum, qui Scriptores Archiuij Romanæ Curiæ nuncupati Collegium constituunt, & Officium per se ipsos, non autem per substitutos exercere debent. §. 2. ad fin.

Ex quibus decem Magistri Correctores nuncupati, de quorum numero ratione iurisdictionis ordinariæ Romanæ Curiæ sint, & esse intelligantur Auditor generalis Cameræ Apostolicæ, & vnus ex eiusdem Cameræ Clericus; reliqui octo Prælati, aut in Ecclesiastica Dignitate constituti, & graduati in aliquo iurium Ecclesiastici existant. §. 9.

Ad horum verò Correctorum Officium spectat, Scriptores ad huiusmodi onus assumendos examinare, negligentes corrigere, ac processus omnes gratiarum expe-
C ctatiuarum, quæ non sunt in forma pauperum, vel in forma dignum, quantum executio de necessitate in partibus committitur, atque processus quoscumque aliarum prouisionum vigore literarum Apostolicarum, etiam Pœnitentiariæ faciendo fulminent, & decernant. Abbreuiatoribus, & Scriptoribus Apostolicis expressè mandatur, vt in confectione literarum Apostolicarum vnus ex eis ad minus index adhibeatur; nec liceat cuipiam alteri in Romana Curia processus decernere, quin per aliquem ex dictis Scriptoribus subscribatur, & publicetur cum signo, & subscriptione propria, & appensione sigilli Officij; excipiuntur, tantùm processus, quorum literæ iudicibus ordinarijs in Curia diriguntur: notæ etiam instrumentorum, & sumpta ex ipso Archiuio desumenda ab vno ex ipsis Magistris Correctoribus auscultentur, & subscribantur manu, & nomine proprio, atque ita fidem in iudicio, & extra faciant.
D d. §. 9.

Habet autem Collegium hoc Archiuium publicum, & locum decentem in Palatio Apostolico, in eorumq. libris authenticis conuentiones, & contractus tam inter viuos, quàm mortis causa adnotare debent, à quibusuis Notarijs Curiæ ibidem deferendos. §. 5. & 6. Quæ quidem delatio, & adnotatio cum in desuetudinem abijsset, vigilantissimus Pontifex Vrbanus VIII. nouo à se Archiuio erecto, & de suo nomine Vrbano appellato, restituit, ibidemq notas omnes cuiuscumque generis contractus certam summam excedentis deferri præcepit, & hodie seruatur.

Prothocolla notariorum defunctorum, etiam Romanorum, non habentium filios notarios, assignanda, & deponenda sunt in Archiuio prædicto; exceptis tamen prothocollis notariorum, quæ vnà cum Officijs vendi consueuerunt, vt sunt Officia
E Auditoris Cameræ, Curiæ Capitolinæ, & similia. §. 7. Eximuntur etiam ab hoc onere notarij Romani, & in Romanorum matricula descripti, ex Leonis X. *g* priuilegio. Sed mittamus hæc, vt priuilegia indicentur.

Notarios vndecumque venientes, & cuiuscumque nationis creare, & in matricula Archiuij describere possunt. §. 10.

Manseres, & bastardos in vrbe, & tota Ecclesiastica Ditione mediatè, vel immediatè subiecta, cum clausula tamen consueta, *fine præiudicio, &c.* natalibus restituere, & legitimare valent. §. 11.

Notarij omnium iudicum commissariorum, exceptis Ordinarijs, & Delegatis habenti-

a in vita Alex. tom. 2. col. 1343. vers. cũ autem.
b lib. 2. antrop. pag. apud me 251. à terg.
c Const. 3. §. 2. & alibi Bullar. non. tom. 1 pag. 251.
d in tract. Breuium. sub nu. 6. vers. nec etiam obst. quòd Breue.
e in antropol. lib. 22. pag. 261. à terg.
f Cõst. 15 Bullar. nou tom. 1. pag. 427.
g Const. 1. § 6. Bullar. nou. tom. 1. pag. 459.

bentibus notarios proprios perpetuos, nec non S. R. E. Cardinalibus, quibus ad li bitum notariorum electio indulgetur, constituuntur, & declarantur. §. 13.

Scriptores ipsi Collegium cum communi arca, seu bursa constituunt, omniaq. emolumenta ratione huius Officij in communi ponunt, & statuto ab eis tempore inter se diuidenda æqualitèr; Magistri tamen Correctores portionem vnam cum dimidia accipiant. d. §. 13.

Cõstitutiones,& statuta inter se iusta,& honesta cõdere valent, adiecta etiã pœna, dũ tamen in grauamen Curiæ,& Curialiũ iacturam,& detrimentum nõ tendant §.14 A

Summi Pontificis familiares, & continui commensales sunt, ac pro eorum personis dumtaxat literas Apostolicas gratiam, & iustitiam concernentes vbique gratis expediunt §. 15.

De eorum officijs, & emolumentis ad instar aliorum Scriptorum disponere,& illa resignare, solutis ducatis Cameræ quinquaginta, permissum est. §. 16. Hæc Iulius II. cuius Constitutionem innouauit, declarauitq. Leo X. *a* viden.

Cum autem exorta fuisset dubitatio circa facultatem legitimandi bastardos, an, inquam ad quoscumque illegitimos,& ex quocumque illicito,& damnato coitu procreatos, etiamsi eorum genitores filios legitimos, & naturales haberent, extenderetur, Paulus III. *b* suo diplomate sanciuit ad hoc etiam extendendam esse, sine præiudicio tamen venientium ab intestato. B

Pius V. *c* ampliando priuilegium à Iulio concessum, vt sint notarij cuiuscumque iudicis cõmissarij in Romana Curia(Cardinalibus exceptis)hãc exceptionẽ sustulit.

Et portionem in expeditionibus Cancellariæ, quando materia solutionem annatæ requirit, hos Archiuij Scriptores habere Octauianus Vestrius *d* testatum habet.

Verùm Scriptores Apostolicos præferendos, & magis priuilegiatos esse, quàm Scriptores Archiuij, decisum habes in Rota Romana apud Puteum; *e* ex Regula Cancellariæ de prælationibus, siue prærogatiuis in gratijs expectatiuis, quæ sic se habet, *Scriptores Apostolici omnibus alijs qualitercumque qualificatis in assequutione quorumcumque Beneficiorum, quę huiusmodi gratiarum vigore expectabant, quacumque diligentia, receptione, vel creatione in Canonicum non obstante, potiores existant, &c.* & facit etiam alia decisio apud eundem Puteum *f* videnda. Sed cum ex Tridentina Synodo *g* gratiæ expectatiuæ sublatæ sint, priuilegium euanescit, & decisio Rotæ nihil operatur. C

Sunt etiam magis priuilegiati Scriptores Apostolici, quia etiamsi absint à Curia, prærogatiuis tamen in eorum Bulla contentis gaudent, eodem Puteo *h* referente, qui rationem teddens sic ait; *quoniam ista priuilegia non dãtur Scriptoribus ratione laborum, sed ratione precii, quod in emptione Officiorum exponunt, vt inuitentur ad emendum ea: sed prærogatiuę, quæ dantur in regula prima prærogatiuarum, dantur ratione laborum,& ideo regula expressè posuit, actu sua Officia exercentes, &c.* & hoc bis decisum in eadem Rota apud eundem Puteum *i* habes, qui præter superius adducta hæc addit: *priuilegia, quę dantur Scriptoribus, dantur ex conuentione inter Papam,& ipsos Scriptores, pro quibus scbypbum aureum singulis annis soluunt Papę.* D

Et huiusmodi priuilegijs gaudere Scriptores, etiamsi tales non sint tẽpore gratiæ, quia priuilegia conceduntur Collegio, & ideo quandocumque quis efficiatur Scriptor, illis gaudere debeat, voluit Gomesius, *K* cuius opinionem sequuta est Rota Romana apud eundem Puteum. *l*

Sed & nonnihil inter se differre etiã Scriptores literarũ Apostolicarũ sub plumbo, quas Bullas vocant, & Scriptores Breuium, quæ sub cera expediuntur, colligi potest ex ijs, quæ scribit Gomesius, *m* dum multorum opiniones, dicentium, Breuia non esse æquiparanda Bullis, refert; quamuis ipse Gomesius tandem affirmet, tam Bullas, quàm Breuia appellari literas Apostolicas, & quòd committens falsitatem in Breui punitur, ac si commisisset in Bulla; addens, Archiepiscopum Cusentinum propter falsitatem Breuis tempore Alexandri VI.& Sebastianum de Federicis propter falsitatem supplicationũ sub Leone X.combustos fuisse; Iouio *n* sic scribente. *Exercuit & supra naturæ consuetudinem summum ius in damnandis, qui falsos libellos, ipsius subscribentis manum mentiti, in iudicium protulissent, adeout Sebastianũ Taruisinum, tum in Gymnasio Romano leges profitentem, & alioqui ea calamitate indignum, in Campo Florę concremauit, &c.* Et patres nostri, Sixto V. sedente, viderunt Bellochium ipsius Pontificis pincernam, R. P. D. Gualteruccium Breuium Secretarium, ob appositiones annuli Piscatoris in quodam Breui Pontifice inscio, ad triremes E

dam-

a Const. 6. in bull. vet. fol. 175.
b Const. 14. §. 4. bullar. nou. tom. 1. pag. 635.
c Const. 87. d. bullar. tom. 2. pag. 287.
d in pract. lib. 1. cap. 4. nu. 2.
e decis. 294. lib. 3. in nou.
f decis. 399. lib. 2.
g sess. 24. cap. 19.
h decis. 103. d. lib. 3. in nou.
i decis. 368. d. lib. 3.
K in repet. c. statutum, nu. 119. de rescript.
l decis. 399. lib. 2. in nou.
m in tract. sue epilog. in materia Breuium in prin.
n in vita Leonis X lib. 4. pag. apud me 96.

damnatos fuisse, ibique Bellochius diem clausit extremum, Gualteruccius verò tanquam à culpa vacans post obitum Pontificis libertatem consequutus fuit.

Denique sciendum est, cum in Officiò Pœnitentiariæ Scriptores viginti septem essent, & Procuratores viginti quatuor, Pius Quintus de Apostolicæ potestatis plenitudine (relictis tantùm octo Procuratoribus) alios omnes suppressit, vtque illorum indemnitati consuleret, ad Cancellariam Apostolicam transtulit, & cum ea perpetuò coniunxit, itaut qui antea Scriptores literarum Pœnitentiariæ dicebantur,
A nunc Scriptores literarum Apostolicarum minoris gratiæ, & simili modo Procuratores literarum minoris gratiæ dicuntur; quibus etiam assignata est mensa, siue banchus verisque communis in eadem Cancellaria post Milites Sanctorum Petri, & Pauli, nisi alius locus assignandus videatur ab Eminentiss. Card. Viceca̅ncellario; ad hunc verò locum literæ omnes per officium minoris gratiæ expediendæ in primis deferendæ sunt, vt ab eodem Pio V. *a* sancitum habes.

Et quemadmodum Vicecancellarius, Scriptores Apostolici, & alij Cancellariæ Officiales hos literarum minoris gratiæ Scriptores fraterna charitate prosequi, & de emolumentis respondere debent, ita etiam Scriptores isti Vicecancellario tan-
B quam eorum capiti obedire, & obsequentes esse tenentur, vt in § 8. Et hos Scriptores Pœnitentiariæ antiquos esse, Martini V. *b* Sanctio demonstrat, dum horum Scriptorum mentionem faciens, illos incompatibiles esse cum Scriptoribus literarum Apostolicarum determinat.

Itaque pro corollario dicamus, Scriptores hodie in quadruplici differentia constitutos esse; alij enim sunt

Scriptores Apostolici num. 100. quorum originem non habemus, sed ordinationem à Ioanne XXII.

Scriptores Breuium num. 80. ab Alexandro VI. instituti.

Scriptores Archiuij num. 101. à Iulio II. instituti.

Scriptores minoris gratiæ num. 27 à Pio V. reformati, & in Cancellariam trans-
C lati, ac antea Scriptores Pœnitentiariæ dicti.

Postremò, quæ in Romana Curia literæ Apostolicæ dicuntur, seu Breuia, apud Imperatores formæ dictæ sunt, & in triplici fuerunt differentia, nempe primæ, secundæ, tertiæ formæ, vt verba Honorij, & Theodosij Imperatorum *c* demonstrant, ibi, *ideoquè decernimus, vt qui inprima, vel secunda forma diuino beneficio supernumerarij reperiuntur statuti, quin etiam secunda, vel tertia forma alterius vicibus, hoc est per vicissitudines promoueantur &c.* Quod etiam obseruat Iacob. Guther. *d* in hæc verba, *Forma tertia Principis beneficium non continebat; formæ igitur sunt Breues, seu Statuta Principis, vel etiam Epistolæ, quibus aliquid ab eo constituebatur; hinc dicti Breues, & formata Pontificum Epistolæ.* Hæc Guther. Sed huius dictionis, *Breue* scilicet, mentio quoque est apud Cassiodorum, *e*
D dum Theodorici Regis nomine Agapito Præfecto Vrbi scribit, ibi omissis alijs; *secundùm Breue subter annexum &c.* quæ verba ab Anastasio Germonio *f* relata, addit insuper; *hoc vocabulo significantur hodie quoque literæ quædam Apostolicæ*. Taxam verò seruandam à Scriptoribus Archiuij Romani edidit Gregorius XIII. *g*

a Const. 84 § 2. & 3. Bullar nou. tom. 2. pag. 283.

b Const 3. § 4 & 5. Bullar. nou. tom. 1. pag. 251.

c l. 2. C. Theodosian. de Castren.

d de off. dom. Aug. lib. 2. cap. 11 vers. decreuerunt

e lib. 1. variar. cap. 6.

f de immunit. sacror. lib. 2. cap. 1. num. 9.

g Const. 91. bullar veter. pag. 1329.

E

CAPVT

CAPVT XXV.

De Solicitatoribus, siue Iannizeris, & illorum Præfecto. A

POstquam in Abbreuiatorum, & Scribarum manibus literæ Apostolicæ fuerunt, ad Solicitatorum Officium (quos vocant etiam Iannizetos) deueniunt, quibus certa taxa soluitur, pro summa quippe ducatorum triginta, ducati duo, & totidem caroleni; si verò infra, ducatus vnus, & caroleni duo soluuntur.

Solicitatorum munus est, vbi Bulla ad eorum bancum delata est, vt alter ex ipsis nomen suum paulò inferius à nomine Scriptoris in d Bulla apponat: & si annata soluenda est, ne supplices à priuatis Solicitatoribus decipiantur, Iannizeri tanquam publici Officiales, & solicitatores pro fide sui publici Officij addere solent hęc verba. *Pro Annata soluit tot.* At fir materia solutionem Annatę non requirit, Iannizeri manus non requiritur, nisi fortè sit materia, quæ consensum alicuius desideret, tunc enim priusquam Bulla ad Abbreuiatorem, qui illam dictauit, reportetur, & priusquam ausculetur, & iudicetur, notarius Cancellariæ solet à tergo consensum adnotare, vt latè hac de re differit Octauius Vestrius videndus. *a* B

Solicitatorum Collegium instituit Sixtus IV. sine quibus nullæ conficerentur tabulæ, quas Bullas dicunt, quò per hoc à plutibus examinatæ difficiliùs corrumperentur; ita Polydorus Virgilius *b* scribit; sed audiamus Panuiuum. *c Tot itaque prælïorum, & bellorum sumptibus Pontifex exaustus, cum magna pecuniæ vi indigeret, noua Collegia primus omnium Romanorum Pontificum, quæ venirent, excogitauit: dato itaque negotio Smolfo de Castro Otterio Protbonotario viro solerti, & industrio, Breuiatores minoris præsidentiæ restituit, à Pio creatos, & ab eius successore Paulo II. sublatos, quorum loca quingentis. Postea Solicitatores, quorū trecentis veniere. Deinde certos Adstipulatores, sine quibus nullæ possent confici tabulæ. Ianicerorum quoque, Stradiotarum, & Mamaluccorum Officia induxit; ex quibus Mamaluccos, & Adstipulatores, qui ei successit Innocentius VIII. abrogauit. Postremò Apostolici fisci nouem Notarios constituit, quibus redditus vnius assignauit, qui antea cunctis præerat. Hic primus vendidit officia Procuratoris Cameræ, Notariatus Apostolici, Prothonotariatus Capitolij, Notariatus Gymnasij, metiendi salis, & Camerariatus Vrbis. Vectigalia noua inuenit, vetera auxit: sed hæc seu temporum necessitati, seu veriùs proximis, ac ministris eius tribuenda censentur, præsertim cum nemo ad eam diem Pontificum nec animo ad munificentiam, liberalitatemquè propensior, nec in dando hilarior, neque in promouendis hominibus promptior fuisse memoretur.* Hæc Panuinius, quę à Volaterrano *d* desumpsit. C D

Solicitatorum, siue Iannizerorum numerus pręfinitus: officium pecunia comparatur; à principio sub ipso inuentore scut. 300. hodie 1400. veneunt singuli. Collegium priuilegia, & emolumenta, vt alia Romanę Curię officia, habet. Sine Præfecto per annos centum, & vltra fuit, nempe à Sixto IV. qui Beati Petri locum obtinuit ann. 1471. vsque ad Sixtū V. qui anno 1585. Summus Pontifex renunciatus fuit: hic etenim Iannizerorum Collegio Pręfectum constituit, certis priuilegijs, & emolumentis decorauit, & cum prima vice in Euangelistam Pallottum eius familiarem, quem postea inter Vaticanos Senatores etiam asciuit, hanc Pręfecturam collocasset, ab ipsius Pręfecti cognomine, nunc etiam *Officio del Pallotta* vulgò dicitur; & duos habet ministros, qui suas vices in Cancellaria gerunt; cum emolumenta habeat satis pinguia, scutis 40. mil. venundari posse affirmant. Sixti IV. Constitutionem, quà huius Collegij Solicitatorum institutio patet, nondum vidi, sed eius loco habemus aliā Leonis X. *e* qui emolumenta huic Collegio ab ipso Sixto constituta enumerat: cum autem hæc ob erectionem Cubiculariorum, & Scutiferorum nonnihil imminuta essent, vt illorum indemnitati consuleret, Leo alia concessit priuilegia in pręcitata Constitutione videnda. E

a in pract. lib. 1. cap. 4. num. 3. & 8.
b de rer. inuent. lib. 8. cap 2. vers. Sixtus dem.
c in vita Sixti IV. post. med.
d in antrop. lib. 22. pag. apud me 260.
e Const. 27. Bullar. vet. pag 230.

CAPVT

CAPVT XXVI.

A *De Registratoribus, Magistris Registri Bullarum, & Custode Registri.*

QVi apud Cæsares dicebantur Comites dispositionum, & Proximi dispositionũ, in Romana Curia apud Summos Pontifices dicti sunt Registratores, vt Lucas de Penna *a* scribit; sed videndus est etiam Iacobus Guther. *b* qui multa de Comitibus dispositionum enarrat. Nos ad nostra reuertamur.

Vbi literę Apostolicę expeditę fuerint, ex forma, & stylo ab Octauiano Vestrio *c* relato, per vnum ex Scriptoribus, vel eorum famulum ad Registrum portantur; hic taxa similis Scriptoribus soluta soluitur in manibus alterius ex Registratoribus ad id
B deputati (hi enim licèt numero viginti, ex quibus Collegium istorum constituitur, non omnes tamen exercent officium) alteri verò Registratori similitèr ad hoc deputato soluitur etiam ipsarum literarum registratura, plus, vel minus, prout longa, seu breuis erit illarum series: is recepta taxa, alteri Registratori literas distribuit, & hic in libris publicis, seu quinternis rescribit, & in regestrum ponit; registratæ cum originali auscultantur; auscultatis verò, Magister officij à tergo eius suę auscultationis fidem astruit, per verbum, *Ausculiata*. Hęc Vestrius.

Verùm Marrinus V. *d* vbi Registratorum officium determinat, hęc ait. *Prædicti Registratores literas registratas causa aliquid exigendi, vel extorquendi à prosequentibus ipsas, plus debito differri non faciant registrari, vel eas de mala expeditione malitiosè redarguant, seu ad quæstum accusent, aut in salarijs clericorum in*
C *registro prędicto scribentium partiecipent; quod si contrarium fecerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, à qua (mortis casu excepto) per alium, quàm Romanum Pontificem absolutionis beneficium consequi nequeant; & si hoc per testes, seu præsumptiones probetur, statim officio priuati, & inhabiles ad aliud quodcumque obtinendum declarantur. Clerici verò in d. registro scribentes, qui literas eis traditas infra tres dies ex tunc immediatè sequentes (cessante legitimo impedimento) non registrauerint, ab ipso registro penitus amoueantur, nec de cætero ad ibi scribendum admitti valeant.* Hactenus Martinus.

Qui taxam à Bullatoribus, seu Plumbatoribus (de quibus mox dicemus) seruandam, à Registratoribus quoque seruari mandat. §. 13. in princ.

Et cum Registratores isti ex viginti viris Collegium constituant, vt diximus, duo
D ex ipsis Magistri Registri Bullarum dicuntur, qui duos etiam substitutos habent; & adest quoque Custos Registri Bullarum.

a in l. 1 vers. proximi verò. C. de prox. sacr. scrin. lib 12.
b de off. dom. August. cap 7. in pr.
c in pract. lib 1. cap. 4. nu. 3. & seqq.
d in s pe cit. Const. 3. § 13.

CAPVT XXVII.

De Bullatoribus, seu Plumbatoribus, & Collectoribus Plumbi.

E BVllatores, seu Plumbatores (promiscuè namque hoc nomine vtimur, & idem significat) sunt in Romana Curia; sicut enim illa dicitur Bulla, quæ sigillum plumbum, argenteum, vel aureum pendens, & cordulis alligatum habet, vt glossator *e* notat ita Bullatores, & Plumbatores dicuntur, qui literis Apostolicis huiusmodi sigilla de more adnectunt: tunc enim literæ Apostolicæ omnimodam sortitę sunt expeditionem, quando plumbum alligatum habent; et ante hanc alligationem Bullam appellari non posse, scribit Gomesius; *f* nam per figuram synecdoche ab hac parte, plumbi scilicet alligati, quæ propriè Bulla dicitur, totę literę denominantur, vt post Gomesium scribit etiam Tholosanus *g*

e in Clem. 1. in prin. in verb. aurea, de iureiur.
f in reg. vtriusq. Signat. comp. pag. apud me 161. iuxta paruã impress.
g in syntag iur. vniu. lib. 17. cap. 15. nu. 21.

a lib. 1. cap. 4. à nu. 3. vsque ad 9

Stylus verò expeditionis literarum Apostolicarum à Vestrio *a* sic edocetur.
*Literæ Apostolicę, postquam eorum minutæ à Breuiatoribus dictatæ sunt, à Scrip-
toribus in forma literarum conscriptæ, & taxatæ ad Breuiatores Parci maioris re-
missæ, inde ad Solicitatores translatæ, postea ad Reuisores, quos de prima visione
vocant, & iterum ad Breuiatorem, qui minutam dictauit, reuersæ, illisquè eum
supplicationibus concordatis, iudicatis, & subscriptis, mox ad Custodem Cancella-
riæ eædem deuolutę, vt officialium omnium requisitas subscriptiones inspiciat, & si* A
*desint, apponi faciat, datasquè supplicationis, & Bullæ concordet, & postmodum
ad Cancellariæ Regentem remissę, vt arbitratu suo iterum, si necessitas suadeat,
concordari, & collationari faciat, lineisquè, & characteribus designet: tandem ad
Bullatoris, seu Plumbatoris manus perueniunt.* Hæc Vestrius, qui num. 9 subdit.
*Bullis in officio Plumbi plumbatis adnotatur prope illam taxa Scriptoris: & Bullæ
sic plumbatę in manibus Collectorum Plumbi consignantur, qui taxam suam à Soli-
citatoribus exigunt, vltra quam solent etiam certi caroleni ipsis Plumbatoribus, &
Pœnitentiarijs S. Petri solui. Postmodum alter ex Iannizeris ibi pro tempore exi-
stens nomen suum intra Bullam, & à latere dextero adscribit, & pro fide sui pu-
blici Solicitationis officij addit. N. solicitauit, & tantum exposuit calculando om-
nem impensam in expeditione factam, itaut supplices absentes nonnisi difficultèr de-* B
cipi possint.

b d. Const. 3. §. 12.

Taxam verò à Plumbatoribus seruandam ita à Martino V. *b* præfinitam habes:
De litera duplicata, non vltra quatuor.
De litera correcta iterum bullanda, similitèr.
De litera super sumpto habito de regestro non vltra octo.
De literis iam bullatis, & iterum bullandis (non tamen propter defectum par-
tium) & in registro corrigendis, non vltra vnum Turonensem grossum recipere,
aut exigere præsumant.

De quibusuis literis bullandis, siue gratiam, siue iustitiam concernentibus, vltra
id, quod antiquitùs, & ante vltimum schisma tempore Gregorij XI pro similibus re-
cipiebant literis, non recipiant: ita Martinus edixit d. § 12. C

c de rer. inuent. lib 8. cap. 2.

Originem verò signandi, & firmandi literas Apostolicas sub plumbo ita à Polydoro
Virgilio *c* descriptam habemus. *Institutum obsignandi literas Romani Pontificis
plumbo vnde ad posteros manarit, perdiù quęsiui; & quidem satis constat Agatho-
nem, quo sedente magna Sedi facta est honoris accessio, vt supra lib 4 demonstraui-
mus, in cera annulo impressisse sigilla; verùm postea eum Romanus Pontifex multa
irrogaret priuilegia, vt diplomata diuturniora forent, placuit Stephano III. ac deinde
Hadriano I. Tabulas Apostolicas plumbo obsignari, fuit is annus salutis DCCLXXII
cum ipse Hadrianus factus est Pontifex, nam antiquius non reperitur sigillum plum-
beum; quemadmodum constat, ante Carolum Magnum Imperatorem literas auro ob-
signare Pincipum Romanorum neminem.* Hæc Polydorus. Cur autem plumbeo si-
gillo magis quàm aureo, vel argenteo Romani Pontifices vtantur in literis, ita glossa- D
tor *d* de priuilegijs Imperialibus loquens. *Priuilegia,* inquit, *Imperialia cum au-
rea Bulla vidisse non memini nisi vnum; nec etiam multum videtur expediens pri-
uilegijs Bullam auream appendi; propter preciositatem enim metalli est de subtractio-
ne Bullę periculum, ob quam etiam causam prudentes Pręlati, & Principes tempo-
ris nostri sigillis argenteis, vel aureis non vtuntur &c.*

d in Clem. vnic. in verb. aurea, de iureiur. ad fin.

Hæc verò dictio *Bulla*, frequentèr apud Canonistas inuenitur, & à nonnullis tan-
quam barbara criminatur, vt obseruat Nicol Grauat. *e* Verùm in hoc ab omni culpa
vacare Canonistas, latini sermonis Patres nos edocent. Bulla enim dicitur gutta illa,
quæ aqua ebulliente orbiculatur, & cito euanescit, Plutarco teste; *f* & hùc respiciens
Varro hominem bullam appellauit, quòd similis bullæ aquæ vita hominis fluxa, &
caduca sit. Bullæ etiam clauorum capita dicuntur; ita Plautus *g* Leonidam in scena E
loquentem facit. *Iustine in splendorem dari bullas has foribus nostris &c.* Et Cicero
aduersus Verrem, bullas aureas è valuis Templi abstulisse scribit; sunt enim clauorũ
capita more Bullæ quasi surgentia, & orbiculara, vt de se patet. Bullas etiam pro signo
equestri ordinis vsurpatas apud antiquos inuenies, ita Propertius. *h*

Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo.

& magis apertè loquitur Macrobius, *i* dum antiquissimum hoc bullæ ornamentũ
ab ipso Romulo deducit: *quòd primus* (inquit) *in hostico procreatus: Hostum Ho-
stilium à matre vocitatum, & eundem à Romulo bulla aurea, ac prætexta insignibus
hono-*

e in addit. ad Vestr. lib. 1. cap. 4. in verb. bullar.
f in problem.
g in Asinaria, act. 2. scen. 4.
h lib. 4. eleg. 1. de de Vrbe Roma.
i lib. 1. Saturnal. cap. 6.

honoratū;& cordis figuram in ipsa bulla insculptam fuisse, idem scribit, rationemq. affert his verbis, *Nonnulli credunt, ingenuis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inspicientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent*. Hæc, et alia Macrobius de Bulla, apud ipsum videnda. Ab ipsa verò Bulla plumbea, in qua ab vno SS. Petri, et Pauli Imagines, ab alio latere

A Pontificis viuentis nomen insculptum cernis, et literis Apostolicis in pergameno scriptis alligata, literæ ipsæ per figuram synecdoche, dum pars pro toto capitur, denominationem habent, et Bullæ non ineptè dicuntur, vt Polydorus Virgilius *a* obseruat, qui hanc dictionem, *Bulla*, à verbo græco, *Bule*, deductum autumat. Sequuta verò morte Pontificis, exemplar, quo Bulla plumbea, et cerea (Annulus Piscatoris dictus, quia Beati petri nauiculam designat) imprimitur, statim à Card. Camerario frangitur, ne fraudes, aut falsitates fiant, Mandosio *b* teste.

Sed ad Bullatores, seu Plumbatores reuertamur, vt vnde sermo noster sumpsit exordium, debitum quoque finem consequatur. Habent igitur et ipsi Bullatores Collegium ex viris vigintiquinque, ab Innocentio VIII. vacabile, et pecunia comparabile constitutum, Panuinio *c* teste; singuli verò ex ipsis Officijs veneunt aureis mille sexcentis, plusuè minus: et hi etiam Collectores Plumbi dicuntur.

B Primus verò inter Romanos Pontifices, qui Bullas, seu Numismata modo prædicto impressa, in quibus scilicet ab vna Imago, et nomen S. Petri, ex altera verò parte nomen Pontificis cernitur, S. Leo magnus cognomento fuit, vt ex Numismate æreo in musæo Lælij Pasqualini Canonici Basilicæ S. Mariæ Maioris asseruato videre est, Baronio *d* teste, à Ciaconio *e* relato,

Sed Venetam quoque Rempublicam literas Ducales sub plumbo firmare scribit Sabellicus *f* ex permissione Alexandri III. summi Pontificis, cum antea sub cera; & hoc idem ad hæc nostra, seu potius ad sua tempora durasse, vbi etiam huius, ac aliarum concessionum huic Reipublicæ factarum causas refert. Ego verò vidi literas huius Serenissimę Reipublicæ in fauorem egregij militis Bartholomæi Liuiani emanatas aurea Bulla munitas, & penes D. Paulum Monaldensem consanguineum, &

C successorem d. Bartholomæi in Castro Aluiani existentes. Annulos autem signatorios, in quibus sculptum erat vel caput egregij viri, vel factum aliquod egregium, & memoria dignum, etiam apud antiquos, & gentiles extitisse, probant Cicero, alijq. relati à Io. Corasio. *g*

Demum scias, quòd nec prius censentur expeditæ literæ Apostolicæ, quàm sint plumbatę, vt dixit Rota coram Gregorio XV. *h*

a de rer inuent. lib. 8. cap. 2. circa med.

b in glos facult. Reg. §. 1. in fin. vers. plumbi bullata.

c in vita Innocentij VIII.

d annal. tom. 6. in vita S. Leonis I.

e in vita eiusdē S. Leonis ad fine tom. 1 col. 1374

f histor. Venet. decad. 1, lib. 9. pag. 45.

g in comment. l. 2 §. & vt obiuitr, nu. 45. & seq. ff. de orig. iur.

h decis 440. prætendebat, nu. 5.

CAPVT XXVIII.

D

De Senescalco, siue Custode Cancellariæ.

SEnescalcum, siue Cancellariæ Custodem à Martino V. *i* institutum fuisse, ex diplomate eiusdem Pontificis apparet.

Hic priusquam ad Officium exercendum admittatur, iuramentum in manibus Eminentiss. Card. Vicecancellarij de fidelitèr exercendo Officium suum præstare debet, & quotannis renouandum est.

Post iuramentum, & admissionem eius Officium in hoc potissimùm versatur. Vt literas gratiæ per Cancellariam expeditas recipiat. Statim atque illas recepit, diem, qua in Cancellaria præsentatę fuerint, describat, nulla recepta, etiam à spontè dantibus, mercede: literas prædictas receptionis ordine seruato, & omni fraude post-

E habita, expediendas præsentet: literas, Rotolos, ac Supplicationes in literarum expeditione traditas, vel traditos, ante, vel post literarum Apostolicarum expeditionem nullo modo celabit, vel quoquo modo per se, vel alium malitiosè sub pœna priuationis Officij, ac etiam excommunicationis, non absoluendus nisi à summo Pontifice, vel in mortis articulo, occultabit. Cum autem huiusmodi indicia sint difficilis probationis, nec ad reorum condemnationem sine probationibus luce meridiana clarioribus (vt Iurisconsulti loquuntur) veniendum sit, ex Valent, & Theod. Sanctione, *K* idem Pontifex Martinus V. modum huiusmodi delicta probandi propterea definiuit; nempe, vt sex Apostolici Scriptores, seu Abbreuiatores Senescalcū

i Const. 3. §. 8. Bullar. nou. tom. 1. pag. 251.

K in l. fin. C. de probat.

in Officio deliquisse,& minus legalitèr illud exequuisse deponant, de qua re sit etiam publicè diffamatus; Priuatione sequuta, Eminentiss. Card. Vicecancellarius alium intra tres dies prouideat, sin minus, vnus ex Abbreuiatoribus idoneus eligatur, qui iuramenta similitèr præstare, & omnia, quæ supra de Senescalco dicta sunt, adimplere teneatur. Nec alius, Senescalco excepto, literas gratiam concernentes in loco expeditionis solito expediendas ponat, ex eiusdē Martini præcepto. §. 8. Vestrius *a* quoque nonnihil de Custode Cancellariæ loquutus est; eiusq. Officium describens, sic ait. *Custos autem ex eadem Cancellaria de manu Regentis supplicationes recipit, partibus, accepto à singulis iulio vno, restituendas.* Notandum tamen puto, Vestrium dissentire à Sanctione Martini V. quæ nihil etiam à sponte dantibus recipiendum præcipit; quapropter receptio vnius iulij ab alijs Pontificibus post Martinum permissa erit; sicut etiam permissum est, per famulum, aut substitutum exercere Officium colligendi Bullas, quas Abbreuiatores de Parco maiori post reuisionem, & nominis appositionem proijciunt in terram, vt idem Vestrius adnotat: Et huiusmodi Officium multis ab hinc annis magna in existimatione consistit; siquidem Alexander Perettus Card. de Montalto nuncupatus, & Viceeancellarius Michaeli Peretto Venaphri Principi, eiusq. germano fratri concessit: quibus mortuis, & in locum Vicecancellarij Ludouicus Card. Ludouisius ascitus, Excellentissimum D. Nicolaum Ludouisium Venosæ Principem similitèr germanum fratrem in locum Principis Peretti suffecit, & adhuc in Officio permanet, ac per substitutum exercet. Officij valor, si quando auctioni subijceretur, ducatorum decem, & octo millium esset, si fama vera refert.

A

B

a in pract. lib. 1. cap. 4. nu. 5. & 7.

CAPVT XXIX.

De Cubicularijs, & Scutiferis.

CVbicullariorum Officium antiquissimum in Romana Ecclesia est, & annis ab hinc mille, & ducentis, plusuè minus à Beato Leone Pontifice huius nominis primo, qui vices Christi in terris anno 440. gerere cœpit, institutum fuit, ad Beatorum Petri, & Pauli sepulchra custodienda, Platina *b* referente, cuius verba ita leguntur. *Sepulchris quoque Apostolorum Custodes addidit ex Clero Romano, hos Cubicularios appellauit:* & hoc idem, licèt alijs verbis, confirmat Ciaconius, *c* dum ait *Hic etiam constituit, & addidit supra sepulchra Apostolorum ex Clero Romano Custodes, qui dicuntur Cubicularij, quos modò dicimus Capellanos; Cubiculum enim idem erat apud antiquos, quod hodie apud nos Capella, &c.* hæc Ciaconius, cui vt non omnino assentiar, sacra me admonet historia, *d* quæ ita se habet. *Nam etsi iam ab Apostolorum tempore loca fuerint Deo dicata, quę a quibusdam Oratoria, ab alijs Ecclesię dicebantur, &c.* non ergo Cubicula, vt Ciaconius ait. Verùm sit ipsemet suæ sententiæ defensor; nos ad alia transeamus.

Et duo esse genera Cubiculariorum, nempe Cubicularios secretos, vel etiam honoris D. Papæ inseruientes, de quibus modò non loquimur, & inter hos nobiliores esse, qui secreti dicuntur, vt probat Staphileus; *e* & Cubicularios, qui Officium habent in Cancellaria Apostolica, & de quibus nunc agimus, præter Romanæ Aulæ vsus, summorum quoque Pontificum Constitutiones declarant, dum amborum Beneficia per obitum vacantia ipsius Pontificis collationi reseruantur, ex Pauli III. *f* Sanctione, & legitur inter Cancellariæ regulas *g* à Gregorio XV. editas, vbi extenditur reseruatio etiam ad Cubicularios, quos vocant honoris: ex quo sublata videtur difficultas olim in Rota Romana exorta, & à Mohedano *h* relata, vt scilicet verba regulæ verificentur in Cubicularijs veris seruientibus in Cubiculo Papæ, non autem extendenda ad Cubicularios extra muros; sed cessat, inquam, ista difficultas ex noua regula 7. vt diximus: nam licèt Cubicularij sub nomine etiam familiarium Papæ in regula 4. Cancellariæ contineãtur, ad maiorē, & magis specificam declarationē edita est quoq. prędicta regula 7. vt aduertit Roder. de Quesad. *i* addens, ita quoq. fuisse decisum in Rota coram Laneell. *K* & legitur impressa decisio apud Garz. *l* Verùm de his hactenus. Ad Cubicularios, & Scutiferos Officiales in Cancellaria Apostolica reuertamur; quorū Collegia à Leone X. erecta, & constituta fuisse scribit idem Garzias; *m* & ad probandum Constitutionem 14. huius Pontificis affert, quæ quidem

C

D

E

b in vita S. Leonis I.

c in vita S. Leonis tom. 1. col. 135.

d in Breuiario Romano de dedicat. Ecclesiæ S. Saluatoris, lect. 4.

e de prærog. expet. & de intel. reg. in 6. par. prin. nu 42. pag. apud me 100.

f Const. 3. Bullar nou. tom. 1. pag. 615.

g Reg. 7.

h decis. 90 aliàs 2. de probation.

i in notis ad d. reg. 7.

K in Saguntina Archidiac. & Canonic. 19. Martij 1602.

l de benefic. par. 5. cap 1. nu. 332.

m loco cit. n. 398.

Consti-

Constitutio in meo Codice *a* procedit solùm ampliando indulta, & gratias concessas à Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Iulio II. Collegio Abbreuiatorum, & de Cubicularijs nihil, vt legenti manifestum erit; verùm in Bullario veteri videnda est d nu 14. rectè igitur loquutus est Garzias, qui nondum Bullarium nouum viderat. Sed Paulus Iouius *b* hac de re ita loquutus est. *Ad haec peragenda in bellicos sumptus ingentem auri vim collegit; nequaquam prouincialibus expilatis, sed instituto*

A *nono equestri Ordine ad numerum quadrigentorum: ij equites eoemptis priuata pecunia eius Dignitatis officijs, ex vectigalibus demum quotannis centenos aureos accipiebant, & immunitatis praerogatiua iuuabantur: addidit etiam Cubiculariorum, Scutiferorumquè Collegia officijs eorum venalibus ad eam spem vberrimi redditus; sicuti ante Iulius officia annonae Praesidentium instituisset.* Haec Iouius, qui vnico contextu tria Collegia a Leone, & vnum à Iulio instituta nobis assignat: quo verò nomine equestris Ordo dictus esset, Panuinius *c* docet, & S.Petri Equites appellat: addit etiam, vltra Equites, Cubicularios, & Scutiferos, Ripae etiam officia ab ipso Leone excogitata, & vendita, his verbis. *Pecuniae quaerendae causa (quum multa tum aedificijs, tum effusis largitionibus, & bellorum vsibus absumpsisset) pretio Cardinales aliquot legit, & officia quaedam venalia excogitauit, vt Cubicularios, Scutiferos,*

B *Milites S Petri, & Ripae Portionarios &c.* Verùm nimis mordicus est in Leonem Panuinius; legenti enim Bullam erectionis officij Cubiculariorum, & Scutiferorum apparebit, non ad explendas largitiones effusas, & aedificia construenda haec instituisse officia, sed vt bellum in Italia exardescens extingueret, Parmam, Placentiamq; periculis obiectas inuaret, aliasq; Ciuitates, & loca sub ecclesiastica Ditione quiescentia tueretur, Vladislaum Hungariae, & Bohemiae Regem ab immanissimo Turcharum Tyranno deuictum, & Belgradum iam occupatum, eiusdemq; Tyranni maiores progressus impediret, officia praedicta, ex quibus (quo minori subditorum onere posset) pecunias compararet, adinuenisse, seu potius Leonem I. Sanctissimum Pontificem imitasse; hic enim ex Romano Clero adhibitis Apostolorum sepulchris Custodibus, hos Cubicularios appellari voluit: Leo igitur X. considerans, non mediocri-

C tèr honori, & dignitati Summorum Pontificum pro tempore existentium consultum fore, si Imperatorum exemplo, ipsi quoque Pontifices certos, & particulares haberent Cubicularios, & Scutiferos, in hoc potissimùm incumbentes, vt Oratores Principum ad Apostolicam Sedem accedentes honorificè, & obsequentèr exciperent, & ad penetralia introducerent, Cubicularios sexaginta, Scutiferos verò centum quadraginta Summo Pontifici assistentes ordinauit, quos licèt ferè semper, ipso Pontifice in publicum prodeunte, illi videamus adstantes, potissimùm autem vbi Sacratissimum Domini nostri Iesu Christi Corpus solemni pompa ab Vrbano IV. instituta, certo anni tempore, & statuta die circumfertur, & Vrbs Leonina lustratur, quantum hi, caeteriquè Cancellariae Apostolicae officiales proprijs indumentis exornati, facibusquè accensis incedentes, huic solemnitati praebeant ornamenti, decorisquè, non

D alios, quàm qui viderunt, testes adhibeo. Sed reuertamur in viam. Vt igitur Summo Pontifici assistant, ad Sedis Apostolicae decus, ad eam pro tempore accedentium honorem, & commodum, inuentos, institutosquè esse Cubicularios, & Scutiferos dicendum est: verùm quia praemijs, & honoribus digni sunt, quos Principis latus illustrat, quibus sint Cubicularij, & Scutiferi & praemijs, honoribusquè decorati, breuitèr enarrabimus, ex ipsius Leonis X. Literis Apostolicis desumptis.

Collegium habent perpetuum; officium verò vacat per cessum, seu decessum (vt aiunt) in cedentium, seu decedentium locum alij subrogantur, in eodem ministerio, etiam Sede vacante, duraturi.

Cubiculi, Aulaequè Pontificis custodiam gerant, Oratores, et alios ad intima ipsius Pontificis deducendos, pro personarum qualitatibus, quas benè, et diligentèr

E obseruare teneantur, decentèr excipiant.

Mansiones propias, saltem vnā pro vnoquoq. Collegio, in Palatio Apost. habeant.

Custodiam diebus singulis, Cubicularij per duos, Scutiferi per quatuor, aut plures ex eis, prout temporum necessitas exiget, more sollto, itaut Cubicularij intra, Scutiferi verò extra Cubiculum, vbi Pontificem esse contigerit, immediatè post Camerarios secretos scitè, et prudentèr exerceant.

Ad custodiam deputati in Triclinio, quod Tinellum vocant, comedere valent; sed nonnullis ab hic annis similis comestio cessauit, ciusquè loco panem honoris (quem pattem vocant) accipiunt.

In

a Bull. nou. tom. 1. pag. 485.

b in vita Leonis X. lib. 4 pag. apud me 104.

c in vita eiusdē Leonis X.

In Cubiculariorum Collegio coniugatos viros adesse prohibentur, nisi Doctor sit in aliquo iurium, qui etiam in graduatorum habitu iuxta morem Romanæ Curiæ incedere consueuerit, ac dummodo in eodem numero plures quàm sex laici, vel coniugati, etiamsi qualificati, simul non existant.

Cubicularij autem,& Scutiferi licèt quotidie in Tinello non comedant,& mansiones in Palatio non habeant, veri nihilominus ipsius Papæ familiares sunt,& continui commensales. A

Preeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, locis in Capella Pontificia, quibus alij Cubicularij, & Scutiferi hnc vsque gauisi sunt, gaudere debent.

Vestes lugubres ratione obitus Pontificis, rubeas verò coronationis causa, eius quantitatis, & qualitatis Cubicularijs, & Scutiferis defuncti, & noui Pontificis respectiuè exhiberi solitas, habeant, & recipiant.

Comites Palatini creantur cum facultatibus creandi notarios, & cum spurijs, alijsquè ex damnato coitu procreatis, vt ad parentum, & aliorum successionem aspirare, & obtinere valeant, dispensandi.

Qui ex ipsis Cubicularijs, & Scutiferis clerici fuerint, Sedis Apostolicæ Notarij; qui verò laici, auratæ Militiæ Milites efficiuntur, easdemquè retinent dignitates, licèt Cubicularij, & Scutiferi esse desinant. B

Ab Ordinariorum iurisdictione sunt exempti: literas Apostolicas ad ipsorum commodum gratis expediunt.

Inter familiares actu seruientes describuntur, expectatiuarumquè prælationem habent: quoniam verò ex dispositione sacri Concilij Tridentini huiusmodi expectatiuæ ab aula recessērūt, quędā alia hac de re priuilegia illis concessa relinquimus.

Cubiculariatus, & Scutiferatus Officia resignare, ac de illis disponere valent, solutis tamen florenis quinque pro centenario pretij, quod inde percipitur.

Collegialia iura, & insignia habere, Statuta, & Ordinamenta eorum statum tranquillum concernentia condere, condita restringere, & ampliare, pœnis etiam ipsi Collegio applicandis, valent.

Ne dignitas, & nomen sua numerositate vilescat, certus assignatur numerus Cubiculariorum, & Scutiferorum, qui participantes, & non participantes dicantur, & sint, inter quos etiam differentia constituitur. C

S.R.E. Vicecancellarius, cæteriq; Cancellariæ Apostolicæ Ministri literas Apostolicas siue sub plumbo, siue sub cera, quarum ratione, annata, vel commune, aut minuta seruitia soluantur, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna non expediant, nisi Cubicularijs, & Scutiferis soluta mercede, pro ipsorum Collegio statuta.

Notarij in præmissis aliquid contra fas, & iustitiam committentes falsitatis pœna, reliqui verò, Regens, Secretarij, Summista, Bullatores, præter excommunicationis sententiam ad refectionem damnorum teneantur.

Vt facilius, & promptius emolumenta percipiant, locus in Cancellaria Apostolica idoneus tam Cubicularijs, quàm Scutiferis assignatur. D

A solutione iocalium, & aliorum quorumcumque iurium in Camera fieri solita eximuntur, & liberantur.

Licèt Notarij sint, habitum tamen Notariatus gestare non tenentur; qui verò illum gestare voluerint, à Defensoribus eiusdem Collegij recipiant.

Defensores autem super præmissis conficiendi processus sub communi sigillo, veluti literarum Apostolicarum executores facultatem habent.

Florenos viginti pro centenario Summæ Sedi Apostolicæ valdè indigenti solutæ ex redditibus Cancellariæ, & Cameræ iuribus percipiunt, iuxta formam, & assignationem hic traditam.

Literas Apostolicas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, et Beneficiorum Ecclesiasticorum expedientes, nisi partem huic Collegio tangentem soluerint, nedum falsitatis pœna, sed perpetuæ infamiæ, ac refectionis damnorū in vtroq; foro ligantur. E

Thesaurarij Prouinciarum, Dohanerij, et Salinarum conductores summam Cubicularijs, et Scutiferis super eorum conductionibus assignatam, quacunque exceptione, et impedimento remotis, integrè soluant.

Vtquè magis Collegijs istis consultum sit, Cardinalis Camerarius, et Thesaurarius generalis pro tempore existentes in locationibus faciendis summam prædictam exprimant, ipsisquè Collegijs solui mandent; et conductores ad hæc præstanda sub valida fideiussione obstringantur.

Qua-

Qualitèr verò diuidenda sint inter ipsos Collegijs adscriptos emolumenta, Bulla describit, ac in centum, & vnam portiones diuidit, ex quibus Cameræ Clerici vnam habeant, cum onere defendendi, & protegendi Collegia hæc, eorumq. iura, & emolumenta.

Si Collegia supprimantur, summam, ab ipsis de Collegio in emptionem erogatam
A recipiant; si verò redditus diminuantur, actione directa Thesaurarios, Dohanerios, salinarum conductores ad refectionem damnorum conueniant.

Vtq. de versione pecuniarũ in vtilitatem Cameræ semper appareat, Camerarius, & Clerici pretium per ipsos Cubicularios, & Scutiferos in emptione solutum in libris eiusdem Cameræ acceptum referant, ipsosq. Cubicularios, & Scutiferos creditores faciant; vestibus lugubribus, & iucundis, vt dictum est, donent.

Vicecancellarij, & Camerarij patrocinio Collegas hosce commendat, vt latiùs in Bulla ab ipso Leone, & facto Purpuratorum Patrum Collegio viginti trium numero constante subscripta, & sub plumbo expedita continetur, cuius confirmationem habes à Paulo III. *a* & Iulio III. *b* editam

a Const. 3. Bullar. vet. pag. 358.
b Const. 11 d. Bullar. vet. pag. 507.

B

CAPVT XXX

De Militibus S. Petri.

CHristianæ Reipublicæ hostis acerrimus spurcissimæ Mahumetanæ legis Tyrannus, vbi primùm in agro Dominici optimo virente tritico hæc diabolica fraude irrepsit zizania, semper extitit; quamobrem Summi Pontifices Christi Domini in Terris Vicarij in ea potissimùm cura studuerunt incumbere, vt hanc in fasciculos ad comburendum colligerent, ac penitùs extirparent. Hinc Clemens IV. Nicolaus IV. Bonifacius VIII. Benedictus XI. Clemens V. Calistus III. Pius II. Paulus II. matini belli expeditionem indixere: & cum Pio II. seden-
C te thesaurus aluminis per tot sæcula in Italia incognitus apud Forum Clodij Tulpha nuncupatum, & Vrbi proximum fuerit inuentus, quasi Diuino Numine datus pro tutela Christianæ Religionis, quicquid ex huiusmodi prouentu percipi, & in ærarium Cameræ Apostolicæ condi potuisset, ad Christianæ Fidei defensionem, & Mahumetanæ sectæ depressionem sanctus Pontifex dedicauit, Christoq. Domino consecrauit.

Leo autem huius nominis X. cum in literis clausuræ Lateranensis Concilij hanc eandem contra Turcas expeditionem indixisset, memor d. aluminis prouentus, huic pio operi Cruciatam nuncupato iam antea addictos, & applicatos, ne in illius administratione fraus aliqua committeretur, sano, prudentiq. consilio Collegium certorum hominum, qui Milites S. Petri dicerentur, instituit, erexitquè, *c* ac testatur Gigas, *d* qui ait, se præsentem fuisse huic erectioni: quibus Militibus ea potissimùm
D demandata est à Leone cura.

c Const. 36. Bullar. vet pag 247.
d tract. de pension. q. 21. nu. 6.

Vt non solùm cantariorum d. aluminis, quæ singulis annis fabricantur, & ponderantur, ac aliorum, quæ ad ipsius aluminis fabricam sunt necessaria, nec non tractarum earum, & frumentorum, & aliorum bladorum à confinibus Ciuitatis Terracinę vsque ad confinia Senarum diligentem computum, & rationem tenendi curam habeant, sed etiam ad Reges, et Dominos temporales pro negocijs ipsius aluminis, quandocumque necessarium foret, mittendi, seu destinandi essent: ac Ciuitatis vetulæ, Ancoragiorum, et Arcis, ac Turris Portus Corneti, ac ipsius Ciuitatis Præturæ, et Arcis cum Prætura Montis alti, et Barigellatus, Dohaneriatus, et Commissariatus tractarum etiam Patrimonij, et Commissariatus aluminis curam haberent. Tempore verò prosequutionis d. expeditionis contra Turchas, horum Militum fi-
E deli opera in rebus tunc occurrentibus confidentèr vti posset.

Horum Militum numerus, ex quo Collegium constat, quadringentorum, & vnius est; ex ijs viginti sex sub omnimoda potestate, et dispositione Cardinalis Vicecancellarij existunt.

Vt ab alijs dignoscantur, Bullam auream ab vno cum imagine Principis Apostolorum, insignijs Romani Pontificis pro tempore existentis, ab alio latere cum clauibus, et thiara, torqui aureæ alligatam, et à collo pendentem deferant, cuius delatio alijs omnibus prohibetur, sub pœna hic expressa.

Locum Concilij, quod pro tempore fiet, custodire, et propriam mansionem saltem

vnam

vnam in Palatio habere debent, in eaquè à Magistro Domus Pontificiæ perpetuò manutenendi sunt sub pœna excommunicationis.

Duo ex iis quolibet die in tinello comedere, & in exigendis Annatis in Camera Apostolica deputandi sunt.

Vbi aluminum, & aliorum prouentuum in Camera Apostolica ratio exigenda erit, vnà cum Clericis, & Commissarijs intersint, & pœnarum, ac fraudum à criminosis exigendarum quinque pro centenario lucrentur. A

In contractibus, locationibus, & arrendationibus super alumine faciendis, nisi fuerint Mensarij huius officij vocati, & admissi, atque instrumentorum copia, quæ fidem vbique faciat, gratis data; & nisi conductores obligauerint se ad soluendum, & cum effectu soluerint in principio cuiuslibet mẽsis dictis Mensarijs, seu eorum receptoribus ratam assignamentorum debitam in ducatis auri in auro, contractus ipsi, & locationes sint ipso iure nulli.

At si hoc neglectum, & recusatum fuerit, liceat Militibus, seu deputandis ab ipsis propria auctoritate capere possessionem rerum, super quibus eorum emolumenta constituta fuerint, & retenta portione ad eos tangente, residuum Cameræ restituant.

Contra fraudantes Fabricam S. Petri, & aperientes nouas alumerias, vel ementes ea ab infidelibus, seu fraudem aliquam in hoc admiserint, Milites, seu ab eis deputati procedere valent; & pœnarum portionem habent. B

Familiares veri, & indubitati sunt Romani Pontificis, quàmuis mansionem in Palatio non habeant, nec in tinello comedant; & in quibusuis literis vti familiares, & continui commensales describantur.

Vestes lugubres in morte, & rubras in coronatione noui Pontificis habere debent, eiusdem quantitatis, & qualitatis, vti Cubicularijs dantur.

Statim atque ad officium hoc fuerit quis admissus, tam ipse, quàm eius primogenitus natus, vel nasciturus nobiles de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranensis Comites sunt, cum facultate etiam creandi Doctores vtriusque iuris extra Vrbẽ, nec non Artium, & Medicinæ, ac Sacræ Theologiæ Magistros, tam Regulares, quàm seculares, certis adhibitis diligentijs, et solemnitatibus. Iudices quoque ordinarios, et tabelliones creandi, spurios, et ex damnato coitu natos legitimandi facultatem habent. C

Milites, qui clerici fuerint, Prothonotarij, qui verò laici, Equites auratæ militiæ sunt, nec tamen dimisso officio Prothonotariatum, seu auratam militiam amittunt.

Pensiones vsque ad summam ducatorum 150. auri de Camera, si laici fuerint, quàmuis coniugati, et bigami, vt etiam dicit Gigas; *a* si verò clerici, pensiones, et fructus beneficiorum ecclesiasticorum loco pensionum, quousque in Romana Curia manserint, et Militis officium retinuerint, habere possunt, onere adiuncto, vt in expeditionibus Cruciatæ, et Concilijs absque alio stipendio eum vno equo ratione dictæ pensionis militare teneantur. D

a de pension. q. 11. num. 6.

Transferre quoque pensiones, earumquè regressum, vel accessum, in translatione reseruare possunt.

Testandi facultatem de bonis per Ecclesiam acquisitis vsque ad ducatorum duorum millium quantitatem in quoscumque etiam incapaces, pro alijs verò bonis ad quancumque summam habent.

Milites si fuerint illegitimi, in impetrationibus gratiarum à Principe de natalium defectu mentionem facere non tenentur.

A iurisdictione Ordinarij tam ipsi, quàm familiares, à solutione etiam gabellarũ, vectigalium, collectarum, et quorumcumque onerum indictorum, vel indicendorũ, etiam decimarum, exempti, et liberi declarantur. E

Pragmaticis, et Statutis de dotandis mulieribus pro vxore, filijs, et sororibus, non subijciuntur.

Pro festiuitatibus, et spectaculis Romæ celebrandis contribuere non tenentur, eosquè cogentes ad hoc, excommunicationi latæ sententiæ subiacere dicuntur.

Sedis Apostolicæ, Summorumquè Pontificum pro tempore existentium iurisdictioni dumtaxat subijciuntur, et clericali beneficio, quàmuis laici, et bigami gaudent.

Ensem,

Ensem, & alia arma etiam per Vrbem absque alicuius licentia tam ipsi Milites,
quàm eorum familiares gestare valent.
Literas Apostolicas siue gratiam, siue iustitiam conectuentes gratis expediunt,
cum speciali nota, *gratis pro Milite S. Petri.*
Priuilegijs,& gratijs Scriptoribus, & Cubicularijs concessis potiuntur,& gaudent.
Officium hoc, velut alia Romanæ Curiæ, resignari, & cedi potest, & vnus plura
A potest Officia retinere, etiam vltra decem, in quorum concessione sola signatura
sufficit. Pro signatura autem cuiusuis Officij,exceptis tamen viginti sex, quæ ad Vicecancellarium pertinent, quinque pro centenario soluenda sunt.
Milites isti Collegium, & Collegij iura retinent, & habent; literas ad præmissorum
probationem gratis expediunt.
Vicecancellario, alijsq. Cancellariæ ministris sub excommunicationis pęna vetitum est literas Apostolicas expedire, nisi soluta, vel idoneè cauta solutione Annatæ
ad huius Collegij fauorem. Nec Cameræ Notarij cassent obligationes, nisi satisfacto
Collegio de ipsa portione Annatæ: contrarium attentantes pœnis grauissimis inuoluuntur.
Locum in Cancellaria, in Camera, in Capella, Consistorijs, Sessionibus,Processio-
B nibus, Caualcatis, alijsq. publicis actibus, prout Aduocati, & Secretarij habere
debent.
Receptor, & Computator Collegij sicut cæteri Officiales in literis Apostolicis expediendis manum apponat.
Quoscumque alios Milites cuiusuis Militiæ Regum, & Imperatorum, & S. Ioannis
Hierosolymitani præcedunt.
Principum Oratoribus deficientibus, seu non sufficientibus in delatione Vmbellę,
seu Baldacchini, Pontifice solemni pompa procedente, Milites isti suppleant.
Decimas auctoritate Apostolica impositas, vel imponendas Collegium, seu ab eo
deputati colligere, & earum portionem habere debent.
A iocalibus, alijsq. Cameræ Apostolicæ iuribus soluendis eximuntur.
C Licèt Prothonotarij sint, habitum tamen deferre non tenentur, volentes autem
hunc à Defensoribus Collegij recipiant, illisq. solitum præstent iuramentum. Defensores ipsius Collegij nomine, & sub communi sigillo processus super Officio notariatus dumtaxat coram se fabricare; pro fabricatione verò Icones 22. & non vltra,
comprehensis etiam iocalibus Cameræ, & Camerarij sigillo, Prothonotarij soluant.
Cum ex venditione horum Officiorum Camera percepisset florenos auri quadringentos, & vnum mille, statuitur Militibus annua responsio, vt quolibet anno
recipiant florenos decem aureos pro centenario pecuniarum solutarum, ac pro illorum exactione datur actio contra personas priuilegiatas, & speciali nota dignas; licetq. Collegio prædicto exactores in Curia, & extra eam constituere. Vtq. magis
certi sint redditus prædicti, referuntur Cameræ Apostolicæ prouentus ad huius
Collegij fauorem hipothecati, videlicet. Prouentus aluminum. Thesaurariæ Patri-
D monij. Gabellarum Narniæ. Emolumenta Thesaurariæ, & Marescalcatus Notariatus Cameræ Prouinciæ Marchiæ Anchonitanæ. Salinarum, & frumentorum, bladorumq. euectiones, quas vocant tractas. Maleficiorum d. Prouinciæ Marchiæ, &
Ducatus Spoletani, & Thesaurariæ Asculi. Salinarum Romandiolæ,Exarchatus Rauennæ, & Bononiæ. Vini vectigalis in Ciuitate Bononiæ, ac earundem Ciuitatum,
& locorum Thesaurariæ. Venditionis salis in salarijs, & dohanerijs Marchiæ, Ducatus Vrbini, Dominiorum Pisauri, et Senogalliæ, ac Ceruiæ. Salinarum almæ Vrbis, et suorum membrorum. Pascuorum Patrimonij, & Vrbis, quę Dohanam vocant. Thesaurariæ Perusiæ, et Vmbriæ. Portarium, et Portorium Vrbis Ripæ, et
Ripettę, quę Dohanam S. Eustachij dicunt, mercium scilicet intra Vrbem inuectarum. Arcium quoque Ciuitatis vetulę, Montis alti, et Corneti. Commissariatus
E aluminum. Vicariatus Ciuitatis vetulę. Dohaneriatus tractarum Patrimonij, et
aliorum locorum à confinibus Terracinæ, & Ciuitatis Senarum. Ex retraticis frumentorum. Anchoragiorum, & vectigalium Ciuitatis vetulę. Montium Ducatus
Vrbini emolumentis. Dohaneriatus, Commissariatus, et Præturæ Corneti. Barigellatus Patrimonij.
Precium redactum ex venditione horum Officiorum declarat Pontifex in vtilitatem Camerę Apostolicę cessisse.
Per concessiones, et contractus quoscumque, quos faciat Camera Apostolica,

numquam comprehensæ intelligantur assignationes prædictæ; assignaturq. formula obligationum faciendarum per conductores prouentuum Cameræ.

Datur forma diuidendi redditus huic Collegio assignatos.

Si fortè Collegium hoc supprimatur, vel aliquo modo deficiat, & redditus percipi nequeant, præter generalem hipothecam ad fauorem Militum in prænarratis iuribus Cameræ datur etiam hipotheca specialis super Dohanis Ripæ, & Ripettę, ac pecudum Vrbis, & Patrimonij: cui quidem hipothecę nullo modo derogari potest, apposita clausula, *sublata, &c.* & decreto irritanti. A

Tandem referuntur nomina Militum, qui primi in hoc Collegio fuerunt admissi & vt priuilegia, & concessiones istę omnibus innotescant, apponitur decretum publicationis literarum Apostolicarum super premissis emanatarum sub 13. Kal. Augusti 1520. cum subscriptione eiusdem Pontificis, & sacri Collegij: *a* quarum confirmationem habes à Clemente VII. *b* Paulo III. *c* Iulio III. *d* & Pio IV. *e*

Quoniam verò supra dictum est, Milites istos esse verè familiares, & continuos commensales Pontificis, ex qua vera familiaritate, & commensalitate resultat, vt eorum Beneficia dicantur affecta Sedi Apostolicę, & ad eam spectet collatio; quæsitum est, an ista affectio cadat in Militibus S. Petri? & affirmatiuè videtur decisum in Rota coram Puteo; *f* vbi etiam habes, nobilitatem de maiori genere, quę datur istis Militibus per Papam, esse ex priuilegio, & ideo non suffragari ante publicationem Bullæ. Sed an attestatio Papę, quem esse suum familiarem, & continuum commensalem, lite pendente facta tollat alteri ius quęsitum? idē Puteus *g* iuxta casum ibi decisum negatiuè respondet. Secundò quia vidimus militibus istis concessam esse facultatem transferendi Pensiones vsque ad summam ducarorum 150. quęsitum est, an sit necessaria exhibitio priuilegiorum coram iudice ad hoc electo? & non esse necessariam dixit Rota coram eodem Puteo. *h* B

a in Bullar. vet. est Const. 36. pag. 247.
b Const. 15. d. Bullar. vet. pag. 310.
c Const. 3. d. Bullar pag. 358.
d Const. 11 d. Bullar. pag. 507.
e Const. 46. d. Bullar. pag. 716.
f decis. 305. nu. 4. lib. 1. & decis. 154. nu 1. lib. 2.
g decis. 309. per tot. lib. 1.
h decis. 334. per tot. lib. 2.
i Cōst. 16. Bullar vet. pag. 310.

Insuper notandum est, Collegium hoc à Clemente VII *i* nonnullis alijs priuilegijs, & gratijs (pręuia confirmatione pręcedentium, & supra narratorum) decoratum fuisse, addito tamen, vt firma manente assignatione ducatorum quinque millium, & sexcentorum aliàs per literas institutionis officij huiusmodi facta, & ex rebus in Romandiola percipiendis, hanc eandem summum vnà cum alijs septem millibus ex dohanarum herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurarię Perusię, & Vmbrię assignatis, & sic in totum duodecim millia, & sexcentos ducatos similes anno quolibet ex eisdem emolumentis herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurarię Perusię, & Vmbrię perpetuò perciperent, & exigerent. Similitèr cum idem Pontifex ducatos bis mille, e quingentos, ex dohana mercium Vrbis S. Eustachij nuncupata pro dote Montis Fidei ab ipso erecti assignasset, hanc eandem summam ex emolumentis Salarię Vrbis ab ipsis militibus percipiendam decreuit, itaut ex ipsa Salaria Vrbis Collegium hos habeat quotannis quatuor mille, & quadringentos ducatos. Ac ne ex huiusmodi translatione emolumentorum Milites isti damnum aliquod patiantur pręter specialem pręmissorum assignationem, omnia, et singula alia, res, et bona spiritualia, et temporalia ad Sedem, et Cameram Apostolicam spectantia, et pertinentia, in vin validi, efficacis, ac perpetui contractus specialitèr, et expresse obligata, & hipothecata esse voluit, & decreuit cum clausula, *sublata*, & decreto irritanti, vt latius in ipsius Clementis VII. Bulla, à sacro Cardinalium Collegio subscripta, sub datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1527. 17. Kal. Nouembris Pontif. III. C D

Et cum aliquando in dubium reuocata fuisset facultas transferendi pensiones, ad fauorem Militum huiusmodi super fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis reseruatas, à Leone X. in ipsa institutione Collegij concessa, & postea à Clemente VII. confirmata; ad tollendas omnes dubitationes, et controuersias, quę super pręmissis exoriri possent, Paulus Papa III. translationes huiusmodi quoad centum quinquaginta ducatos auri de Cameta pro singulis pensionibus per quemlibet Officialem huius Collegij, qui de cętero per duos annos continuos Officium habuerit, et tempore translationis habebit, suo diplomate roborauit, aliaq. priuilegia confirmauit, vt ex Motu proprio die 5. Iulij 1540. in Camera Apostolica registrato lib. diuer. d. anni 1540. fol. 58 Casulani Notarij, impresso in Bullario veteri. *K* E

K Const. 3. pag. 358.

CAPVT

CAPVT XXXI.

De Militibus S. Pauli.

A EX ducentis Militibus S. Pauli constituitur Collegium à Paulo III. summo Pôtifice erectum anno Incarnationis Dominicæ 1541. Cui etiam assignatus est locus in Cancellaria Apostolica, et sub Eminentiss. Card. Vicecancellarij iurisdictione collocatum inuenimus. Vt igitur horum quoque Militum notitia habeatur, hæc addimus, ex præfati Pontificis Sanctione desumpta.

Huius igitur Collegij erectio, Sedis Apostolicæ necessitatibus impellentibus, sub diffinito numero ducentorum Militum processit.

Mansionem in Palatio Apostolico per Magistrum Domus Pontificis assignandam habent; et ex illis duo in triclinio, quod tinellum vocant, comedere possunt.

B Quàmuis eorum singuli mansionem in Palatio Apostolico non habeant, ipsius tamen Pontificis veri, et Indubitati sunt familiares.

Decedente Pontifice vestes lugubres, rubeas verò, vbi denuò electus, & coronatus fuerit, habeant.

Ipsorum quilibet, & filius primogenitus natus, seu nasciturus nobiles de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranensis Comites declarantur.

Vtriusque iuris Doctores, Theologos, Baccalaureos, Medicos creare valent, insuper & notarios, tabellionesq. natalibus restituere spurios, incestuosos, & ex quouis damnato coitu procreatos, vt hæreditates paternas, & extraneas capiant, permissum est.

Milites, si clerici sint, Notarij Apostolici, si verò laici, auratæ militię, etiam post dimissum officium, dicuntur.

C Milites quàmuis merè lai ci, & bigami, pensiones tamen vsque ad ducentum ducatos retinere valent, easq. transferre; si laici sint, etiam in laicos, ea conditione, vt in habitu armatæ militiæ in Vrbe Miles incedat, & in expeditionibus Cruciatę cum vno equo Pontifici inseruiat: si verò Miles clericus fuerit, in quoscumque transferre poterit.

Facultatem testandi vsque ad ducatos bis mille habent, & in rescriptis impetrandis natalium defectum exprimere non tenentur.

A iurisdictione Ordinariorum quoad personã, beneficia, & familiares eximuntur.

A solutione etiam gabellarum, pedagiorum, & impositionum sunt immunes; neque Statutis in dandis, vel recipiendis dotibus subijciuntur; collectas etiam pro festiuitatibus à Romanis indictas, soluere non tenentur.

D Sub immediata Sedis Apostolicę protectione recipiuntur; brachium nudum districto ense, vti Militiæ signum in veste deferant; alijs similia insignia deferre sub excommunicationis, & mille ducatorum pœnis interdicitur.

Ensem, & alia arma etiam per Vrbem, tam ipsi, quàm familiares, absque alia licentia, & pœnarum incursu deferre possunt.

Quascumque literas Apostolicas gratis expediant, & in earum literarum subscriptione apponatur, *gratis pro Milite S. Pauli.*

Sunt familiares antiqui, & descripti intelliguntur ante penultimum familiarem antiquum, & præcedunt Cantores, & Capellanos, et parificantur multis Officialibus priuilegiatis. Sunt compatibilia cum quibuscumque Officijs, et possunt plura per vnum obtineri, etiam vltra decem: et per solam signaturam concedi debent; pro

E qua quidem signatura ducatos, seu florenos quadraginta quinque soluunt.

Statuta condere possunt, et iura Collegialia retinent.

Expedientes literas Apostolicas ab ipsis Militibus subscribendas, sine tamen illorũ subscriptione, excommunicationis latæ sententiæ, alijsq. pœnis inuoluuntur; et ipso iure nullæ declarantur.

Locum in Cancellaria Apostolica inter Milites S. Petri, itaut prius duo Milites S. Petri, et iuxta eos alij duo Milites S. Pauli habeant; vnus tamen eorum pro Collegio literas Apostolicas subscribat: In Consistorijs, Capellis, Processionibus, inter ipsos Milites S. Petri incedant, et sedeant, ita tamen vt Milites S. Petri dexteram obtineant.

Lilia gentilitia Pauli Tertij in signum nobilitatis cum proprijs insignibus miscere possunt.

Milites cuiusuis Religionis, exceptis Militibus S.Petri de numero participantiũ, præcedunt.

Cum Oratoribus Principum Summi Pontificis baldacchinum deferunt.

Decimas iam impositas, & imponendas Apostolica auctoritate exigere valent, & quinque pro centenario quolibet recipiunt. A

A iocalibus, alijsquè iuribus Cameræ solui consuetis eximuntur.

Quamuis Prothonotarij sint, habitum tamen deferre non coguntur, volentes autem deferre, à Defensoribus Collegij recipiunt, & si in præmissis processum in Camera factum habere voluerint, non vltra iulios 22. soluant.

Quoniam ducentorum millium scutorum auri in auro cunei Itali summam pro Summi Pontificis, ac Ecclesiæ Romanæ necessitatibus Milites isti soluerunt, ex bono, & charitatiuo officio ipse Pontifex eorundem Militum indemnitatibus consulere volens, de fratrum suorum consilio, & assensu 20. pro centenario super Annatis assignat absque vlla ipsarum Annatarum remissione.

Ex Dohanis grasciæ, Ripæ, & Ripettæ Vrbis quatuordecim mille, & sexcentos ducatos iuliorum decem pro quolibet in singulis annis recipiunt. B

Contra fraudantes huiusmodi assignationes, furti, infamiæ, peculatus, restitutionis in vtroque foro infliguntur pœnæ.

In quibusuis Cameræ Apostolicæ contractibus assignationes istæ semper intelligantur exceptæ.

Dohanarum conductores pro rata Militibus assignata specialitèr sunt obligati, nec solutionem vllo pacto retardare possunt.

Si facienda sit defalcatio, seu restaurum conductoribus Dohanarum ex quocumque capite, hoc non à Militibus, sed ab ipsa Camera faciendum erit; itaut Milites ipsi quolibet mense integram habeant assignationem, quæ à Kalen. Iulij 1540. incipit.

Pro summa soluta à Militibus omnia Cameræ Apostolicæ bona, actiones, iura sunt obligata. C

Si Collegium hoc dissolui contigerit, quilibet Militum summam solutam, absque vlla excomputatione fructuum perceptorum recipiat.

Literæ Apostolicæ super præmissis expeditæ vim contractus obtinent cum appositione decreti irritantis.

Summa à prædictis militibus soluta in libris Cameræ per Camerarium, & Clericos Præsidentes adnotari Pontifex mandat.

Præter superius enarrata priuilegia, alijs quoque Militibus S. Petri concessis gaudere, & potiri debent.

Auditor generalis Cameræ Apostolicæ, alijquè iudices dantur assistentes, vt præuia derogatione omnium, & singulorum facientium in contrarium, Collegium defendant, & protegant. D

Transumptis Bullarum impressarum plena fides est adhibenda.

Tandem post recensita nomina Militum, qui in prima institutione Collegij pecunias erogarunt, apponitur Summi Pontificis, & Cardinalium in Vrbe præsentium subscriptio.

E

CAPVT

CAPVT XXXII.

A

De Militibus Pijs.

Isdem ferè rationibus, quibus Leo X. & Paulus Tertius moti fuerunt ad instituenda prænarrata Collegia Militum, ad subleuandas scilicet angustias Sedis, & Cameræ Apostolicæ, motus quoque fuit Pius Quartus ad instituendum Collegium Militum, quos de nomine suo Pios appellari voluit, quorum insignia sunt Imago Beati Ambrosij Episcopi ab vna parte alicuius pendentis aurei, ab altera insignia ipsius Pij, vel alterius pro tempore Pontificis.

Numerus verò in prima erectione fuit tricentorum septuaginta quinque virorum, B quibus anno sequenti, nempe 1560 Idibus Septembris alios centum sexaginta addidit, itaut in totum sint numero 535. à quibus Camera Apostolica ducenta sexaginta septem millia scuta aurea recepit.

Ideo vt illis de annua responsione menstruatim soluenda consuleret, scuta decem & octo millia super gabella carnis in Ecclesiastica Ditione perpetuò exigenda; scuta octo millia, & quingenta super Thesauraria Camerini, & alia scuta octo millia super Dohana almæ Vrbis, in totum scuta 34500. assignauit, vt in ipsius Pontificis literis sub plumbo expeditis anno Domini 1559. tertiò Idus Martij, & anno 1560. Idibus Septembris pleniùs continetur.

Quibus etiam Militibus omnia prænarrata priuilegia, & prærogatiuas à Leone X. & Paulo III. suis Militibus concessas, Pius quoque concessit, & elargitus est: quapropter nunc denuò illa repetere superuacaneum duxi, & cupidum lectorem ad C Constitutiones *a* mittimus; Eoquè magis, quia fel. rec. Pius Quintus *b* nonnihil illis abrogauit, præsertim circa translationem pensionum, & gratias, quas vocant expectatiuas: Facultatem quoque testandi de bonis ecclesiasticis, præsertim ad fauorem illegitimorum omnino substulit idem Pontifex: *c* & generalitèr bona illegitimis relicta vti spolia deuenire ad Cameram Apostolicam Sixtus Quintus *d* edixit.

De Militibus istis, & alijs supra narratis, ac etiam de ijs, quos vocant Sancti Georgij, de Lilio, & Lauretanos, agit Franciscus Mennenius Antuerpiensis, *e* qui de Ordinibus Equitum à Summis Pontificibus institutis: quod verò attinet ad Equites Sancti Georgij sic se habet. *Sancti Georgij Equites ab Alexandro Sexto institutos narrat Bernardus Lucemburgius in libro de armorum militarium mist*D*erÿs: sed & Paulus Tertius alios Equites Sancti Georgÿ creauit, vt in ipsius Bulla sub dat. Romæ.....* *Hosquè Rauennæ residere volebat, & ab iis Adriatici maris littus illud custodiri destinauerat; sed Ordo vlterius non processit, quibus Crucem auream cum corona in circulo aureo pro texera attribit.* Hæc Mennenius, quæ hic addere placuit, vt legens priuilegia Militum Piorum, quibus communicata sunt etiam hæc Militibus S. Georgij concessa, non ignoret, quinam sint isti Milites Sancti Georgij.

a Pij IV. Const. 5. in Bull. veter. pag. 647. & Cõst. 16. pag. 675.
b Const 73. Bullar. nou. tom. 2. pag. 269.
c Const. 117. d. Bullar. pag. 325.
d Const. 100. §. 15. d. Bullar. & tom. pag. 671.
e de milit. ordin. orig. statut. &c.

E

CAPVT

CAPVT XXXIII.

De Militibus Lauretanis.

A

SIxtum V. anno salutis 1586. Pontificatus primo Lauretanum Oppidum in Ciuitatem cum assignatione proprij Episcopi erexisse, constat ex diplomate anno prædicto edito. *a* Hinc autem desumpta occasione, Milites quoque Lauretanos ducentos sexaginta instituisse scribit Franciscus Mennenius, *b* & hoc à Ciaconio in vita huius Pontificis mutuasse affirmat; qui quidem Ciaconius *c* in meo Codice hæc habet. *Cogendis pecunijs animum intenderat, magna ad fines Ecclesiæ propagandos moliturus; propterea Montium aliqua loca erexit. Lauretanos Equites instituit, &c.* quibus etiam indulsit, Antonio Ciccarello teste, *d* vt præter alios (quibus hoc interdixerat) habentes pensiones etiam vltra sexaginta aur. habitum tamen clericalem deferre non cogerentur.

a in Bullar. nou. tom. 2. Const. 24. fol. 518.
b loco sup. cit.
c in vita Sixti V. col. 1790. anno 1585.
d in eius vita.

Verùm etiam ante Xistum V. fuisse Equites Lauretanos, Bulla Pij IV. in erectione Militum Piorum edita demonstrat, dum præcipit, hos Milites Pios compatibiles esse cum alijs Militibus Romanæ Curiæ, inter quos Lauretani numerantur in hæc verba. *Si Miles Pius etiam Officium Militis S. Petri, & S. Pauli de Vrbe, ac Lauretanen. & S. Georgij, & de Lilio obtinuerit, quoad pensiones huiusmodi Officium incompatibile non sit, &c.* Hæc Pius. B

Milites verò Lauretanos, & S. Georgij, vt hi Romandiolæ Prouinciæ, illi verò Marchiæ Anconitanæ litora, & loca tuerentur, instituit Paulus III. vt ipsemet enarrat in proœmio Bullæ. *e* Sed cum hæc Militia ab Aula recessisset, Sixto V. sedente, vt diximus, Lauretani tantùm postliminio reuersi sunt, & multis ab eo priuilegijs decorati, vt in eius Constitutione. C

e Bullar. vet. tom. 1. Const. 50. pag. 455.

CAPVT XXXIV.

De Militibus de Lilio nuncupatis.

PAulus III. cum ad defensionem litorum, & locorum Prouinciarum Romandiolæ, & Marchiæ Anconitanæ Collegia Militum, alterum S. Georgij, alterum verò Lauretanum instituisset, cupiens, Prouinciam Patrimonij Beati Petri in Tuscia, quæ cæteris Romanæ Ecclesiæ Prouincijs Vrbi, cui adiacet, vicinior existit, claris, & antiquis Ciuitatibus, locisq. refertam, et à qua multæ nobiles, & antiquæ familiæ, ac Domus ipsa de Farnesio originem traxerunt, quæq. ad illius securitatem, cum eius fines ad mare mediterraneum protendat, ab incursionibus, alijsq. periculis defensione indigeat, ac eò magis ea defensio procuranda sit, quòd per eam velut antemurale quoddam eiusdem Vrbis saluti non parùm prouideatur, simili Collegio Militum proportionalitèr decorari, quinquaginta Milites, quos (cum dicta Prouincia adeo amœna, iucunda, et cunctis dotibus ab illarum largitore Deo referta existat, vt meritò Lilium appellari, et illi Lilio conuallis, quod sacra Pagina commemorat, si Cœlestia humanis comparanda forent, quodammodo comparari valeat) de Lilio appellari, et nuncupari voluit, et Collegium perpetuò instituit, à quo summam scutorum viginti quinque millium auri in auro recepit, et ijsdem ferè priuilegijs, quibus Milites SS. Petri, et Pauli potiuntur, et gaudent, decorauit. D E

Honestamq. mansionem in Ciuitate Viterbiensi, velut ipsius Prouinciæ caput existat, illis assignauit.

Insignia verò ab ipsis deferenda est Imago gloriosæ semper Virginis Mariæ ad Quercum, cuius Ecclesia maximè deuota prope d. Ciuitatem Viterbij consistit, ab vna parte alicuius pendentis aurei, et ab alia vnum Lilium magnum cœlestis coloris in campo aureo locatum, cum his literis circum circa, videlicet. PAVLI III P. M. MVNVS.

MVNVS. ad pectus per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios gestanda, vnà cum ense, & alijs armis in dicta Prouincia, & extra eam, quibusuis prohibitionibus, & bannimentis nequaquam obstantibus.

Summã scutorum trium millium auri in auro quolibet anno, singulo tamen mense ratam, ex Thesauraria, & Dohana pascuorum eiusdem Prouinciæ, ac Ciuitatis, &
A Comitatus Vrbisveteris, pœnisque maleficiorum, frumentorum tracta per mare, vel terram, Cancellariæ, & subsidij triennalis ab ipso Pontifice impositi, rata, percipiendam assignauit. Pro cuius summæ solutione Thesaurarius generalis Papæ inuigilet; conductores verò Thesaurariæ, & Dohanarum Prouinciæ prædictæ obligent se ad ipsorum Militum fauorem. Emolumenta hæc Calendis Septembris 1546. currere incipiunt, nec retardanda, sub prætextu quòd pecuniæ ab ipsis in emptionem officij erogatæ non sint versæ in vtilitatem Ecclesiæ, à quo probandi onere eximuntur.

Et in casu extinctionis, seu suppressionis huiusmodi Collegij, Camera præstat assecurationem, & tutelam in omnibus suis bonis.

Apponuntur clausulæ præseruatiuæ, cum decreto irritanti, & clausula, *sublata*,
B vt latius in Bulla. *a* Dat. apud S. Marcum anno 1546. quarto Nonas Augusti, Pontificatus duodecimo: adest subscriptio pontificis, & sacri Senatus Vaticani. *a In Bullar. vet. tom. 1. pag. 455.*

Verùm Paulus IV. cogitans numerum quinquaginta Militum à prædecessore Paulo III. institutum non sufficere pro defensione, ac tutela litorum, & locorum Prouinciæ Patrimonij, dum autem Ministrorum Cameralium diligentia aucta esset responsio Dohanarum pascuorum in eadem Prouincia ad duodecim millium, Dohanam verò, seu Gabellam Vrbis ad octo millium scutorum summam vltra solitum, grauissimis Reipublicè Christianæ necessitatibus exposcentibus magnam pecuniarũ summam in promptu habere, & cum à probis viris, exoptantibus in eodem Collegio Militum de Lilio describi, centum quinquaginta millium scutorum summa fuisset oblata, aucto Militum numero, ad alios trecentos cum alijs quinquaginta vnum cor-
C pus, & Collegium effici, atque constitui mandauit, itaut hodie sunt Milites de Lilio 350. Quibus, vt pro summa soluta certam annuam, & menstruam responsionem ijdem vt alij haberent, augumentum prædictum Dohanarum tam pascuorum, quàm Vrbis vsque ad summam scutorum decem, & octo millium, à Camera Apostolica, seu illius Ministris persoluendam attribuit, concessit, & perpetuò hipothecauit, obligauitque, vt latiùs in eius sub plumbo expeditis literis. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1556. 12. Kal. Septembris, Pontif. eius secundo. *b* *b Bullar. vet. tom. 1. fol 596. const. 22.*

CAPVT XXXV.

D *De Præsidentibus, & Portionarijs Ripæ Vrbis.*

Erexerat Iulius II. Collegium centum quadraginta vnius virorum, qui Præsidentes Annonæ Vrbis nuncupati, omnium victualium ad hanc Vrbem mari vndecumque aduehendorum vbertatem curarent, & mercatoribus tam in mercibus vendendis, seu commutandis, quàm in pretijs inter contrahentes eorum medio, vel ab eis deputandorum conuentis diligentèr ab emptoribus exigendis assisterent, ac pactiones, & conuentiones de partium consensu tractarent, & concluderent; & ab istis viris nonaginta vnius millium aureorum summam acceperat: vtque ex pecunijs solutis reciperent emolumentum, decem millium aureorum summam super prouentibus salariæ Vrbis assignauit; sed quoniam diuersis
E Cameræ Apostolicæ necessitatibus causantibus, hoc salis emolumentum promissiones à Pontifice factas haud implebat, deque his apud Leonem X. successorem excitata querimonia, vt Curiales, alijque Christi fideles Romani Pontificis fidem sequuti nullo vnquam tempore se deceptos agnoscerent.

Idem Summus Pontifex Leo, præmissa confirmatione eiusdem Collegij, illique alias sexcentum duodecim portiones addens (ex quibus ducentorum octuaginta sex millium & duorum ducatorum auri in auro de Camera nuncuparorum, pro imminentibus tunc Ecclesiæ necessitatibus, & signantèr Concilij Lateranensis manutensione, recepta summa) itaut in totum sint Præsidentes, & Portionarij 753 noua-
que

que adinuenta Sedis, & Cameræ Apostolicæ emolumenta Collegio in hunc modum aucto concessit, applicauit, & in tutum prædecessoris, suamque fidem seruando, constituit. Emolumenta verò, præter summam decem millium ducatorum à Iulio prædecessore super salaria Vrbis assignatam, hæc vlteriùs addidit. Super Annatis ducatos 29. pro singulo centenario. Super salaria Vrbis flor. 1100. Super Thesaurariatu, tractis bladarum per mare, & salaria Marchiæ, & Ducatu Spoletano, ac Thesauraria Asculi, in totum ducatos 11666. Super Thesaurariatu Perusiæ, & Vmbriæ, ac Gabellis, & Depositariatu Narniæ ducatos 2502. auri de Camera, additis quibusdam declarationibus, quę ad rem nostram facere non videntur. Quę si cessauerint in totum, vel in partes, alijs ipsius Camerę, & Sedis Apostolicę redditibus sarcienda erunt. A

Cum autem hęc Officia, seu Portiones temporaneę sint, idem Leo sanciuit, vt quandocumque per obitum obtinentium vacauerint, eò ipso extinctę censeantur, & ad Cameram liberè reuertantur.

Si verò successores reuocandas esse censuerint, tunc summam receptam ducatorum scilicet 286002 Portionarijs restituendam esse decreuit, tanquam ab eis bona fide, & in causam vtique iustissimam (vt erat manutentio, & conclusio Lateranensis Concilij, & robustissimi exercitus contra truculentos orthodoxę Fidei hostes parandi, & instruendi) receptam, & quam idem Pontifex in ærarium Camerę Apostolicæ locandam edixerat, ad vsus prędictos statuto tempore erogandam. B

Vicecancellario autem (quod magis ad rem nostram pertinet) pro tempore existenti, Cancellarię Apostolicæ Regenti, Custodi, Abbreuiatoribus, Summistę, Secretarijs etiam domesticis, Plumbatoribus, ac plumbi Magistris, & singulis alijs Officialibus, ad quos spectat, præcepit, mandauitquè, ne literas Apostolicas sine subscriptione horum Officialium, per quam manifestè appareat, eis de parte Annatarum ad se pertinente satisfactum fuisse, ad Bullariam, seu Secretariam, seu alibi destinare nulla ratione, sub excommunicationis, ducentorum ducatorum auri, alijsq; pœnis præsumant; addito etiam decreto irritanti, & clausula, *sublata*, alijsque clausulis derogatorijs &c. Multa etiam, et satis pinguia huic Collegio concessit priuilegia, illud autem non omittam, deputandi scilicet vsque ad quinquaginta proxenetas, vt mediatores sint inter emptores, et venditores vini, aliarumque mercium ad Ripam, et Ripettam aduentantium, ac etiam in cellis, apothecisque reconditarum: quorum etiam proxenetarum merces Collegio prędicto pręsidentium applicata fuit; vt latius in Bulla, *a* anno Incarnationis Dominicę 1503. 17. Idus Ianuarij, Pontif. I. C

a Bullar. vet. tom. 1. pag. 267.

CAPVT XXXVI.

De Summatore Literarum Apostolicarum. D

SVmmatoris literarum Apostolicarum Officium etiam Cancellariæ addictū est; quàmuis antiquiori æuo non solùm quibusuis personis, sed etiam ad nutum Summi Pontificis, vt fieri solet in Datario, de quo mox dicemus, concederetur, vt legenti Constitutionē Alexandri VI. *b* innotescere poterit: ipse enim Alexander Officium hoc perpetuum, & vacabile ordinauit; priuilegia, gratias, indulta, exemptiones, honores, prærogatiuas, & immunitates, quibus Scriptores literarum Apostolicarum potiuntur, et gaudent, Summatori concessit.

Verùm Pius huius nominis V. *c* vt Officium hoc redderet illustrius, vni ex S. R. E. Cardinalibus concedendum esse decreuit. E

Sixtus autem V. Alexandro Peretto S. R. E. Cardinali de Montalto nuncupato suo ex sorore Pronepoti vnà cum Vicecancellariatus officio Summatoris etiam officium concessit, itaut idem Cardinalis esset Vicecancellarius, & Summator, vt ex diplomate huius Pontificis *d* liquet. Et cum huiusmodi connexio, siue vnitas necessaria postmodum existimata fuerit, eiusdem Sixti V. exemplo vidimus ita seruatum à Gregorio XV. & ab Vrbano VIII primo loco per obitum prędicti Card. Montalti in personam Card. Ludouisij, & cum hic etiam ingressus esset viam vniuersę carnis, in personam Eminentissimi, ac Reuerendiss. D. Card. Francisci Barberini.

b Const. 10. in Eminenti, tom. 1. fol. 399. Bullar. nou.

c Const. 105. Pontifice dignum, Bullar. nou. tom. 2. fol. 311.

d Const. 106. aliàs est 1. inter appendices, Bullar. nou. tom. 3. fol. 39.

Sum-

Summatoris verò Officium, et munus versatur potissimùm in recipiendis literis Apostolicis per Cameram pro tempore expediendis, nec non summarijs conficiendis, et referendis, vt ex præcitatis Alexandri VI. literis in præfatione fas est colligere.

A Exercet autem Officium pro Card. Summatore vnus ex Præsidentibus, nutu, & arbitrio ipsius Summatoris eligendus, & assumendus, qui vices ipsius Card. Summatoris pro tempore existentis gerit; ita cautum legimus in citata Pij V. Sanctione, §. 4.

Forma seruanda ab ipso Summatore in examinandis literis Apostolicis, talis est: omnes literæ, quæ iuxta communè vsum absque difficultate expediri consueuerunt, vt ab illarum cognitore, vel qui tunc vicem obtinebit, præsente Summatore, vel præsidente, diligentèr, & accuratè examinentur, ac ipsi referentur, ab eo demum subscribendæ, & expediendæ, §. 9.

Certa dies in singulas hebdomadas, vt difficultates desuper occurrētes dissoluantur, & vt coram ipso, vel eius Præsidente Recognitores omnes conueniant, à Summatore decernitur; in grauioribus tamen, & obscurioribus modis, ac dubijs Summo

B Pontifice dignis, ipsius Pontificis reseruato semper oraculo. § 10.

Summator etiam absens ab Vrbe Officium per substitutos exercere valet, ac si præsens esset, quocumque temporis cursu non obstante. §. 11.

Emolumenta, salaria, congregationes, iura omnia singulorum Officiorum illi annexorum, siue præsens, siue absens integrè capit. § 12.

Statuta etiam prosperum sui Officij regimen concernentia condere, condita corrigere, & mutare potest. §. 13.

Officiales quoscumque suæ expeditionis participes corrigendi iurisdictionem habet. §. 14.

Officia verò Summatori annexa sunt. Secretariatus Apostolici de numero participantium num. 1. Præsidentatus Annonæ num. 2. Portionum Ripæ num. 3 Ex

C quibus valor septuaginta millium ducatorum auri in auro confici idem Pius asserit, § 6.

Onus autem iniunctum est Summatori dotandi quatuor Officia Recognitorum literarum Apostolicarum, & pro dote decem, aut plura loca montium in Vrbe non vacabilia assignare tenetur. § 7.

Indulta, priuilegia, iurisdictiones, emolumenta alijs Summatoribus antea concessa nouo huic Summatori ex sacro Cardinalium Collegio assumendo Pius confirmat. §. 8.

Ripæ etiam, & Ripettæ, ac Dohanæ Vrbis exemptiones eo modo, quo Camerales habent, Summatori conceduntur. § 15.

Summatoris Officium ad fauorem S. R. E. Cardinalis, vel alterius per summum Pontificem approbandi in manibus ipsius Pontificis, pretio etiam conuento, resi-

D gnari poterit. §. 17. Hactenus Pius V.

Nonnihil etiam de Summatore, eiusq. munere loquutus est Vestrius, *a* dum ait, apud hunc adesse Tabellam continentem negocia expedienda à DD. Secretarijs Apostolicis per Breue, & iuxta hanc Tabellam materias ab alijs Summista discernit, & ad DD. Secretarios registrandas mittit.

Ad prædictam Pij V. Constitutionem, per ea, quæ leguntur in §. 17. quærit Cherubinus iunior: si quis pro filio Cardinali hoc Summatoris Officium emit, an sit illi, cum sit pacto pretio resignabile, imputandum in legitima? Et affirmatiuè respondet, sequutus Baldum, *b* Rolandum, *c* & Ripam. *d* Viterius insistit schol. 2 pro quo pretio imputabitur? Et pro currenti tempore obitus patris, non autem quo emptum est: nam illo, non isto tempore deberi cœpit legitima, vt habetur in iure

E ciuili, *e* & Bartolus, *f* Rolandus, *g* & Parisius. *h*

a in pract. lib. 1. cap. 7. nu. 5.
b in l omnimodo, § imputari, C. de inoff. testam nu. 3.
c cons. 11 nu. 10 & seq. lib. 2.
d in l in quartam, nu 16. ff. ad l. falcid
e ad tex. & ibi scribentes in d. l. omnimodo, § imputari.
f in l. 1. § nec castrense, nu 4. ff. de collat. bonor.
g d cons. 11, num. 11.
h cons. 56. nu. 11, lib. 3.

CAPVT XXXVII.

A

De Datario Papæ.

QVoniam ſupplicationes, vt poſt appoſitam ſummi Pontificis manum literæ Apoſtolicę ſiue ſub plumbo, ſiue ſub cera, vt diximus, expediantur, per Miniſtrum ſumma fide, & probitate tanquam aurum in fornace recognitum (quem Datarium vocant) porriguntur, vt hinc poſtea ad Cancellariam deferantur, ideo nonnihil etiam de Datario dicendum paraui.

Cuius Officium antiquiori æuo Prothoſcriniarius, vel Primicerius, ideſt Prothonotariorum ex numero participantium Decanus exercebat, vt ex literis Martini II. & Stephani VII. obſeruauit Gomeſius; *a* hodie tamen Sedis Apoſtolicæ Prælatus Summi Pontificis familiaris, & domeſticus commenſalis eſt, panem quippe honoris, & manſionem in Palatio Apoſtolico habet, vtriuſque Signaturæ Referendarius in habitu violaceo cum ſuperpelliceo (rocchettum vocant) incedit. Quo munere fungi nec ipſi S. R. E. Cardinales dedignati ſunt; nos enim ſub Paulo V. Pompeium Card. Arigonium, & Marcum Antonium Tontum, ſub Gregorio XV. Alphonſum Card. Sacratum, ſub Vrbano VIII. Iacobum Card. de Caualerijs, & ſedente S. D. N. Innocentio X. Dominicum Card. Cecchinum vidimus. B

a in proœm. reg. Cancell. q. 1. tit. de ordine, & off. prothon.

Die qualibet non feriata ad Pontificis ſolium accedit, ſupplices libellos manu ſuę Sanctitatis firmandos defert, quos deinde pro qualitate rerum, & negociorum inter Officiales ſuo muneri ſubalternatos diuidit: ſunt autem Officiales. Subdatarius cum ſubſtituto. Per obitum cum ſubſtituto Primus Reuiſor. Paruæ datæ cum ſubſtituto. Secundus Reuiſor. Componendę cum ſubſtituto. Miſſæ cum ſubſtituto. Clerici Regiſtri num. 6. Regiſtratores num. 20. Magiſtri Regiſtri num. 4. Regiſtrum ſecretum. Cuſtos Regiſtri ſecreti. Cuſtos Regiſtri publici. Reuiſor matrimonialium. Rubricella. C

Datarius autem à datando dicitur, eò quia in literis Apoſtolicis apponat illa verba, *Datum Romæ apud S. Petrum, &c.* Datæ verò ſunt in duplici differentia, alię dicuntur paruę, alię maiores; paruæ ſunt illæ, quę apponuntur ab Officiali, qui dicitur paruę datæ, hic enim, vbi ſupplicatio à Papa ſignata eſt, apponit in extrema illius parte datam ſub illa die, quæ ipſi conſignata eſt, ſed abbreuiatè per hęc verba, Id. Aprilis ap. S. P. Maiores verò datæ ſunt illę, quę ab ipſomet Datario in fine ſupplicationis extenduntur in hæc verba. *Datum apud S. Petrum Idibus Aprilis Anno Quinto*, & hęc dicitur data maior, eò quia deſumitur ab ipſa data parua, quæ ſtatim atque appoſita eſt maior, ſcinditur ab ipſa ſupplicatione, & ponitur in filo, ſiue funiculo ad id deſtinato, vt docet Melchior Lotterius. *b* D

Tanta eſt autem efficacia ipſius datæ, vt gratia Papæ ab ipſa initium, & perfectionem recipiat, c. eam te, vbi notant Doct. pręcipuè Cardinalis Zabarella, *c* Felinus *d* Abbas, *e* & alij de reſcript. Berous, *f* & Seraphinus. *g* Omnia autem, quæ ſunt gratiæ, concernunt munus, & Officium Datarij, per cuius manus omnia transeunt, & ſine quo factum eſt nihil, vt ſcribit Gonzal. *h* ſubdens, quàmuis Papa concedat, gratias, & non Datarius, vt notum eſt, & dixit Rota, *i* nihilominus ad illas concedendum, & denegandum moueri ſolet Papa ſecundùm relationem Datarij, cui deſuper rem totam commiſit, quiq. tam ante ſignatas, quàm poſt ſignatas ſupplicationes, in illis, & de illis, prout ratio ſuadet, ponit, & tollit, vt dixit Rota; *K* itaut meritò Datarius dicatur organum mentis, & vocis Papæ, ſicut etiam dicimus de Cancellario: Caſſadoro, *l* Cæſare de Graſſis, *m* Vital. *n* & alijs atteſtantibus, relatis ab eodem Gonzal. *o* Quapropter hoc Datarij munus excelſius, ſublimiuſq. cunctis omnibus cenſetur, licèt per obitum Pontificis expiret, vt in Conſtitutione Pij IV. *p* ſancitum habes. E

b de re benef. lib. 2. q. 23. nu. 14. & 15.
c num. 7.
d num. 18.
e num. 5.
f conſ. 207. nu. 57. lib. 3.
g decis. 341. nu. 9.
h ad reg. 8. Cancell. de menſib. altern. gloſ. 63. nu. 56. & 57.
i decis. 458. nu. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ.
K decis. 575. nu. 5. decis. 624. nu. 5. & decis. 685. num. fin. lib. 3. par. 3. diuerſ.
l decis. 2. nu. 7. de vnion. & decis. 3. num. 3. ante med. de reſeruat.
m decis. 1. nu. 8. de probat.
n in Clem. ad compeſcendas. num. 48 de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.
o loco citat. à nu. 57. ad 60.
p Conſt. 81.

Et

Et quoniam si non omnes, maiorem tamen, & nobiliorem partem Officialium S. D. N. Papæ, ac Eminentiss. D. Card. Vicecancellario inseruientem, qua potuimus breuitate, ac fide retulimus; quibus etiam certum locum in publicis actibus assignatum nouimus, præcipuè in Processione sacratissimi Corporis Christi à fel. rec. Gregorio XIII. non iniucundum putaui hunc etiam ordinem referre; vt hinc, si quid in numero, & ordine à nobis peccatum fuerit, correctio desumatur. Gregorius igi-
A tur XIII. a ad tollēdas difficultates, & dissensiones, quæ possent exoriri in his publicis actibus, ac etiam vt veneratione condigna tanti Sacramenti, ipsius Pontificis quiete, & celeri expeditione actus ante augumentum caloris, sub pœna excommunicationis eò ipso incurrendæ, hanc pompam per Officiales Romanæ Curiæ, & Cancellariæ Apostolicæ ita explendam edixit anno salutis 1575.

a Const. 90. Bullar. vet. tom. 2. pag. 1328.

Præcedentibus Religiosis, & Clero ordine suo, sequantur.
Proxenetæ Riparum.
Portionarij Ripæ.
Notarius Turris Nonæ.
Notarius Prothonotariorum participantium.
Notarij Vicarij Papæ.
B Notarij Vicecamerarij.
Scriptores Archiuij.
Scriptores Breuium.
Collectores Plumbi.
Soliciratores Apostolici.
Notarij Auditoris Cameræ.
Scriptores, & Clerici Registri Supplicationum.
Scriprores Registri Bullarum.
Norarij Auditorum Rotæ.
Procuratores literarum Apostolicarum minoris gratiæ.
Procuratores Contradictarum.
C Abbreuiatores de minori.
Scriptores literarum Apostolicarum minoris gratiæ.
Auditor Pœnitentiariæ.
Regens Pœnitentiariæ.
Notarius Cancellariæ.
Ostiarius Cancellariæ.
De Consuetis.
Milites Pij.
Milites Lilij.
Milites S. Pauli.
Milites S. Petri simul cum Scutiferis habitum non portantibus.
D Scriptores Apostolici togati.
Rescribendarius cum duobus defensoribus.
Magistri vtriusque Regestri.
Custos Cancellariæ
Regens Cancellariæ
Plumbatores.
Magistri plumbi.
Scutiferi Papæ portantes habitum, & Soldanus.
Procuratores Ordinum.
Procuratores Principum.
Procurator Fiscalis.
E Aduocati Consistoriales.
Summista.
Secretarij.
Cubicularij extra Cameram
Cubicularij Apostolici participantes.
Clerici sacri Collegij.
Cubicularij secreti.
Cubicularij, seu Capellani portantes Mitras.
Nobiles, qui sedent in gradibus solij.

Conseruatores Vrbis.
Oratores Principum.
Senator.
Orator Cæsaris.
Principes stantes in solio.
Cantores Papæ. A
Abbreuiatores, & Accoliti cum Cottis.
Clerici Cameræ.
Auditores Rotæ cum Magistro sacri Palatij.
Subdiaconi.
Accoliti cum Candelabris septem.
Subdiaconus paratus portans Crucem, & ad eius latera duo Ostiarij cum virgis.
Prælati parati.
Pœnitentiarij.
Abbates.
Episcopi, Archiepiscopi.
Oratores Prælati.
Assistentes Papæ. B
Cardinales Diaconi, Præsbyteri, Episcopi.
Duo Diaconi assistentes.
Scutiferi cum funalibus accensis.
Milites aliquot S. Petri supplentes ad Baldacchinum.
Accolitus cum Nauicula.
Cæremoniarij.
Accoliti duo cum duobus Turribulis.
Seruientes armorum quatuor.
PAPA sub Baldacchino.
Auditor de Mitra medius inter duos Cubicularios.
Secretarius Papæ. C
Medici.
Prothonotarij cum Cappis.
Generales Ordinum.
Referendarij,

Seruienres armorum, & Cursores cum suis mazijs à porta Palatij per viam Processionis vsque ad portam S. Petri custodiant Processionem, & hortentur ad procedendum.

Ostiarij similitèr cum suis virgis purpureis, & cum eis Officiales de porta ferrea, & de catena à porta S Petri vsque ad Altare similitèr custodiant, & non permittant aliquos exire cum tortijs, nec eas extinguere, nisi reposito Sacramento super Altari per Pontificem. D

Cęremoniarum Magister, cum Reuerendiss. DD. Cardinalium Diaconorum Priore, & Vicecamerario præmissum ordinem obseruari faciant, & exequantur.

Atque hęc de Officialibus, & Ministris inseruientibus Eminentiss. D. Card. Vicecancellario, & Cancellarię Apostolicæ dicta sufficiant. Cum autem hi vel per resignationem in manibus S.D. N. Papę, vel per mortem tales esse desinant, vt scribunt Gabrielius, *a* & Rolandus à Valle; *b* ex quo Leo X. in erectione, seu ampliatione Collegij Præsidentium, & Portionariorum Ripę affirmare non dubitauit, assignationes redditum Cameræ, & Sedis Apostolicę, quę fiunt huiusmodi Officijs, & Collegijs, non esse propriè alienationes, sed potius contractus locationis ad breue tempus propter humanę conditionis fragilitatem; quicquid enim Officialibus (vt ipse ait) per Sedem Apostolicam hoc modo conceditur, breui manu ad eandem redire videmus: non inutilitèr igitur quęri poterit primò circa vacationem per obitum, si quis morte naturali non moriatur, sed ciuili tantùm, puta quia condemnatus est ad triremes? Et dicas Officium vacare, quia per huiusmodi pœnam status ciuilis hominum mutatur, *c* itaut non remaneat subiectum, in quo Officium persistat: ita Castrensis, *d* & facit textus iuris ciuilis; *e* atque ita seruari in practica scribit Cherubinus iunior. *f* Quid autem iuris erit, si Titius emat Officium huiusmodi vacabile in personam Caij, reseruato sibi dominio, vt quotidie fit in Curia, si Titius moriatur, pretium d. Officij erit ne Caij, an hęredum Titij? E

a cons. 63. nu. 15. & 17. lib. 2.
b cōs. 11. nu. 10. & seq. lib. 2.
c l. pen. §. fin. ff. de var. & extraord. cognit.
d cons 9. nu. 2. lib. 1.
e in l. quod ad statum, 12. ff. de pœn.
f ad Bull. 10. Alex. VI. schol. 2.

Dicas

Dicas esse hæredum Titij, quia Caius habet solum nomen, vt decisum inuenies in Rora Romana inter decisiones, quas vocant nouissimas, *a* quæ licèt loquatur in locis montium vacabilium, eadem quoque ratio viget in Officijs, vt in alia decisione Romana Scriprorix 13. Maij 1583 coram Pamphilio, & in alia Romana Officij Iannizeratus coram Caualerio decis. 603. per tot. Atque hęc si vacent Officia per obitum. Si verò vacent per resignationem, quæritur, an huiusmodi resignationes fieri
A possint sine consensu, et licentia Papæ? Negatiuè respondeas, quia Officiales isti æquiparantur vsufructuario, qui non potest cedere fructum nisi proprietario, ex iure ciuili; *b* ita dicendum de huiusmodi Officijs scribit Cardinalis Tuscus, *c* quia horum Officiorum Papa est proprietarius, et ita seruatur in Curia. Et cessat hodie in hoc omnis omnino difficultas per ea, quæ sancita leguntur à Sixto V. *d* qui nedum alienationes, & resignationes huiusmodi vetuit, sed etiam factas irritauit; quod etiam à san.m.Vrbano VIII. *e* confirmatū inuenies anno salutis 1624. Pontificatus 2. Et quoad Milites de Lilio, & aliorum Collegia in Prouincijs Marchiæ, Romandiolæ, Vmbriæ, & Patrimonij erecta, vt supra relatis Constitutionibus, in manibus Pontificis tantummodo resignari, & ab ipso impetrari posse, nouosq. Milites à Collegio in Vrbe dumtaxat admittendos esse sanciuit Iulius III. *f* An autem supposita li-
B centia Papæ, huiusmodi resignationes Officiorum, & locorum montium factæ per minorem sustineantur, attentis priuilegijs concessis in erectione montium, & Officiorum? negatiuè respondet Rota apud Seraphinum, *g* quæ loquitur in monte nouennali.

a par. 1. decis. 262 propè sui dubium, nu. 6. & 9.

b in l. si vsusfructus. 67. ff. de iure dotium.

c in suis conclus. in verb. officiales, conclus. 105. nu. 6.

d Const. 106. aliàs est 1. in append. Bullar. nou. tom. 3. pag. 36.

e Bullar. nou. tom. 4. Const. 18. pag. 280.

f Const. 61. dudum fe. re. Bullar. vet. pa. 561.

g decis. 679. fuit dubitatum, nu. 1. & 2. & alibi.

CAPVT XXXVIII.

De varia Vicecancellarij nomenclatura; quiuè hanc Dignitatem obtinuerint.

C

Dictum est supra, Vicecancellarium varijs fuisse nominibus appellatum, signantèr Bibliothecarij; ex quo Mandosius *h* scribit, D. Hieronymum, Damaso Papa sedente, Vicecancellarium fuisse sub nomine Bibliothecarij anno salutis 370.

Leonem verò Pontificem huius nominis I. sub anno 450. Prosperum Aquitanum poetam celeberrimum ab epistolis habuisse, & fortè Vicecancellarij munus exercuisse idem Mandosius autumat.

Gregorius autem cognomento magnus Petrum Diaconum Cardinalem, et S.R.E.
D Cancellarium habuit, vt ex registro huius S. Pontificis anno salutis 590. conscripto liquet.

Hadriano Pontifice huius nominis II. Anastasius Bibliothecarius erat, anno scilicet 858 plusuè minus; et hunc fuisse Cancellarium Papæ testatur Glossator, *i* dum exponit, *Bibliothecarius, idest, Cancellarius,*

Huic Guillielmus alter Bibliothecarius successit, Ciaconio teste. *K*

Post hunc reperio Theophilattum, qui anno 906. S. R. E. Cancellarius, Sergio III. et alijs tribus Summis Pontificibus, fuit, vt ex priuilegijs Ecclesiæ Portuensis constare affirmat Mandosius. *l*

Stephanus Primicerius pro Cancellario, seu Bibliothecario fuit sub Ioanne X. Leone VI. Stephano VIII. Ioanne XI. Leone VII. Stephano IX. Marrino II. Agabito II. ab anno scilicet 920. vsque ad annum 950. plusuè minus, vt ex
E Bullis horum Pontificum collegisse scribit Mandosius, *m* quàmuis ex eius dictis colligitur fuisse

Alium Stephanum Primicerium Defensorum S. R. E. pro Cancellario, et exercuisse annis decem, à Martino quippe II. ad Agabitum II. qui die 27. Decembris 956. diem clausit, vt Panuinius *n* scribit.

Sedente verò Ioanne XV. Sanctę Sedis Apostolicæ Bibliothecarium fuisse Ioannem Episcopum Nepesinum, scribit Baronius. *o*

h in gloss. facult. Reg. §. volentes, verb. Vicecãcellariatus, vers. nam D. Hieronymus.

i in c. 2. dist. 63. in verb Bibliothecarius.

K in vita Nicolai I.

l loco cit.

m loco cit.

n in chronologia.

o annal. tom. 10. sub anno 993. pag. 891.

Petrus

Petrus S. R. E. Card. Diaconus Cancellarius sob Benedicto VIII. seu IX. Gregorio VI. Clemenre II. Damaso II. Leone IX. ab anno 1035. vsque ad annum 1050 vt ex Bullis in Ecclesia Portuensi Collegisse dicit Mandosius; *a* Panuinius verò scribit, hunc Petrum fuisse Cancellarium anno primo tantùm Leonis IX. in secundo autem anno successisse.

a Loco cit.

Hieronymum Coloniensem Archiepiscopum, & appellatum fuisse Archicancellarium; Mandosius tamen nullam huius Hieronymi mentionem facit, sed ponit A

Federicum Gozellonem Ducis Lotharingiæ filium, sedentibus in Cathedra Beati Petri Leone IX. & Victore II. & hoc ex Bullis in Basilica Vaticana existentibus innotescere ait; addens, hunc S.R.E. Cardinalem, Bibliothecarium, & Cancellarium fuisse, demum Pontificem Maximum, & Stephanum IX. appellatum. Verùm Panuinius, quem sequitur Ciaconius, *b* scribit, Federicum, seu Fridericum hunc Diaconum Cardinalem, & Sedis Apostolicæ Bibliothecarium, & Cancellarium vice præfati Hieronymi Archicancellarij, & Archiepiscopi Coloniensis hoc munus exercuisse ab anno secundo Pontificatus Leonis IX. ad finem.

b In vita Leonis IX.

Ipsi Friderico ab Vrbe absenti anno salutis 1055. Victore II. Pontifice, subrogantur in Officio.

Domnus Hildibrandus S.R.E. Card. Subdiaconus. B

Domnus Vbertus Tullensis Episcopus Card. Syluæ Candidæ.

Aribo S. R. E. Diac. Card. & Primicerius.

Stephanus X. dictus IX. post Victorem II. Beati Petri solium ascendit anno salutis 1057. hic fine Cancellario, aut Bibliothecario fuit, Pauinio *c* teste: Sed locum Procancellarij tenuerunt ij, quos proximè retulimus, vsque ad annum 1058. quo Stephanus Florentiæ moritur; cui, sublato schismate Benedicti Antipapæ, succedit Nicolaus II. antea Gerardus Episcopus Florentinus, qui per annos duos, menses sex nec ipse Cancellarium, siue Bibliothecarium habuit, sed prænominati Domnus Vbertus Episcopus Card. Syluæ Candidæ, Hildibrandus S.R.E. Archidiaconus, Aribo Diac. Card. & S R.E. Primoscrinius Procancellarij fuerunt vsque ad annum 1061. vt Panuinio *d* placet. Ciaconius *e* autem Humbertum Tullensem Episcopum Cardin. Syluæ Candidæ Apostolicæ Sedis Bibliothecarium fuisse dicit, eiusque vices gessisse. C

c In chronol. Pontif. & Card. vbi de Stephano X. agit.

d In chron. Pontif. vbi de Nicolao II. agit.

e In vit. Nicolai II.

Maynardum Monachum Cassinatem.

Petrus autem Romanus Præpositus S. Georgij in Lateranensi Patriarchio pro Cancellario, & Bibliothecarius S. R. E. fuit anno primo Pontificatus Alexandri II. qui post Nicolaum II. Christi vices in terris gessit per annos vndecim, menses sex, & dies vigintiquinque.

Idem Petrus creatus S.R E. Subdiaconus, Apostolicæ Sedis Bibliothecarius, annis 4. & 5.

Idem Petrus creatus S. R. E. Diaconus Card Sedis Apostolicæ Bibliothecarius, & Cancellarius. D

Aribo Diaconus Card. & Primiscrinius pro Cancellario, & Bibliothecario anno Pontificatus 7. Hæc Panuinius *f* habet: Ciaconius *g* nonnihil dissentit, dum scripsit. Bibliothecarij, & Cancellarij sub Alexandro II. Papa.

f In vita Alexandri II.

g In vita eiusdem.

Hildibertus Diaconus Card. S.R.E. Vicecancellarius anno Pontif primo.

Maynardus S. Ecclesiæ Syluę Candidę Episcopus Apostolicæ Sedis Bibliothecarius, anno secundo.

Petrus primùm Prępositus S. Georgij in Patriarchio Lateranensi, deinde S. R. E. Subdiaconus, postea Diaconus, demum Presbyter Card. Apostolicę Sedis Bibliothecarius ab anno Pontif quarto vsque ad decimum.

Petrus Clericus primùm fungens vice Petri Subdiaconi, ac Bibliothecarij, deinde Cancellarius vice D. Annonis Coloniensis Archiepiscopi, postea Subdiaconus S.R.E. & vice eiusdem D. Annonis Bibliothecarij, demum Diac. Card. & Apostolicę Sedis Bibliothecarius. E

Aribo Diaconus Card. & Primiscrinius S.R.E. At hi vsque ad annum Christi 1073. quo Gregorius VII. renunciatus est Summus Pontifex.

Petrus Presbyter Card. tit. S Chrisogoni S. R E Bibliothecarius, & Cancellarius fuit, Gregorio VII. sedente, vt Panuinius, & Ciaconius conueniunt. Clemens quoque schismaticus habuit pro Cancellario Seucidum, siue Secundum ex Subdiacono Diaconum Cardinalem. Victor III Gregorio VII. sufficitur: huic etiam Pe-

trus

tumPresbyter Card. S. Chrisogoni Cancellarius fuit ab anno Christi 1086. vsque ad 1088. quo Vrbanus huius nominis II. Pontificatum inijt. Hic

Ioannem de Caieta Monachum Casinatem Præsignatorem Diaconũ Card S Mariæ in Cosmedin, & S. R. E. Cancellarium habuit; contestes habemus Panuinium, & Ciaconium, *a* vsque ad annum 1099. quo Paschalis II. Summus Pontifex renunciatus

A Eiusdem Ioannis Caietani opera in eodem munere, Bibliothecarij scilicet, & Cancellarij vsus est, quousque hominem exuit, anno Domini 1118. quo tempore hic idem Ioannes B. Petri Sedem ascendit, Gelasi II. nomine assumpto: ac per annum Dignitate potitus *b*.

Chrisogonum Pisanum Diaconum Card. S Nicolai in Carcere Tulliano Bibliothecarium, & Cancellarium habuit, Panuinio teste. *c* Et hic idem Chrisogonus vsque ad annum quintum Calixti II. hoc munere functus: succedit illi

Hugo S.R.E. Subdiaconus, mortuo iam Chrisogono.

Domnus Haymericus Burgundus Gallus Diac Card. S. Mariæ nouæ S. R. E. Cancellarius ab anno quinto Calixti vsque ad annum duodecimum Innocentij II. Papæ, qui fuit salutis 1142.

B Baro Capellanus, & Scriptor Apostolicus pro Cancellario fuit anno duodecimo Innocentij II. succedit

Domnus Gerardus Caccianimicus Bononiensis Canonicus Regularis Presb. Card. tit. S.Crucis in Hierusalem; quo munere fungitur etiam Cælestino II. sedente, cui ipse Gerardus in Pontificatu successor extitit anno 1144. Lucij II. nomine fuit pro Cancellario.

Baro, qui etiam Innocentio II. vt diximus, inseruierat.

Robertus deinde S. R. E. Presb Card. Cancellarius fuit ab anno primo Lucij II. vsque ad annum tertium Eugenij III salutis verò 1148. sufficitur

Guido Moricatus de Vico Pisanus Diac. Card. SS. Cosmæ, & Damiani. Quo mortuo, iterum & tertiò

C Baro Scriptor Apostolicus pro Cancellario fuit. Inde

Rollandus Paparo Senensis Presb. Card. S Marci S. R E. Cancellarius anno Pontificatus decimo creatus; qui etiam sub Anastasio IV. vsque ad annum 1159. hoc munere functus; quo tempore exortum est schisma inter Alexandrum III verum Pontificem, & Victorem IV. Paschalem III. Calixtum III. Pseudo Pontifices, quos omnes Alexander III vicit; nam cœptum sub ipso schisma, & per annos decem ac septem continuatum, cum ipse in Pontificatu vixisset annos 21. menses 2. & dies 13. viriliter superauit: cumque ante Pontificatum esset Cancellarius, durante schismate nullum huic muneri designauit: sed

M. Hermannus S. R. E. Subdiaconus, & Notarius pro Cancellario fuit ab anno primo vsque ad septimum.

D M. Gerardus S. R. E. Notarius pro Cancellario, anno septimo, & octauo.

M Gratianus S. R.E. Subdiaconus Notarius pro Cancellario ab anno Pontificatus nono vsque ad decimum octauum.

Albertus de Mosa alias Spanacronius Beneuentanus Presb. Card. S. Laurentij in Lucina Cancellarius ab anno Pontif. 18. vsque ad obitum Vrbani III.

Dauferius S. R. E. Subdiaconus pro Cancellario, absente Alberto Card. Cancellario anno Pontif vigesimo secundo.

Magister Vgo S R.E. Notarius pro Cancellario eodem Alberto fortè absente, in Pontif. secundo, & tertio Lucij III. & sub Vrbano III. absente Alberto, Pontif anno primo.

Trasimundus S.R. E. Notarius pro Cancellario anno salutis 1187 quo Albertus

E Cancellarius Pontificatum Gregorij VIII. nomine inijt; qui nullum Cardinalem in eius locum, Cancellarij scilicet, suffecit, nec etiam adfuit, qui pro Cancellario inseruiret. Sed

Domnus Myses quidam Lateranensis Canonicus Regularis S. R. E Subdiaconus ad id munus assumptus est, qui quòd Cardinalis non esset, non Cancellarius, vt Cardinales consueuerant se appellare, sed Cancellarij vicem agens dictus est, cum tamen re ipsa ipso Cancellarij munere fungeretur, prouentusque, & regalia omnia Cancellarijs dari solita à Pontifice haberet: fuitque hic primus, qui post longa tempora, cum non esset Cardinalis, Cancellarij Romanæ Ecclesiæ functus sit munere

a In vita Vrbani II.

b Baron. in annal. tom. 12. anno 1118.

c In vita Gelasij.

nere, antea enim nonnisi Cardinalibus Officium illud demandari consuetum erat. Hinc Vicecancellarij origo manauit anno salutis 1187. Vixit autem Moyses, & eo munere functus est sub Gregorio VIII. & Clemente III. Romanis Pontificibus, vt scripserunt Panuinius, & Ciaconius. a Sufficitur Puntifex Cælestinus III. anno salutis 1191 huic

a In vita Gregorij VIII.

Aegidius Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ab initio Pontificatus ad annum quartum pro Cancellario fuit. A

Cencius deinde Sabellus Diac. Card. S. Luciæ in silice successit, qui nedum pro Cancellario vsque ab obitum Cælestini, sed etiam S. R. E. Camerarius diligentissimus fuit; anno etenim secundo ipsius Cælestini Cencius Camerarius (vt Baronius ait b) consulturus rebus temporalibus Romanæ Ecclesiæ, aggressus est opus vtile valdè, vt census, qui tunc Romanæ Ecclesiæ à diuersis persoluerentur, scriptis mandaret, cui volumini in eius argumentum ita præfatus est: *Incipit liber censuum Romanæ Ecclesiæ* à Cencio *Camerario compositus, secundùm antiquorum Patrum regesta, & memorialia diuersa anno Incarnationis Dominicæ 1192. Pontif. Cælestini Papæ III. anno 2. &c.* ad quem librum etiam hodie, vbi de rebus temporalibus Ecclesiæ agitur, velut ad sacram anchoram recursus habetur. Innocentius III. post Cælestinum Summus Pontifex renunciatus multos habuit Vicecancellarios, & hi fuere B

b Annal. tom. 12. anno 1192. pag. 859.

M. Raynaldus Papæ Notarius Cancellarij vicem egit annis Pontif. 1. & 2. salutis 1198. & 1199.

M. Blasius S.R.E. Subdiaconus, & Notarius pro Cancellario ab anno 3. ad finem 5.

M. Ioannes S.R.E. Subdiaconus, & Notarius pro Cancellario ab anno 6. ad finē 8.

Ioannes Comes Anagninus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin S.R.E. Cancellarius ab anno 9. ad finem 16.

M. Raynaldus Acolythus, & Capellanus Papæ pro Cancellario ab anni 16. finē, ad 18. partem.

M. Thomas S.R.E. Subdiaconus, & Notarius electus Neapolitanus pro Cancellario ab anno 18. ad finem Pontificatus, qui fuit salutis 1216. Quo Honorius Papa III. Beati Petri locum obtinuit, & hic hos habuit pro Cancellarios, & Vicecancellarios C

Raynerium de Castro veteri Tudertinæ Diœcesis Vmbrum, Canonicum Regularem, & Priorem S. Fridiani Lucensis Diœcesis S.R.E. Vicecancellarium. Et hic est primus (vt Panuinio placet) qui commodiori vocabulo pro Cancellarij vicem agente Vicecancellarius appellatus est, quiuè anno 4. Pontificatus mense Nouembri in Patriarcham Antiochenum consecratus est, post hanc adeptam Dignitatem non amplius Vicecancellarium, sed Cancellarij vicem agentem se vocauit. Postea

M. Guillelmus S.R.E. Vicecancellarius ab anno Pontif. 4. ad 7. partem fuit.

M. Guido Capellanus, & Notarius Papæ pro Cancellario, siue Vicecancellarius ab anno 7. ad finem Pontificatus, salutis verò 1227. Quo Gregorius IX. Christi vices gerere cœpit, & habuit in hoc munere explendo

M. Sinibaldum de Flisco Genuensem Auditorem literarum contradictarum ab initio Pontificatus, quod fuit 13. Kal. Aprilis ad proximum Septembrem. D

M. Martinum Archidiaconum Senensem ab anno 1. ad 5.

M. Bartholomæum ab initio anni 6. ad finem 8.

M. Guillielmum Notarium Papæ ab anno 9. ad finem 11.

Fr. Raynerium Ord. Prædicatorum ab anno 11. ad 14. qui postea Magalonensem Episcopatum obtinuit. Cælestinus IV. qui tantùm dies 17. nec etiam coronatus Pontificatum tenuit, ob temporis breuitatem Vicecancellarium non habuit: cum autem Innocentium IV. successorem habuisset anno Christi 1243. huius infrascipti fuerunt Vicecancellarij

Fr. Iacobus Boncambius Bononiensis Ordinis Prædicatorum, anno Pontif. 1.

M. Marinus Gallus Cantor, & Thesaurarius Saresbiciensis, scholarum Magister, ab anno 2. ad 8. E

M. Guillelmus de Gathadego Parmensis scholarum Magister, ab initio anni 9. ad finem Pontificatus, qui fuit 6. Idus Decembris 1254. In eius locum successit Alexander IV. cuius Vicecancellarij fuerunt

M. Guillelmus, de quo proximè dictum est, annis Pontif. 1. & 2.

M. Iordanus Terracinensis S.R.E. Notarius, & Subdiaconus pro Vicecancellario in fine anni 2.

M. Rollandus S.R.E. Vicecancellarius in fine anni 2. & parte 3.

M. Ior-

M. Iordanus Terracinensis iterum pro Vicecancellario in fine anni 3. & Vicecancellarius ab initio 4. ad finem Pontificatus, qui fuit Viterbij 8. Kalen. Iunij 1261. Cui subrogatur Vrbanus IV. & huic etiam

M. Iordanus Terracinensis Vicecancellarius anno 1. & parte 2. fuit.

M. Michael Tholosanus Gallus ab anni 2. parte ad finem Pontificatus Clementis

A IV. anno quippe salutis 1268. Vacat sedes annis duobus, mensibus nouem, die vno; & Gregorius IX. renunciatur Summus Pontifex anno 1271. Kal. Septembris. Huius Vicecancellarij fuere

M Ioannes Lecacomus Placentinus anno 1. & 2.

M. Lanfrancus Archidiaconus Bergomensis ab anno 3 Pontificatus Gregorij X. vsque ad obitum Ioannis XXI. qui fuit salutis anno 1277. In cuius locum efficitur Nicolaus III. 7. Kalen. Decembris eiusdem anni, à cuius initio vsque ad principium Pontificatus Nicolai IV. Vicecancellarius fuit

M. Petrus Peregrossus Mediolanensis, videlicet ad annũ 1288. quo ipse Nicolaus IV. Beati Petri sedem obtinuit; & hoc sedente

M. Ioannes Gallus Decanus Baiocensis S.R.E. Vicecancellariatus Officium gessit. Creatur inde Cælestinus V. nonis Iulij anno 1294. qui

B M. Petri Valeriani Priuernatis operam ad hoc S.R.E. Vicecancellarij munus adhibuit. Bonifacius VIII. successit, qui eiusdem

M. Petri Valeriani anno 1. & parte 2. vsus est opera; inde

M. Ricardus Petronus Senensis ab anno 2. ad 6. Vicecancellarius fuit, postmodum Cardinalis; succedit

Petrus Valerianus Priuernas Diac. S Mariæ nouæ.

D. Papinianus Taurinas Allobrox ex Canonico Regulari Monasterij S. Andreæ Vercellis Episcopus Parmensis ab anno 7. ad finem Pontificatus. Benedicti Papæ XI. qui fuit 6. Kalen. Augusti anno Christi 1304 Succedit in eius locum Clemens Papa V. qui Vicecancellarios habuit

Fr. Arnaldum Nouelli Vasconem Gallum ab anno Pontif. 1. ad 9.

C Fr. Petrum Arnaldi Presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte paulò ante obitum; quo sequuto, & tertio iam vacantis Sedis anno, 8. Idus Augusti anni 1316. Lugduni Ioannes XXI. dictus XXII. Summus Pontifex creatur, cui Cancellariam Apostolicam multùm debere scribit Gomesius; *a* nullus enim Pontificum, vt ipse ait, & confirmat Ciaconius, *b* adeo diligens, & excultus Paterfamilias in dirigenda re domestica, vt Ioannes, certis legibus erga Cancellariam ordinandam excelluit, itaut sui temporis scriptores decem, & septem anni milliones cusos, & septem rudes, & inelaboratos ex Officijs, & expeditionibus in Cancellaria factis collegisse asfitment, & quomodo id egerit, recensent, apud ipsos viden. Habuit hic Vicecancellarios

a *Locis supra relatis.*
b *Siue illi addentes, in vita.*

D Petrum Arnaldi Presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte, anni 1. Pontificatus parte.

Gancellinum Ioannis de Ossa Presb. Cardin. tit. SS. Marcellini, & Petri ab anno 1. ad. ....

Petrum Textotis tit. S. Stephani in Cœlio monte Presb. Card.

Petrum de Prato Episcopum Card. Prænestinum ab anno 15. ad finem Pontificatus, qui fuit pridie Nonas Decembris 1334 Quo tempore 13 Kal. Ianuarij Benedictus X. dictus XII. Christi vices obtinuit: & hoc sedente

Petrus de Prato Vicecancellariæ Dignitatem, quam sub Ioanne gesserat, abdicauit; & in eius locum sufficitur

Bertrandus de Deucio Vticensis Presb. Card. tit. S. Marci; & hic etiam sub Clem. VI. eodem munere functus vsque ad annum 3. Innocentij VI. qui post Ber-

E trandum

Petrum de Prato ab anno 3 ad 9. restituit. Inde

Petrus de Monturuco Presb. Card. tit. S. Anastasiæ ab anno 9. ad finem Pontificatus Vicecancellarij munere fungitur, & perseuerat etiam sub Vrbano V. Gregorio XI. vsque ad annum 5. Gregorij XI.

Bartholomæus Prægnanus Neapolitanus Cancellariæ Regens in Italia in absentia suprad. Petri ab anno 5. ad finem Pontificatus ipsius Gregorij XI. fuit, salutis anno 1378. Quo Vrbanus huius nominis VI. Pontificalibus infulis exornatus, & hos habuit S. R. E. Vicecancellarios.

Petrum de Monturuco Presb. Card. tit. S. Anastasiæ, ab anno 1. Pontificatus ad 8 partem:

Rainulphum de Monturuco Presb. Card. S Pudentianæ Cancellariæ Apostolicæ Regentem pro Petro suprad ab anno 1. ad 5.

Franciscum Prægnanum Neapolitanum Presb Card Cancellariæ Apostolicæ Regentem pro eodem Petro de Monturuco ab anno 5. ad 8.

Franciscum prædictum Episcopum Card. Prænestinum S.R.E. Vicecancellarium ab anno 8. ad finem Pontificatus. In quo successorem habuit 4. Nonas Nouembris 1389. Bonifacium IX. Huic autem inseruierunt A

Franciscus Prægnanus, de quo supra dictum est ab anno 1. ad initium 5.

Angelus Acciaiolus Florentinus ex Presb. Card S.Laurentij in Damaso Episcopus Card. Ostiensis, & Velirernus ab anno 5. ad finem Pontificatus, anno scilicet 1404. Innocentius VII. Bonifacio IX. in Pontificatu succedit, qui in Cancellaria vsus est opera eiusdem

Angeli Acciaioli, quoad Pontifex vixit; Angelus verò ad initium Concilij Pisani, in quo mortuus est, illam retinuit. In hoc autem Concilio Pisano Nonis Iunij anno 1409. creatus est Alexander Quintus. Quo sedente Vicecancellarij munere fungitur B

Ioannes de Broniacho Gallus, Episcopus Card Ostiensis, & Veliternas. Mortuo Alexandro, cum adhuc schisma perniciosum in Ecclesia Dei esset, siquidem tres aderant Pontifices, & nemo legitimus; quapropter conuocato generali Concilio Constantiensi, hisque tribus Pseudopontificibus depositis, Martinus V. canonicè legitur anno 1417. eo autem sedente, S.R E. Vicecancellarij fuerunt

Ioannes de Broniacho Episcopos Card Ostiensis ab anno 1 ad 9.

Ioannes de Rupescissa Gallus Card. tit. S. Laurentij in Lucina, ab initio anni 9. ad finem Pontificatus. Nec paruis quidem beneficijs Pontifex hic Cancellariam Apostolicam decorauit, vt à nobis supra dictum est. *a* Eugenius IV. post Martinum V. sedit, & in frascriptos habuit Vicecancellarios

a De Vicecancellario, cap. 17. ex Const. 3. Bullar. nou. tom. 1. pag 250.

Ioannem de Rupescissa, de quo supra, ab anno Pontificatus 1. ad 7. C

Franciscum Condulmerium Presb. Card S.Clementis post Episcopum Portuensem, & S.Rufinæ ab anno 7. ad finem Pontificatus, qui fuit 7. Kal. Martij 1447. Quo Nicolaus V. verus, & legitimus Pontifex eligitur; & huic etiam Vicecancellarius fuit idem

Franciscus Condulmerius Venetus ab anno 1. ad 7. Reliquum temporis sine Vicecancellario fuit Ecclesia Romana, Panuinio *b* teste. Et succedente in Pontificatu Calixto Papa III. Vicecancellarium habuit

b In compend. vit. Pontif. vbi de Nicolao V.

Rodericum Boriam Valentinum Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano. Mortuo Calixto, Pius II. 13 Kalen. Septembris 1458. Beati Petri Pallium, & auctoritatem induit, ac eundem

Rodericum Boriam Vicicancellatium habuit. Hic Pontifex Abbreuiatores aliquor ordinauit, & quædam emolumenta ex Cancellaria Apostolica percipienda constituit, inter quos fuit (vt diximus) Baptista Platina, quem Officio, & emolumento priuauit Successor Paulus II. Quo etiam sedente, idem D

Rodericus Boria Vececancellarij munere functus est, in quo etiam perseuerault, sedentibus Sixto IV. & Innocentio VIII. ad annum scilicet 1492. quo ipse Rodericus Alexandri VI. nomine Summus Pontifex renunciatus est, & Vicecancellarij Officium cessit

Ascanio Mariæ Vicecomiti Sfortiæ Mediolanensi Diac. Card. SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum. Hic autem cum per aliquod temporis spatium absuisset ab Vrbe, voluit Alexander VI. illum hoc munere priuare, vt legitur apud Afflictum, *c* & nos etiam supra diximus. *d* Ex quo colligi posse videtur, necessariam esse residentiam Vicecancellarij penès Pontificem Maximum. Retinuit tamen Officium Ascanius Sfortia vsque ad annum 2. Iulij II. Post annum, intra quem Ascanius diem clauserat, hanc Dignitatem obtinuerunt E

c Decis 289.
d Cap 17. de Vicecancellario.

Galeottus Franciottus de Ruuere Presb. Card. S.Petri ad Vincula, annis scilicet 3. 4 & 5. parte, quo obijt

Xistus Gara de Ruuere Presb Card successit in titulo Ecclesiæ S.Petri ad Vincula, & in munere Vicecancellarij ab anno 5. ad finem Pontificatus, quem postea anno Christi 1513. obtinuit Leo X. qui ad annum quattum in eodem munere habuit

Xistum

Xistum Garam prædictum: hoc autem mortuo successit ab anno 4. ad finem Pontificatus

Iulius Medices Florentinus Presb Card. S. Clementis, postea S. Laurentij in Damaso; cui, & pro tempore existenti Viceeancellario idem Leo in remunerationem damni passi ob erectionem Officij Cubiculariorum, Scutiferorum, & Militum. S. Petri, assignauit ex ijsdem Officijs tria Cubiculariorum, septem Scutiferorum, & viginti sex Militum S. Petri, vt in ipsius Leonis X. diploinate *a* continetur.
A

Iulius autem Medices etiam sedente Hadriano VI. hoc Viceecancellarij munus exercuit. Hoc mortuo, in Beati Petri solio locatur ipse Iulius, Clemens VII. appellatus. Qui cum ab initio sui Pontificatus

Pompeium Columnam Presb. Card Basilicæ SS. Apostolorum primò, deinde S. Laurentij in Damaso Viceeancellarium habuisset; hoc vita functo

Hyppolitum Card. Diac. S. Praxedis in locum Pompei præmortui suffecit; cui, & successoribus in Officio nedum Dignitatem, sed etiam titulum S. Laurentij in Damaso cum omnimoda potestate in Clericos, collatione Canonicatuum, & Beneficiorum, vsu quoque Palatij huic Ecclesiæ annexi concessit, & perpetuò vniuit, vt in literis *b* plenius continetur. Ex quibus etiam colligitur, hoc Officium perpetuum esse, dum

B hæc leguntur. *Nos considerantes ipsius Officij dignitatem, excellentiam, & auctoritatem, & quòd illud à memoria hominum citra per Viceeancellarium temporalem erectum, & gubernatum non extitit, sed semper Viceeancellarium perpetuum habuit &c.* Clementi VII. in Pontificatu succedit Paulus III. 4. Idus Octobris 1534. cuius idem

Hippolytus Medices per annum Viceeancellarius fuit postea

Alexander Farnesius Diac. Card. S. Laurentij in Damaso ab anno 1. ad finem Pontificatus. Cum autem Paulus III. Milites S. Pauli, & de Lilio instituisset, vt diximus, ea motus ratione, qua Leo X. Viceeancellario assignauit Milites S. Pauli num. 13. de Lilio num. 2. Vixit autem Alexander, hoc munere, alijsque multis in vita retentis ad annum 1589 sedente Sixto V. Pontificatus sui 4 in eius locum ponitur

C Alexander Perettus Pontificis Pronepos Diac. Card. antea S. Hieronymi Illyricorum, postea S. Laurentij in Damaso: hic autem hominem exuit die 2. Iunij 1623. cum esset Summus Pontifex Gregorius XV. qui die 18. Februarij 1621. purpureum galerum, aliasque Ecclesiasticas Dignitates concessit

Ludouico Ludouisio ex fratre germano nepoti, & die 7. Iunij 1623. eundem Viceeancellarium dixit; eoque munere, ac dignitate ad obitum vsque potitus est Ludouicus. In ipso autem munere, ac dignitate successorem habuit

Eminentiss. ac Reuerendiss. Franciscum Card. Barberinum, Summi, Optimique Pontificis Vrbani VIII. ex germano fratre nepotem, cui præter ea, quæ Cassiodorus *c* de Quæstore cumulat; quippe qui sit famæ publicæ Thesaurarius, armarium legum, prudentissimus antiquorum imitator, mores alienos corrigens, suos debita integri-

D tate custodiens, in quo scientia iuris, cautela sermonis, firmitas animi sit, vt à iustitiæ tramite nullis muneribus, nullis terroribus auferatur, multa quoque alia, & iure quidem merito subnectenda essent, dulciori tamen facundia, præstantiorique stylo proferenda. At cum purpuratus hic Vaticanus Senator aliquo temporis spatio abfuisset ab Vrbe, S. D. N. Innocentius X. creauit S. R. E. Prouicecancellarium Eminentiss. ac Reuerendiss. Dominicum Card. Cecchinum Romanum, cuius deinde munus cessauit, Barberino ad Vrbem reuerso.

E

a Const 41. Bullar. vet. pag. 265

b Const. 34 Bullar. nou. tom. 1. pag. 602.

c Lib. 6. variar. formula quæstura 5.

CAPVT XXXIX.

De Card. Camerario, eiusque Dignitate, Officio, & facultatibus. A

CAmerarij Dignitas secunda est in Vrbe post Papam; prima enim penes Vicecancellarium residet, teste Sarnensi, *a* dum ait, primam dignitatem, Vicecancellarij scilicet à Ioanne XXII. in lucem reductam, & summo splédori redditam fuisse; hanc verò secundam, idest Camerarij ab Eugenio IV. auctam; summi autem Pœnitentiarij, quæ tertia est, & perfectum triumuiratum in Ecclesiastica Hierarchia constituit, sub Benedicto XII. in lucem prodijt, quæ postea à prædicto Eugenio, & Sixto IV. locupletior reddita fuit.

Nomen Camerarij à Camera dictum putat Vestrius, *b* ea motus ratione, quia Pontifici in audientia domestica assisteret; hoc etiam voluit Panuinius, *c* aliam assignans rationem, quia scilicet pecuniarum Ecclesiasticarum, quæ in Cameris asseruabantur, curam gereret, relatus à Mosconio, *d* addente, hoc nomen Camerarij sub Gregorio VII. qui anno salutis 1073. Summus Pontifex renunciatus fuit, originem habuisse, siquidem antea Archidiaconus S.R.E. dicebatur, quo nomine suppresso, in eius locum Camerarius succesit, ita Mosconius loco cit. sub litera B. B

Atque hinc notant Scribentes S.Laurentium anno salutis 257. Sixti Papæ II. Camerarium sub Archidiaconi nomine, custodem scilicet, & dispensatorem Ecclesiasticarum facultatum fuisse, de quibus à tyranno requisitus, respondit, *facultates Ecclesiæ, quas requisitus, in Cœlestes thesauros manus pauperum deportauerunt*; ita Grauatius; *e* & D. Laurentium etiam S. R. E. Cardinalem fuisse, affirmat Manfredus; *f* quæ quidem opinio licèt possit habere difficultatem, tamen Camerariatus Officium in persona Cardinalis fuisse annis ab hinc 460. colligitur ex Iure Canonico, *g* ibi, *considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus, licèt non in nostra, sed in Cardinalis S Hadriani Camera fuerit inuentus, qui eum quando Camerarius fuerat, de Camera Beati Petri susceperat*: hæc autem Decretalis est Innocentij III qui die 22. Februarij 1198. Pontifex Maximus renunciatus fuit, ex cronolog. Panninij. C

Officium verò, & Cardinalis Camerarij munus fuisse Ecclesiasticos redditus pauperibus erogare notatur in iure canonico, *b* vbi additur, Apostolorum tempore Officium hoc Diaconos ab ipsis Apostolis electos exercuisse; & ideo Camerarij Officium etiam mortuo Pontifice non expirat, ne scilicet interim pauperes, qui alendi sunt, fame pereant, *i* ac etiam ne Ecclesiastici redditus, sine quibus spiritualia diù esse non possunt, *k* negligantur, Cherubinus iunior. *l* D

Hodie tamen Camerarius eleemosynas pauperibus non erogat, sed ipsemet Papa per manus Prælati, siue alicuius ex suis secretis, & intimis Cubicularijs ad hoc deputati, sub Eleemosynarij Pontificis nomine eleemosynas in pauperes, miserabilesque personas, præsertim in eos, qui vltra montes ad hæc sacra Vrbis loca veneranda accedunt, erogare facit: pecuniæ tamen ab Aerario vigore mandati ab ipso Camerario generali subscripti recipiuntur, vt notat Flauius Cherubinus. *m*

Gubernium quoque Vrbis, ac totius Ecclesiæ in temporalibus Ditionis habuisse Camerarium, affirmat Vestrius. *n* Sed hodie Gubernium Vrbis ab vno Sedis Apostolicæ Prælato ab ipsomet Pontifice deputato regitur, qui non solùm Vrbis Gubernator, sed & Vicecamerarius appellatur; ex quo dicta Vestrij opinio magis corroboratur, cum etiam hodie Gubernator Vrbis ipsius Camerarij vices gerat; & dum hæc primo calamo scribebam, tanto muneri præerat Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Hieronymus Grimaldus Patritius Ianuensis, vir quidem castigatissimi ingenij, & ad quæcumque publica munia pertractanda, summa, incomparabiliq. prudentia exornatissimus, qui deinde à Summo Pontifice Vrbano VIII anno 1643. inter factos Purpuratos Patres fuit cooptatus. E

a In proœm. reg. Cancell. q. 1. in fin.

b In pract lib. 2. cap. 1. in princ.

c De interpr nomin. obscur. Eccles.

d De maiest. milit. Eccles. lib. 1. cap. 6 pag. 133.

e Ad pract. Vestr. d. lib. 2. cap. 1.

f De Cardin. cap. 4. vers. his quidem.

g In c. ad audientiã de praescript.

h Glos. in c. 1. in verb. aut ligandi 18. q. 1.

i c. pasce; 80. dist.

K 1. q. 3. c. si quis obiecerit; c. cum secundùm, de probat.

l Ad Const. 41. Pauli III. schol. 2. in eius compend. pag. 130. tom. 1.

m In compend. ad Bul. penult. Vrbani VI. schol. 2.

n d. lib. 2. cap. 1. vers. hic enim.

tus: hodie autem Vrbē moderatur Illustrifs. ac Reuerendifs. Laurentius Imperialis, in quo præter fummã generis nobilitatem, virtus, & integritas mirificè corufcant.

Sed & alia quoque Ecclefiafticæ Ditionis Gubernia per Prælatos ab ipfo Pontifice, & facra Confulta deputatos reguntur; itaut penès Card. Camerarium iuramentorum de benè, & fidelitèr Gubernia illis commiffa exercendo receptio nunc folùm remanferit, vt animaduertit idem Veftrius. *a*

A Cameræ tamen Apoftolicæ (ideo fic dictæ, quia in Apoftolico Palatio ea celebratur, & fupremum Tribunal eft) ipfe Eminentifs. Card. Camerarius exiftit caput, eiufq. nomine refolutiones, & expeditiones omnes celebrantur, ex Conftitutione Iulij III. *b* Quod quidem Tribunal quàmuis ex alijs multis Prælatis conftituatur, & bis in hebdomada (fi ceffent impedimenta) infimul conueniant, iuxta formam traditam à Pio IV. *c* ipfe tamen Cardinalis rarò frequentat; & fi interueniat, & in caufis decidendis Clericorum vota fint paria, vbi fuum accefferit votum, ibi decifio erit; & Camerario abfente, maior pars aliorum Cameralium attenditur, ex Pij IV. *d* difpofitione. Sicut è contra in Vigilia recurrentis anni Principis Apoftolorum, quo die feudatarij, cenfuarijq. omnes Sedis Apoftolicæ, certo ordine, & proprio nomine vocati, ad cenfus, canonefq. foluendos, fub pœna caducitatis, per fe ipfos, feu

B eorum legitimos procuratores accedere tenentur, ad ipfos cenfus, canones, & tributa recipienda deeffe non folet, vt res tanti momenti eius auctoritate, ac præfentia rectiùs, validiùfq. geratur, ac legitimum recipiat firmamentum: fuper folutione autem horum cenfuum, & canonum in plena Camera vide Conftitutiones Innoc. VIII *e* Alex. VI. *f* & Gregorij XIII. *g*

Quod autem attinet ad ipfius Card. Camerarij facultates, nonnullas ex fummorū Pontificum Conftitutionibus depromptas breuitèr enarrabimus.

Contra piratas, & noua pedagia imponentes, & arma ad Saracenos deferentes procedit ex Conftitutione Vrbani V. *h* vbi Cherubinus iunior fchol. 1. ait, hanc iurifdictionem Camerarij effe cumulatiuam cum Auditore Cameræ per nouam Conftitutionem Pauli V. *i*

C Omnes, & quafcumque caufas intereffe Cameræ concernentes fummariè cognofcit; ita Vrbanus VI. *K*

Cogit vicinos non habitantes domos illas vendere alijs vicinis, qui illas reficiant, idq. cumulatiuè cum Magiftris viarum Vrbis, Sixtus IV. *l* Agitur de hac materia ad tollendam Vrbis deformitatem, eiufq. ornatum ampliandum, d. Bull. *m* vbi Cherubinus iunior fchol. 1. firmat, venditiones domorum factas alteri quàm vicino non effe nullas ipfo iure, fed tantùm vicino volente, quia de eius commodo Papa cogitauit, & ita tenuit Rota; *n* vt in fimili dicitur de emphiteuta, & feudatario per Iafonem; *o* & ampliat conclufionem, etiamfi in Bulla dicatur, *eò ipfo, & ipfo iure fit nulla*, quia hæc claufula femper intelligitur, fi ille, ad cuius fauorem eft pofita, voluerit, vt Caffadorus, *p* & Rota diuerforum. *q* Imò nec tenetur vendi-

D tor ex forma huius Bullæ requirere vicinum, vt dixit Parifius. *r* Hodie tamen ex alia Conftitutione Gregorij XIII. *f* venditor tenetur requirere vicinum; & in hac Conftit. 22. habes etiam facultates ipfius Camerarij, & Magiftrorum viarum in exequendo iure congrui.

Caufæ, quę circa gabellas, dohanas, datia; eorumq. Officiales tam in Vrbe, quàm extra agitantur, Camerarij, eiufq. Præfidentis, ac Clericorum Cameræ iurifdictioni fubijciuntur; Leo X. *t* In qua Bulla etiam habes Camerarij, & Clericorum Cameræ facultates, ac priuilegia prædeceſſorum Pontificum ab ipfo Leone confirmata in § 2. & feq. alterius Bullæ annexæ, vbi viginti feptem ftatuta, & priuilegia leguntur, ad quæ te lectorem reijcio; et vide etiam Conftitutionem Iulij III. *u* et Conftitutionem Pij IV. *x*

E Depofitarij, ac Thefaurarij per varia loca Status Ecclefiaftici commorantes Camerarij, et Clericorum Cameræ Apoftolicę fubfunt imperio; idem Leo X. *y*

Omnes Officiales Vrbis, ac Ditionis Ecclefiafticæ parere tenentur Camerario S. R. E. cum habeat fummi Pontificis viuæ vocis oraculum, et ad id ab ipfo Camerario compelli poffunt; Paulus III. *z* et Iulius III. *a* Hoc autem intellige in concernentibus Officium Camerariatus; ita ponderando verba Bullæ dicit Cherubinus iunior. *b* hic.

Camerarius poteft reuidere computa etiam folidata, contractus læfionem dictæ Cameræ continentes refcindere, detentores bonorum dictæ Cameræ coercere, &

manu

a d. lib. 2. cap. 1. nu. 1. verf. *hic etiam Pontifex*.
b Conft. 3. § 9. Bullar. nou. to. 1. pag. 692.
c in fua Conftit. 87. per tot. Bullar. nou. tom. 2. pag 122.
d d. Conft. 87. §. 28.
e Conft. 16. Bullar. vet pag. 133.
f Conft. 6. eod. Bullar. pag 1 9.
g Conft 64. eod. Bullar.
h Conft. 1 Bullar. nou. pag. 2 9. tom 1.
i 28. aliàs 20. incip. eximie, § 14. d. Bullar. nou. pag 212. tom. 3.
K Conft. 1. d. Bullar. tom. 1. pag. 227.
l Conft. 20. per tot.
m pag. 364. tom. 1.
n apud Put. decif. 8. lib. 2. in nou.
o in l. 2. in 5. notab. C. de iur. emphit.
p decif 2. nu. 6. de locat. & conduct.
q decif 21. de conceff. preben. nu. 3. in antiq.
r conf. 123. n. 4. lib. 4.
f 22 §. 8. Bullar. nou tom. 2. pag. 387.
t Conft. 24 § 6. d. Bullar pag. 514. & 515.
u 3. pag. 692.
x 87 Bullar. nou. tom. 2. pag. 122
y Cōft 24. § 6.
z Conft. 41 per tot. pag. 680.
a Conft. 3 § 7. Bullar. nou. to. 1 pag. 692.
b Schol. 1. & eft conftit. 55. §. 1. 2 & 3. Pij IV. Bullar. nou. tom. 2. pag. 74.

manu regia, ac appellatione remota procedere, vt in Constit. Pij IV. *a* Præsumitur autem contractus læsiuus, si forma data ex Constitutionibus Apostolicis, siue de iure in contractibus præfinita non fuerit obseruata, ex iure canonico, *b* Romano, *c* & Rota. *d* Cessat autem læsionis præsumptio, si à futuro pendet euentu, læsio enim inspicitur solùm tempore initi contractus; ex iure ciuili, *e* Aymone Crauetta, *f* qui alios citat, Rota, *g* & Cherubino iuniore. *b*

Camerarius, & Clerici Cameræ auocant ad se causas interesse Cameræ concernentes ab omnibus Tribunalibus, & Iudicibus etiam Cardinalibus, sine alio Papæ mandato, cum facultate inhibendi sub censuris, & pœnis; nisi Commissio adsit subscripta manu Papæ, cum derogatione Constit. 35. Pij IV. tom. 2. pag. 51. & Clementis VIII. Constit. 65. tom 3. pag. 90. & 93. vbi in §. 38. & seq. habes, Signaturam iustitiæ non rescribere in causis Cameralibus, & ab ipsa Camera cognoscendum, an causa sit Cameralis. A

Camerarius est exequutor priuilegij concessi à Clemente VIII. Vniuersitati hebræorum circa pensiones domorum eis locatarum; & in hoc vide Cherubinum iuniorem, *i* qui particulam dictorum priuilegiorum ponit tom. 3. pag. 20. facultatem quoque habet Camerarius circa venditionem pignorum hebræorum, ac eorum fructus, cognoscendi priuatiuè quoad omnes, vt in Motu proprio eiusdem Clementis VIII. *K* B

Quædam tamen sunt Camerario interdicta, nec sine licentia Papæ is exequi valet, videlicet.

Licentias fœnerandi, medendi, duas vxores habendi, sinagogas erigendi, nummularium, seu baucherottum exercendi hebræis concedere non potest. *l*

Quatrenos, aut monetas reprobatas ad Vrbem deferri non concedit. §. 15.

A concessione moratoriarum, siue dilationum contra prohibitiones summorum Pontificum abstinere debet. §. 16.

Saluos conductos, seu cedulas, non grauetur, nuncupatas ad impediendam exequutionem mandatorum aliorum Iudicum non concedit: in saluis conductibus verò pro naui, aut alijs quibuscumque non potest apponere clausulam, quòd non molestetur ex causa etiam Religionis, nisi eadem causa cum Romano Pontifice collata. §. 17 C

Tractas frumentorum, aliarumq. rerum tam annonam, quàm grasciam concernentium, nisi certa lege seruata, concedere nequit, vt in §. 18.

Extractiones verò prædictorum intra quadraginta milliaria à Præfectis annonæ, & grasciæ, sub nomine tamen, & sigillo ipsius Camerarij expediuntur. §. 19. & 20.

A licentiarum concessione, emendi scilicet frumenta, & alia supradicta, ac etiam illa in solutum accipiendi abstinere debet. §. 21.

Indulta quoque, vt quis soluta rata sua non teneatur pro alijs, nisi ad fauorem conducentium grasciam ad Vrbem, & in alijs casibus aliàs præmissis concedere non debet. §. 22. D

Pœnas quoque statutarias ad fauorem certarum personarum alterandi licentiam non habet. §. 23.

Licentias vendendi stabilia, siue accipiendi pecunias ad censum, faciendi nundinas, & mercata Vniuersitatibus, non concedat. §. 26. Quod autem attinet ad licentias vendendi stabilia, aut imponendi census, &c. sciendum est, si Vniuersitas fuerit Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, vel si sit mediatè, & Bullam Boni Regiminis acceptauerit, huiusmodi licentias expediendas esse à sacra Congregatione gratis ex omni parte, vt in d. Bulla. Si verò Vniuersitas sit mediatè subiecta, nec Congregationem antedictam agnouerit, tunc prædictæ licentiæ in plena Camera, & cum solutione certæ mercedis notario expedienti facienda, iuxta taxam sub Paulo V. renouatam expediuntur; prædicta verò taxa legitur in Bullar. *m* vbi etiam habes, quid soluendum sit Camerario pro sigillo cuiuscumque expeditionis. E

Sed quoniam dictum est supra, Camerariatus Officium, & iurisdictionem non expirare etiam mortuo Pontifice, iure quidem optimo quæri potest, circa quæ versetur hoc tempore, quo Sedes vacare dicitur, eius Officium, et iurisdictio.

Sciendum est primò, Conclauis, vbi Pontificis electio celebranda est, construendi, et ornandi curam penès Camerarium esse; Iulius Lauorius, *n* apud quem videre poteris, quid sit Conclaue, eius originem, et constructionem.

Secun-

a 26 d. Bullar. pag. 36. tom. 2.
b c. qui contra iura. 82. de reg. iur. in 6.
c cons. 54. n. 5.
d apud Capucaq. decis. 200 nu. 2. par. 3.
e l. si voluntate, 8. C. de rescind. vend.
f cons. 114. n. 16.
g coram Penia in vna Interamnen. Mercium. 4. Iunij 1597.
h ad Constit. hanc Pij IV. schol. 2.
i ad d. Const. 65. Clem. VIII. schol. 2.
K post d. Const. 65. tom. 3. pag. 93.
l in d. Cõst 65. §. 14.
m tom. 3. pag. 287. post Const. 72. præd. Pauli.
n de conclaui, cap. 1. in prin.

Secundò Camerarius vna cum tribus Gardin alibus, quos Capita ordinum vocant, quia ex quolibet Ordine, scilicet Episcopali, Presbyterali, et Diaconali eliguntur, ius habet post Pontificis obitum reliquos Cardinales congregandi, occurrentes necessitates in Congregationibus proponendi, et vt Conclaue benè vndique claudatur, curandi; ex Constit. Pij IV. *a*

A Tertiò vltra iurisdictionem, quam proximè diximus habere cum Capitibus Ordinum, retinet suam ordinariam, quam habebat Pontifice viuente, ex quo illa nunquam expirat, vt ex iure canonico, *b* et in d. Const. Pij IV. *c*

Quartò Camerarius vnà cum alijs Clericis, et Ministris Cameræ exactionibus pecuniarum ipsi Cameræ debitarum, et prouisionibus Sedis vacantis incumbere debet; à solidationibus tamen computorum, extractionibus frumentorum, gratijs delictorum, alijsq. similibus interim abstinere debet, vt in præcitata Constitutione; *d* cuius rei rationem reddere nititur Iulius Lauorius, *e* ne scilicet nimiùm suæ amplissimæ iurisdictioni intentus, temporales Ecclesiæ redditus, sine quibus spiritualia diù esse non possunt, paruifaciat, & necessaria pauperum subuentio retardetur, *f* cum ad eundem Camerarium specter temporales Ecclesiæ facultates pauperibus
B erogare, vt diximus supra, & est glossa, *g* quæ ait, hodie magnum esse Officium, & habere iurisdictionem circa omnes debitores Cameræ, & Auditorem etiam habet ad hoc, & putat, quòd habere etiam possit Sede vacanre, ponderando verba illius textus, vbi etiam Vitalinus *h* ait, Cardinales non se intromittere in Officio Camerarij Sede vacante, licèt si mors illius contingat, poterit Cœtus Cardinalium in eius locum alium sufficere, prout etiam dicit ibi textus. Et adeo verum est, Cardinales non posse Sede vacante in Officio Camerarij se intromittere, vt Camerarius non teneatur obedire Cardinalibus contra ea, quæ a Pio IV. *i* sancita sunt; quinimò si eis obtemperauerit, de suo proprio Cameræ Apostolicæ plenariè satisfacere, pecunias erogatas restituere, & quæuis damna ad eligendi Pontificis arbitriũ resarcire cogi poterit, vt in §. *6.* vers. neque Camerarius, & Iulius Lauorius. *K*
C Nec posse Cardinalium Cœtum vacante Sede aliquem Camerario adiungere, nisi manifesta incumberet necessitas, aut quia Camerarius dilapidaret bona Ecclesiæ, testis est Gambarus, *l* dicens, hanc quæstionem in facto contigisse, quando vacauit Sedes per obitum Leonis X Alia de Camerario vide apud Vestrium, *m* Gregorium Tholosanum, *n* & Mandosium, *o* qui esse iudicem ordinarium firmat, sequutus Hostiensem, *p* Archidiaconum; *q* & habetur per Gloss. *r* & per Rotam apud Thomam Fastolum, *s* vbi in fine dicitur, tribunal Camerarij esse maius Auditorio Rotæ.

Verùm inhibitiones ex hoc tribunali, siue Auditore Cameræ, & quocumque alio Iudice ordinario, & delegato emanare ad impediendas exactiones, & iura Communitatum attendendæ non sunt, vt in Boni Regiminis Constitutione. §. 24

Sed inter S.R.E. Camerarios celebris extat memoria Cenci Sabelli, qui sub Cle-
D mente III. primùm, deinde Cælestino III Camerariarus Officium gessit, & ob egregiam in eo nauatam operam, Cencius Camerarius appellatur hic enim anno 1192. vt testatur Baronius, *t* rebus temporalibus Romanæ Ecclesiæ consulturus, aggressus est opus valdè vtile, & census, qui tunc Romanæ Ecclesię à diuersis persoluebãtur, scriptis mandauit, de quo supra cap. 38. & ab hoc eodem Pontifice ex Canonico S. Mariæ Maioris inter purpuratos Patres anno sequenti in secunda promotione relatum fuisse, testatur Ciaconius in vita huius Pontifices, vbi Floranantes Martinellus alia quædam sciru digna addit; ac demum Pontificem Maximum Honorij III. nomine renunciatum fuisse idem Ciaconius scribit in hæc verba. *Anno Dominicę Natiuitatis 1216. die Dominico 9. Kal. Augusti Perusij in Cathedrali Ecclesia Honorius III coronationis suæ insignia consequutus est per manus Guidonis de*
E *Bisentio Vrbeuetani, S.R. E. Archidiaconi*; sedit Imperat. Federico II. Augusto annos X. menses 8.

Montis quoque Pietatis in Vrbe Protector est Card. Camerarius, vt apparet ex Gregorij XIII. Cõstitutione, *u* quæ incipit, inter multiplices animi nostri curas, &c.

a 62. §. 7. Bullar. nou. tom 2. pag. 91
b in Clem. 2 §. porrò, de elect.
c 63. §. 9.
d 69 §. 3.
e de conclaui, cap. 3 nu. 37.
f c. pasce. 86. dist.
g in d. Clem 2. §. eo tamen, in verb. Camerarium, de elect.
h in princ. huius Clem. nu. 45.
i in d. Const. 63.
K loco cit. n. 21.
l tract. de legat. lib 9. nu. 53. & seq
m in pract. lib. 2 cap. 6.
n in syntag iur vniuers lib. 15. cap. 42. nu. 6. & seq.
o in gloss facult. Reg. 9. volentes. in verb. Camerariatus.
p in summa, de offic. ordin vers. ideo Camerariũ
q in c. experiẽtia, nu 3. vers. vnde Camerarium. 11 q 1.
r 1. in Clem. Auditor, vers. item scias de rescript.
s dub. 39.
t tom 12. annal. pag 859.
u 104 in Bullar. vet. pag. 1355.

CAPVT

CAPVT XL.

De Vicecamerario, & Gubernatore Vrbis.

A

a in suis conclus. in verb. Cancellaria. b 18. §. 6. c 8. §. 1.

VIcecamerarij nomen inuentum fuisse scribit Card. Tuscus, *a* ex eo quia Cardinalis Camerarij in ipsius Cameræ Apostolicæ tribunali locum teneat; & colligitur ex Constitutione Iulij II. *b* & altera Leonis X. *c*

d 18. e in pract lib. 2. cap. 5. num. 5.

Dicitur autem Gubernator, quia nedum Vrbi, & habitatoribus ad quadragesimum vsque lapidem ius dicit, sed etiam alijs omnibus intra dictos fines Iusdicentibus præest, & iustitiæ gubernacula moderatur, vt pax, & quies ab omnibus custodiatur, inuigilat, & petentibus in hoc auxilium præbet, vt in præcitata Iulij II. Constitutione, *d* & apud Vestrium *e*

Neque in ipso tantùm Cameræ Apostolicæ Auditorio post Cardinalem Camerarium primum locum obtinet, sed in omnibus alijs tam publicis, quàm priuaris actibus Primates, ac Regum, & Imperatoris Oratores, etiam ipso Romano Pontifice præsente, antecellit, & medius inter ipsos incedit, vel equitat. B

f in addit. ad Vestr. lib. 2. cap. 5.

g syntag. iur. vniu. lib. 47. par. 3. cap. 35. h in l. 1. n. 96. ff de off. Præfec. Vrb.

Sed cuinam ex antiquis Magistratibus comparandus sit Vicecamerarius, & Gubernator Vrbis, non satis constat; Nicolaus enim Grauatius *f* postquam animaduertit, vtriusque gladij potestatem à Summo Pôtifice Gubernatori Vrbis concessam esse, hunc ad instar Quæstoris, seu Præfecti Vrbi apud Imperatores, & Reges Romana tunc Republica florente, arbitratur; licèt in eo magis resideat, vt Præfecti Vrbani similitudinem gerat, quod & Tholosano, *g* alijsq. multis non displicet, nam Quæstoris Officium potius ad Card. Camerarium, Thesaurariumq. generalem referendum putant. Et quàmuis Purpuratus *h* neget, vllum apud nos Præfecti Vrbis simulacrum extare, eius tamen sententiã haud ratam habendam esse reor; siquidem preeminentiam, iurisdictionem, facultatem, & priuilegia Gubernatori Vrbis concessa si rectè considerabimus, non obscurum ipsius Præfecti Vrbis simulacrum videbimus. C

i lib. de Magistr. Roman. cap. de Præfecto Vrbi. K lib. 6. var. cap. 4.

Constat enim ex Pomponio Leto, *i* hunc à Romulo, vt priuatorum dissidia, causasq. ciuiles tantùm dirimeret, electum fuisse; quod innuit etiam Cassiodorus, *K* dum Præfecturæ Vrbanæ, eiusq. Officij formulam refert: postea verò ad publica iudicia ascitum, eiusq. auctoritatem mirum in modum excreuisse, ex ijsdem, alijsq. multis auctoribus liquet. Neque ex diuersitate indumentorum, quibus nunc vtitur Gubernator, à Clamide, & militaribus indumentis, quibus quotidie vtebatur, & sine quibus salutandus non erat Præfectus Vrbi, vt videre est apud Cassiodorum, & Tholosanum, *l* diuersitatem iurisdictionis, & preeminentiæ inter hos constituendam existimo; eoquè magis, quia auorum nostrorum ætate Gubernator Vrbis militaribus induebatur vestibus, & ornamentis; visitur enim apud Ecclesiam Beatæ SS. Virginis Mariæ de Pace votiua tabella, in qua quidam B. Murenus almæ Vrbis Gubernator votum soluendo, habitum, quo incedere solebat, exprimi, ac pingi curauit; est autem cristata galea in capite, ex humeris purpurea, & talaris vestis, hinc, & hinc ad protendendum brachia incisa; & hanc loco Clamidis fuisse reor, nam & Clamidem ad talos productam fuisse scribit Bulengerius. *m* D

l locis citatis.

m lib. 1. de vestib Pontif. cap. 11.

Vtq. magis peritorum iudicio ea, quæ inter Præfectum, & Gubernatorem Vrbis intercedat similitudo, subijciatur, amborum priuilegia, & preeminentias, illius quidem ex Iurisconsultorum, & Imperatorum documentis, huius verò ex Summorum Pontificum Constitutionibus desumptas referam. E

Præfecti Vrbi priuilegia, & prærogatiuæ.

n l. 1. in princ ff de off. Præfect. Vrb.

OMnia omnino crimina, non tantùm ea, quæ intra Vrbem admittebantur, verùm etiam quæ extra eam, non vltra tamen centesimum lapidem in Italia corrigendi, & puniendi curam sibi Præfectus Vrbi vindicauit. *n*

Seruos, qui ad statuas confugerant, vel sua pecunia emptos, vt manumitterentur de dominis querentes audiebat.

Patronis

Patronis egentibus de suis libertis querentibus, maximè si ægros se esse dicebant, & optabant à libertis exhiberi, ius reddebat.

Relegandi, deportandique in insulam, quam Imperator adsignauerat, licentiam habebat.

Seruos de adulterio cum domina accusatos acritèr coercebat.

De interdictis quoque vnde vi, quod vi, aut clam, audiebat,

A Tutores, & curatores, qui malè in tutela, & cura versati, grauiori animaduersione, quàm vt sufficeret eis suspectorum infamia indigebant, ad Præfectum Vrbi remittebantur, & ne præstituerentur mancipia tuebatur.

Vt nummularij probè se gererent in eorum negocijs, & ijs, quæ prohibita erant, temperarent, curabat.

Cum patronus contemni se à libertis dicebat, vel contumeliosum sibi libertum querebatur, vel conuicium se ab eo passum, liberosuè, vel vxorem, vel quid huic simile obijciebatur, Præfectus Vrbi adiri solebat, qui pro modo querelæ corrigere, aut comminari, aut fustibus castigare, aut vlterius in eius pœna procedere iuberet.

Cura carnis, vt iusto pretio præberetur, Præfecti notio erat, imò & forum suarium; sicuti cæterorum quoque siue pecorum, siue armentorum, quod ad huiusmodi

B præbitionem spectabat ad eiusdem Præfecti solicitudinem pertinebat.

Sed & annonariam rationem, & curam Præfecto Vrbi commissam à Valentin. & Valent. Imperatoribus habemus in iure ciuili. *a*

Popularium quieti, & spectaculorum disciplinæ inuigilare debebat, ex Cassiodoro. *b*

Dispositos milites stationarios ad tuendam popularium quietem, ac sibi quid vbique ageretur referendum, habebat.

Et Vrbe, & quauis alia solitarum Regionum interdicere poterat.

Negotiatione, professione, aduocationibus, & foro, spectaculisque in perpetuum, & ad tempus interdicebat.

C Et qui illicita Collegia collegisse dicebantur, apud Præfectum Vrbi accusabantur.

Ab argentarijs quoque, vel aduersus eos in pecuniarijs causis adiri poterat, vt plenius hæc omnia ex Vlpiano, & Paulo Iurisconsultis *c* nota sunt.

Omnibus præferri dignitatibus, & potestatibus, sine detrimento tamen, & iniuria alieni honoris, voluerunt Valen. & Gratian. Imperatores *d*

De iniurijs factis Senatoribus potestatem cognoscendi dedit Præfecto Vrbi Theodoricus Italiæ Rex, vt apud Cassiodorum. *e*

Eundemque pacis custodem designauit, ne qua in spectaculis seditionum causa nasceretur, vt apud eundem Cassiodorum. *f*

Candidatos quoque ad ea, quæ priscus Curiæ Ordo dictabat, recipiendi Præfecti curæ demandabatur, vti loco citato. *g*

D Seditiosos puniendi, quod ad Prætorem vrbanum pertinebat, idem Theodoricus Præfecto Vrbi communicauit. *h*

Et perpetuum fuisse honorem, & fasces habuisse Præfectum Vrbi, notat Tholosanus *i* ex eodem Cassiodoro. *k*

Tandem de Senatoribus iudicare, considere supra Consulares viros, nedum intra Vrbem, sed intra centesimum lapidem, vt dictum est, iudicare, & ex designatis ex lege Prouincijs per appellationem cognoscere, Præfecturæ Vrbanæ muneris, et honoris esse, Cassiodorus *l* tradidit.

Quibus Emmanuel Comnenus Imperator Orientis addit, vt si executores testamentis dati, quibus pauperes instituti sint hæredes, negligentes fuerint, detur alius procurator ab Imperatore, quòd si absens fuerit, à Præfecto Vrbi, vnà cum Sanctissimo

E Ecclesiæ Oeconomo ea procuretur dispensatio; ex Tholosano. *m*

Nunquam sine Clamide salutandus erat, vt scilicet sub veste militari semper visus nunquam crederetur esse priuatus; ad similitudinem summorum Magistratuum carpento vtebatur; Præneste ludos edebat; Senatoriam dignitatem habebat, vt ex Cassiodoro idem Tholosanus *n* affirmat: subdens ad rem nostram, hodie Romæ loco Præfecti esse Marescialium Vrbis Curiæ Sabellorum, seu Gubernatorem; cuius quidem Gubernatoris licèt nonnulla summarim referat priuilegia, nos latiùs eadē prosequendo, vt scilicet peritioribus, vt diximus, pateat aditus comparandi cum ijs, quæ de Præfecto relata sunt, enarrabimus.

a In l. 1. C. eod. tit.

b lib. 1. var. cap. 31. 32. & 33.

c In l. 1. & toto tit ff. de off. Præfect Vrb.

d in l. 3. C. eod.

e lib. 1. variar. epist. 31.

f d. lib. 1. epist. 32.

g Epist. 41.

h Epist. 43. & seq.

i in Syntagm. iur. vniu. lib. 47. cap. 35. nu. 3.

k d. lib. 1. var. epist. 42. Artemidoro Patritio scripta.

l lib. 6. var. epist. 4. in formula Præfecturæ Vrbanæ.

m loco paulo sup. cit. nu. 3. in fin.

n loco cit.

Gubernatoris Vrbis facultates, & priuilegia.

ALmæ Vrbis Gubernator, qui etiam Vicecamerarius dicitur, sub qua prærogatiua, Vicecamerariarus scilicet, primum locum post Cardinalem Camerariũ in Auditorio Cameræ retinet, & extra eam omnibus in Vrbe ius dicentibus, Primatibusquè, ac etiam Imperatoris, & Regum Oratoribus præest, & nedum in priuatis, sed in publicis quoque actibus, etiam ipso Summo Pontifice præsente, medius inter ipsos Principum Oratores ante Pontificem incedit, vel equitat.

Vtriusque gladij potestatem habet, nec per se solum, sed per suos quoque Locumtenentes ciuiles, & criminales causas contra quascomque personas, Ecclesiasticas scilicet, & cuiusuis Ordinis Religiosos cognoscit. A

Vrbis Romæ quieti, & paci nedum ipse inuigilat, sed alijs Romanæ Curiæ iudicibus, vt ipsa quies, & pax conseruetur, assistit.

Summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, de bono, & æquo, velo leuato, etiam secundùm voluntatem, & beneplacitum, & quæ Papamet facere potest, reiectis etiam nullitatibus, procedere potest.

Contra delinquentes, etiam nulla diffamatione, seu infamia precedente, nulloque processu, inquirendi, & castigandi, & vsque ad vltimum supplicium procedendi in facultatibus habet.

Sola citatione domi executa alios iudices præuenisse dicitur. B

Citationes domi executæ ac si in personam præsentatæ essent, validæ iudicantur.

Pęnas ab eo indictas priuatiuè quoad alios iudices exequitur, illasque suo arbitratu auget, & minuit.

Vrbis statutis derogare, bannimenta sub quibusuis pœnis promulgare, alia verò quamuis de mandato Papæ edita declarare, alterare, & interpretari valet.

Appellationes in causis criminalibus, aut ciuilibus, summam ducatorum decem non excedentibus reijcit.

Causę à suo tribunali sine ipsius Pontificis motu proprio auocari nequeunt.

A syndacatu tam ipse, quàm sui Officiales, & à reddenda ratione de gestis in Officio sunt immunes. C

Si in capitalibus, & sanguinis causis cognoscendis, & decidendis se ingerat, dũmodo à sententia per se ipsum suscribẽda abstineat, irregularitatis laqueo nõ innodatur

Milites stationarios ad custodiam atrij, & à quibus ad publicas proficiscendo actiones, præeundo ensibus, & hastilibus ferris armatis associetur, habet.

Exploratoribus, qui sibi quod vbique agitur, referant, vt quietis, ac pacis perturbationibus quanto citius occurratur, publico sumptu stipendiarijs vtitur.

Baroncellus, cæterique executores nulla interposita mora nedum ipsius Gubernatoris, sed suorum quoque Locumtenentium mandata exequi tenentur; vt latius videre est in Constitutionibus Summorum Pontificum, videlicet Iulij II. *a* & Leonis X. *b* ac apud Vestrium. *c*

Quicquid Gubernator Vrbis asserit se de mandato Papę fecisse, aut dixisse, nulla hęsitatione credendum est, ex Pij V. Constitutione, *d* vbi Cherubinus iunior *e* verba hoc idem demonstrantia, & Breuibus Gubernatorum apponi solita describit. D

Ex ijs, quæ hucusque diximus, satis constat, Gubernatorem Vrbis publica, & priuata exercere iudicia.

In ijs, quæ priuata iudicia respiciunt, Auditorem habet, qui vt plurimùm mercennariorum famulorum, & inseruientium causas dirimit, non secus ac Præfectus Vrbis causas inter seruos, & dominos, inter libertos, & patronos, vt diximus, cognoscebat. Huius autem Auditoris facultates, & requisita videnda sunt in Constitutione Sixti V. *f* vbi etiam (existente tunc Gubernatore Mariano Perbenedicto Episcopo Maturanensi, qui postea ab eodem Sixto sacra fuit Purpura donatus) huius tribunalis quoad ciuiles causas reformationem habes, quam postea reassumpsit, & innouauit Paulus V. in sua generali tribunalium Vrbis reformatione §. 3. E

At si quis à decretis, seu sententijs præfati Auditoris se grauatum senserit, recursum ad eundem Gubernatorem habet, qui maioribus impeditus negocijs vt plurimùm alium delegat, & hic iudex recursus communi vocabulo appellatur.

In publicis verò iudicijs duos habet Locumtenentes certo stipendio à Camera Apostolica conductos, scutorum scilicet quinquaginta cuilibet ipsorum menstruatim soluendorum; quibus & alij duo Substitutorum nomine, scuta vigintiquinque pro quolibet in mense recipientes, adaucti sunt.

a Const. 28. Bullar. nou. tom. 1. pag. 448.
b Const. 8. d. Bullar. pag. 479.
c In pract. lib. 2. cap. 5.
d 107. d. Bullar. tom. 2. pag. 314.
e Schol. 1.
f 72. d. Bullar. nou. tom. 2. pag. 606.

Ipsorum

Ipsorum verò munus, & facultates, quid agere, quiduè prætermittere debeant collige ex Constit. Pauli III. *a* sed fusiùs ex Constit. Pauli V. *b*

Adsunt & alij quatuor Latrunculatores, vt facilius rei in carceribus detenti subijciantur examini, & expediantur, & quandoque etiam extra Vrbem ad construendos, & formandos processus mittuntur.

A Constituta est quoque Congregatio illa, quam tam enixè exoptasse suis temporibus exclamat Vestrius. *c* Hæc autem semel in hebdomada die Martis coram ipso almę Vrbis Gubernatore in eius ædibus celebratur, interuenientibus S.D.N. Papæ, & Camerę Apostolicæ Procuratore Fiscali, supradictis Locumtenentibus, & Substitutis, & Latrunculatoribus, ac Notario primario tribunalis: ex quo, cum præuia relatione status causarum, ipsi etiam rei per se ipsos, siue eorum procuratores, & aduocatos audiantur, non mediocritèr ipsarum causarum expeditioni consultum est.

Sed & bis etiam in hebdomada, diebus scilicet Mercurij, & Sabbati, præeuntibus militibus stationarijs, carpento vectus, & iuuenibus ad minus sex sub eodem, & vniformi vestimentorum genere pedissequo famulatu subsequentibus, Pontificem Maximum adit, eumque de negocijs, & causis in suo tribunali occurrentibus certiorem reddit, & consulit.

B Querelas etiam vasallorum contra suos Barones infra quadragesimum lapidem, qui limes est suæ iurisdictionis, Gubernator audit, & dirimit, si Vestrio *d* credendum est.

Baculum quoque ligneum ab ipso Pontifice, statim atque Gubernator electus est, receptum ante se in publicum prodeuntem per vnum ex familiaribus suis gestare facit Gubernator; hunc autem loco fascium, quibus Romanorum Magistratus vtebantur, & à Lictoribus gestabantur, successisse puto: & baculum magis accommodatum Magistratibus Ecclesiasticis, & apertum iurisdictionis, & iusdicendi simbolum esse, multis probat antiquorum exemplis Bulengerius, *e* qui de sceptro, seu baculo Pōtificis agit, & de baculo Episcopali: quod etiam Lazarus Baysr. *f* Liuij testimonio *g* de baculo, siue scipione eburneo loquendo comprobat his verbis, ibi.

C *Massinissam primum Regem appellatum, eximijsq. ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & scipione eburneo donat.* Et à Romanis, cum Reges constituerent, scipionem eburneum datum fuisse affirmat Tacitus; *h ad Ptolomeum missus est à Senatoribus, qui scipionem eburneum, togam pictam, antiqua Patrum munera daret*: quem quidem eburneum scipionem ab eodem Pontifice receptum hodie Senator Vrbis, dum aurea veste ornatus in publicum prodit, præ manibus habere solet,

Sed et illam, quam Præfectus Vrbi spectaculorum curam habebat, hodie Gubernatorem Vrbis habere apparet, præcipuè in diebus carnis priuij, in quibus præter edicta popularium quietem respicientia ab eo promulgata, nemo personatus incedere, nec publica spectacula edere sine ipsius licentia valet: et antequam brauiorum

D cursus de more fiat, comitantibus Senatore, et Conseruatoribus Cameræ almæ Vrbis, nec non Cameræ Apostolicæ Procuratore Fiscali, alijsq. Capitolinis Iudicibus, et Latruncularoribus, ipse Gubernator velut omniū antesignanus per viam latam, vbi prædictus cursus fieri solet, equitando primum locum obtinet, & ante se familiarem suum, quem Alabarderiorum Capitaneum vocant, aliumq. cum scipione suo præmittit, constipantibus nedum militibus stationarijs, sed alijs quoque famulis pedissequis.

Illud quoque, quod Cassiodorus *i* refert, à Theodorico Rege mandatum Præfecto Vrbi, vt pantomimos voluptatem populis præstaturos concederet, & quod Bulengerius *K* scribit, videlicet à Pretoribus Vrbis ludos publicos curatos fuisse, ad ipsum Gubernatorē Vrbis translatum hodie videmus; quandoquidem nec pantomimi,

E nec circulatores, quos ciarlaranos vocant, nequeunt absque ipsius licentia circulationes, ludos, saltationes, scurrilitates agere.

a 44. §. 3. & seq

b 71. aliàs 44. incip. vniuersi, §. 10. Bullar. nou. tom. 3 pag. 271.

c in pract. lib. 6. cap. 5. sub nu. 6.

d in pract. lib. 2. cap. 5. nu. 2.

e lib. 1. de vest. Pontif. Episc. & sacr. cap. 16. et cap. 32.

f in lib. de re vestiar. cap. 10.

g in x. secundi belli punici.

h lib. 4. annal.

i lib. 1. var. cap. 32. et 33.

K lib. 1. de theatr. cap. 11. de ludis.

CAPVT XLI.

De Thesaurario Generali.

HOC nomen Thesaurarij in Ecclesia Dei etiam tunc nascente receptum fuisse patet ex ijs, quæ leguntur de S. Laurentio, qui Ecclesiastici Thesauri custos, & dispensator fuit: atque hinc factnm est, vt à sacro Cameræ Apostolicæ Collegio Festum S. Laurentij Martyris præcipuè colatur, vt notat Cherubinus iunior. *a* A

Sed ad nostra tempora proximiùs accedendo. Eugenius IV. qui anno 1431. Summus Pontifex renunciatus fuit, in sua Constitutione *b* post præfinitum numerum Clericorum Cameræ ad septem, & alia multa ibi sancita circa tribunal Cameræ Apostolicæ, idem *c* formam loquendi, & sedendi in ipsa Camera præscribit, & post Card. Camerarium, aut eius substitutum, qui, vt diximus, regulariter est Gubernator Vrbis, Thesaurario locum assignat; vtque res melius intelligatur, ipsius Constitutionis verba referam. *Omne Collegium, cui Apostolici Fisci incumbit cura, his personis concluditur: primum illorum caput est Reuerendiss. D. Camerarius, tum Reuerendus Thesaurarius; post Assistentes, qui ex Patrum Clericorum Collegio ad ampliorem dignitatem electi sunt; post eos Clerici septē videlicet numero tantùm, vti Sanctissimus D. N. Eugenius IV. Pontifex instituit &c.* Quibus ex verbis colligimus, post Card Camerarium nullam esse in Camera digniorem personam Thesaurario, quia sicut in Cœlo qui Deo proximior est, dicitur altius sedere, *d* ita in terra is magis dicitur honorari, qui prope Principem sedet, vt notat eadem glossa loco cit Grammat. *e* & Mastrillus, *f* qui alios citat: & ordinem seruandum esse in sessionibus docet nos Imperator, *g* qui tyronibus locum assignat, vt posteriores sedeant; & plura etiam congerit Menochius; *h* quod maximè procedit in locis publicis. *i* B C

Sed ad ipsum Thesaurarij Officium redeundo, quod apud Romanos Quæstoris erat, vt ait Gellius, *k* & habetur in Pandectis *l* in illis verbis. *Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset, vt essent, qui illius curam gererent, constituti sunt Quæstores, dicti ab eo, quòd inquirendæ, & conseruandæ pecuniæ causa creati essent &c.* Et antiquissimam esse Quæstoris originem testantur Vlpianus, *m* Pomponius Lætus, *n* qui etiam plures fuisse affirmat: & si Cornelio Tacito *o* credamus, viginti Quæstores creari fuerunt, quàmuis non omnibus inquirendæ pecuniæ munus iniunctum erat, vt videre est apud ipsum Pomponium, *p* & Gregorium Tholosanū. *q* Atque hinc Cassiodorus *r* officium Quæstoris fuisse ait iusdicendi, & ornatè loquēdi, & Lucas de Penna *f* existimat, Officium Quæstoris hodie penes Card. Vicecancellarium esse. Videndus est etia tex. in d l. vnic. ff. de offic. Quæstor. vbi quidam in Prouincia mittebantur, vt Fisci pecunias, & vectigalia curarent: alij erant Quæstores à populo creari, qui capitalibus rebus præessent, ijque appellabantur Quæstores parricidij, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum; *t* alij verò Candidati Principis erant, qui solis libris principalibus in Senatu legendis vacabant; de secundis loquuntur Cassiodorus, & Lucas de Penna; *u* Tholosanus quoque: *x* de prioribus verò est textus in l 1. C. de canon. largition. lib 10. vbi hæc leguntur. *Omnem summam auri, vel argenti, & reliquarum specierum, quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim vt exactio fuerit celebrata, ad Thesaurarios vniuscuiusque Prouinciæ, vel ad Proximos referri sub obsignatione Tabularij, cæterorumque, quos sollicitos esse debere præcedentia iussa decreuerunt, & thesaurorum Præpositis consignari præcipimus, vt exinde ad sacrum Comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur.* Sed plura de Thesaurariorum origine docet Chassaneus, *y* quem vide. D E

Hi autem Thesaurarij Prouinciales (quos etiam hodie habemus in vnaquaque Prouincia Status Ecclesiastici) Susceptores (apud nos Exactores, & Commissarios caualcantes nuncupatos) nominabant, qui si minus idonei erant, Thesaurariorum

damno

a Ad constit. 13 Eugenij IV. schol. 2.
b 13. §. omne Collegium, Bullar. nou. tom. 1. pag 280.
c In §. 5. nihil est.
d Glos in § aliam. in verb. altiore, Inst. de bonor. possess.
e decis. 54. n. 30.
f Tract. de magistr. lib 5. cap. 4. de magistratuum precedentijs, nu. 2. & 3.
g In l. 3. C. de tyronib. lib. 12.
h Cons. 126. nobilis certè, nu. 1.
i Ad tex. in l. 2. C. de stat. & imagin.
k lib. 13 cap. 24 noct. atticar.
l In l. 2. §. deinde cum ærarium ff. de orig. iur.
m In l. vnic. ff. de off. Quæstor. in princ.
n De magistr. Roman. tit. de Quæst.
o Lib 11. & 16. annal.
p Loco cit.
q Syntag. iur. vniuers lib. 3. cap. 2 n. 12. & 13
r lib 10. variar. cap 6. & 7.
f In rub. C. de magistr. sacr. scrin. & in rub. C. de Quæst. lib. 12.
t In l. 2. §. Quæstores constituebantur, ff. de orig. iur
u Locis cit. & in l. neminem, nu. 2. C. de decur. lib. 10. & in l. omne, nu 2 C. de petit. bonor. sublat. eod. lib. 10.
x In syntag. iur. vniu lib. 47. cap. 25 nu. 7 & cap. 38. nu. 7.
y In cathal. glor. mund. par. 6. consider. 18.

damno cedebat. *a* Qui quidem Susceptores, seu Exactores per annum tantùm, vel ad summum per biennium huiusmodi munere fungi poterant, ne scilicet in continuata vexandorum Prouincialium potestate, velut concussionum dominatione permanerent: est textus videndus; *b* & facit etiam alter textus. *c*

A Quòd si horum quispiam vetito, & temerario ausu exactionem exercere audebat, hunc Prouinciæ Moderatori correptum ad Thesaurarium generalem remittere sub fida custodia licebat. *d*

Pecuniæ verò exactæ diù penes ipsos exactores manere minimè debent, sed statim quodcumque à prouincialibus fuerit exolutum, sacris thesauris inferatur. *e*

Solutio autem illi facienda est, qui tempore solutionis exactor erat, non ei, qui fuit, quando facienda erat solutio, & ab Officio remotus fuerat, vt notat Bartolus, *f* & ibi Lucas de Penna aduertit, nouos Exactores teneri nedum ad exactionem tributorum intra annum sui Officij debitorum, sed etiam ad reliqua, idest residua præteritorum. Quòd si à soluere volente dicti Susceptores recipere neglexerint, debitor ipse liberatur, & Susceptor in duplum Fisco inferre cogitur, ex textu iuris ciuilis; *g* ad cuius textus intellectum vide Lucam de Penna, *h* qui plura cor-
B gerit de oblatione debiti facta creditori, an, & quando debitor censeatur liberatus: sed quoad tributorum exactionem, & negligentiam Susceptorum, vide omnino Cassiodorum. *i*

Sed quo ordine, quibusque modis procedendum sit ab ipsis Susceptoribus, siue Exactoribus in exigendis oneribus Cameralibus, & fructibus locorum montium, sancitum est ab Eminentiss. Card. Camerario At si plura de Quæstoribus, seu Thesaurarijs prouincialibus cognoscere cupis, vide Tholosanum, *k* & huc etiam pertinere videntur, quæ scribit Ioannes de Platea, *l* qui horum Agentium Officium describens, Exactores Camerales describere videtur.

Nunc autem ad ipsum Cameræ Apostolicæ generalem Thesaurarium redeundum est, ad cuius sublimitatis sollicitudinem totius minoris laterculi, idest, scrinij (vt
C exponit Alciatus *m*) cura pertinet, vt Theodosius Imp. ait. *n*

Quæ quidem cura licèt in totum, vel in partem ad Magistrum militum aliquando deuoluta esset, ipse tamen Theodosius Imperator, *o* vetusti temporis more renouato, omnes minoris laterculi dignitates illustri viro Quæstori subesse voluit: & ex textu mox adducto duo præcipuè colligenda videntur; primum est, Thesaurarios prouinciales, quos minoris laterculi nomine appellat, habere dignitatem; secundũ est, Thesaurarium generalem esse virum illustrem, habere culmen Iudicij, & amplissimæ sedis administrationem; vt in iure ciuili; *p* & videndus quoque est Chassaneus. *q*

Sed relinquamus iam vlterius veterum inuestigare monumenta, & ad hæc nostra accedamus tempora. Et quamuis Thesaurarij generalis munus circa bona tempo-
D ralia versetur, nec requiratur; vt Clericali charactere sit insignitus, ex quo Nicolaus de Vbaldis, *r* qui Rotæ Romanæ Auditor ante annos 160. plusuè minus fuit; & Quintil. Mandosius, *ſ* qui parentum nostrum ætate in Romana Curia Aduocatus fuit, dixerunt, se vidisse Thesaurarij, Præsidentis, & Commissarij Cameræ Officia in laicales personas a Summis Pontificibus collata. Verùm hodie licèt eorum opinio verificari posset in Præsidente, & Commissario Cameræ, in Thesaurario tamen generali alitèr dicendum puto; & moueor

Primò, quia in supra citata Const Eugenij IV. *t* Reuerendum Thesaurarium appellat, quod quidem attributum solis Clericis tribuendum vsu receptum est, vt de se patet.

Secundò quia verus ipsius Pontificis familiaris est Thesaurarius generalis, vt in
E Constit. Cælestini III. *u* Imò familiaribus ipsis præpositum esse innuit Card. Papiens. *x* dum Federici Imperatoris huius nominis III. in Vrbem ingressum recenset.

Tertiò quia habitum verè Clericalem violaceum Prælatitium, cum superpelliceo, siue, vt dicunt, Rocchetto, & Cappa, ad instar Episcoporum defert; imò ante omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas immediatè post Auditorem Cameræ in Capella Pontificis, ipsiusque Pontificis præsentia, alijsq. publicis functionibus, excepta Camera, vbi ante ipsum Auditorem sedet, & ince-

a l. 2. C. de suscepter. lib. 10. & l. 1. in fin. C. de execut. & exact. lib. 12. ibi, & suo periculo rē peragant, & impleant vniuersam.
b In l. 4. vers. non perpetui, C. de susceptor.
c In l. fine, §. quod si exacto, C. de execut. & exact. lib. 12.
d l. contra, C. de execut. & exact. & l. fin. in fin. C. de suscep. tor.
e l. diu, C. de susceptor.
f l. susceptores, C. de susceptor. lib. 10.
g l. 1. C eod. tit. de susceptor.
h nu. 2. & seqq.
i lib. 12 variar. cap. 10, incip. rationum publicarum.
k Syntag iur. vniu. lib 3. cap. 2. à nu. 12. vsq; ad finem cap.
l In rub. de Agentib. in reb. lib. 12.
m lib. 1. prætermissorum.
n In l. 1. C. de off. Quæstor.
o l. 2. C. de off. Quæstor.
p l. fin. C. de execut. & exact. lib. 12.
q In cathal. glor. mund. par. 6. consid. 18. in princ. & alibi.
r In tract. de success. ab intest. Cleric. regul. in verb. finita tandem, nu. 22. vers. vnde ego considerabam,
ſ In sua glos. facult. Regent §. volentes, in verb. Camerariatus.
t 13. § 3.
u 1. Bullar nou. tom. 1. pag. 309.
x In suis comm. lib. 7. in princ.

incedit, vt in Constitutione Sixti V. *a* Absurdum verò videretur, si laicus princi-
palioribus in Ecclesia Dei Dignitatibus præponeretur. Nec dicatur, etiam Guber-
natorem Vrbis esse laicum, & tamen supradictis omnibus Dignitatibus, ac ipsimet
Thesaurario præcedere; quia respondetur, hoc non prouenire ex persona, seu Offi-
cio ipsius Gubernatoris, sed ratione personæ Camerarij, cuius ipse vices gerit, vt
notat Card. Tuscus; *b* & colligitur ex Bulla Iulij II. *c* & Leonis X. *d* A

Quartò Pensiones vsque ad summam ducatorum mille auri de auro transferre
potest; de rebus Ecclesiasticis acquisitis testandi facultatem habet; literas Apostolicas
pro se, Vicethesaurario, Locumtenente, & duobus familiaribus gratis expedire po-
test, vt in Const. Sixti V. *e* Hæc autem priuilegia, nisi Thesaurarius sit Clericus,
frustra videntur concessa.

Thesaurariatus Officium aut per mortem, vt annis proximè elapsis in personam
D. Constantij Patritij contigit, aut per promotionem ad Cardinalatum vacat; cum
igitur adeo proximus sit Cardinalitiæ Dignitati, cuius nulla maior (Pontificem ex-
cipe) in Ecclesia Dei respectu administrationis, *f* vtique necessarium videtur,
Thesaurarium Clericum esse debere, ne scilicet ab vno extremo ad aliud sine me-
dio ascendisse dicatur, vt in iure canonico *g* habetur; & optimè de iure ciuili, *h*
vbi Imperator hæc ait. *Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere,* B
nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur: sed apertis
etiam verbis legimus in Constitutione Sixti V. *i* dicentis: Ne quis vllatenus ad
Cardinalatus honorem assumi queat, nisi qui antea clericali charactere insignitus,
& in quatuor minoribus Ordinibus constitutus, per annum saltem habitum, & ton-
suram gestauerit clericalem.

Et quamuis ab ipso Sixto V. Thesaurariatus Officium supra modum fuerit illu-
stratum, *K* & vsque ad Cardinalatus Dignitatem euectum, quem postea alij quo-
que Pontifices ad hæc nostra tempora sequuti sunt, noua tamen institutio non fuit;
nam Alexander Farnesius Cameræ Apostolicæ, & Alexandri Papæ VI. Thesaura-
rius generalis fuit, & ab hoc Pontifice Cardinalis creatus tandem ad Pontificatus
apicem peruenit, vt apud eos, qui eius vitam conscripserunt, videre est. Atque an- C
tiquissimum esse Thesaurarij Officium, ex lectura Bullæ Eugenij IV. *l* apparet; &
esse ipsius Pontificis familiarem habes in Constitutione Calixti III. *m*

Sed iam de iurisdictione, & facultatibus Thesaurarij generalis dicendum est; quæ
licèt in multis diuersorum Pontificum Constitutionibus contineantur, omnes ta-
men in vnum collegisse videtur Sixtus V. *n* qui post electum in Thesaurarium ge-
neralem anno 1590. R. P. D. Bartholomæum Cæsium Romanum, quem postea
Clemens VIII. Cardinalem creauit, prærogatiuas, & facultates infrascriptas eidem
concessit.

Locum in Camera Apostolica, in Capella Pontificis, & alijs actibus, vt supra nar-
ratum est, assignauit. §. 3.

In Signatura gratiæ coram Pontifice celebrari solita interesse potest, & locum D
habet. §. 4.

De locationibus, quas vocant affictus Cameræ Apostolicæ, Pontificem Maximum
consulendi, eiusq. beneplacitum requirendi facultatem habet. §. 6.

Pro pensione domus scuta 200. victum quotidianum pro se, & octo famulis as-
signantur. §. 7.

Spoliorum bonorum vacantium, reddituum Beneficiorum literis Apostolicis non
expeditis perceptorum, illicitæ negociationis, relictorum illegitimis contra formam
Bullæ Pij V. malè acquisitorum, relictorum à Religiosis extra claustrum degentibus,
acquisitorum ex fructibus Ecclesiasticis, de quibus legitimè dispositum non sit, bo-
norum non residentium, fructuum Beneficiorum reseruatorum pro tempore, quo
vacant, & malè perceptorum cognitionem, cum facultate etiam procedendi ex E
Officio contra exemptos, concessit; à §. 8. vsque ad 22.

Officiales Cameræ, vt computa, & rationes reddant, testes vt examini se subijciāt
cogere, spoliorum occupatores coercere, eodemq. eius arbitrio vendere, delin-
quentes in præmissis punire, & cum illis componere potest. à §. 23. vsque ad 28.

Spoliorum causas cum annexis, et connexis à quibusuis iudicibus auocare, et pri-
uatiuè quoad omnes cognoscere, et summariè procedere; à Nunciorum, Collecto-
rum, aliorumuè sententijs super præmissis latis appellationes interpositas ipsi tan-
tùm Thesaurario committendas esse, à suis verò sententijs deuolutiuè tantùm, et

non

a 100. §. 3. Bullar nou. tom. 2. pag. 670.

b in suis conclus. in verb. Cancellarium.

c 18. §. 6. bullar. nou. tom. 1. pag. 448.

d 8. §. 1.

e 100. §. 46. 47. & 48. Bullar. nou. tom. 2. pag. 673.

f c. quanquam, 2. q. 7 Roman. in sermon. seu cons. vlt. nu. 19.

g arg. tex. in c. cū in cunctis. de elect.

h in l. fin. C. de tyron. lib. 12.

i 50. §. 15. Bullar. nou tom. 2. pag. 562.

K Const. 100. bullar. nou. tom. 2. pag. 670.

l 13. bullar. nou. tom. 1. pag. 279.

m 1. eod. bullar. pag. 309.

n in d. Const. 100.

non retardata exequutione, appellari posse concessum, & respectiuè permissum est; à §. 29. vsque ad 34. ac etiam in §. 38. & 39.

Cessiones, & resignationes locorum montium admittit, eademq; vendit, literas patentes suo sigillo munitas expedit, Secretarios, Capellanos, Ratiocinatores, alio sq. Ministros, & Officiales ad nutum eligere, & remouere valet; §. 35

A Ciuitatis Terracinensis introitus curat, illamq. reparandi, & salubriori loco reædificandi licentiam habet. §. 36.

Sortes, quas lottos vocant, soluta Cameræ rata, & portione sibi benè visa, ac sibimet Thesaurario decima, permittit §. 37.

Notarium proprium ex ijs, qui tribunali Cameræ Apostolicæ seruiunt, ad causas coram se vertentes, quæuè vertere quoquo modo possunt, eligit, ac deputat. §. 40.

Instrumenta suam iurisdictionem concernentia, si quis habeat, vt illa edat, sibiq; tradat, compellere potest. Prædictorum omnium prouentuum decimas percipit.

Bannimenta in præmissis promulgat, Cameræ debitores ad soluendum cogit. B Proprio sigillo vtitur, eiusq. emolumenta percipit, vt à §. 41. vsque ad 45. d Const. 100. Sixti V. vbi Cherubinus iunior duas excitat quæstiones, easdemq. soluit.

Prima est. Thesaurarius generalis si quid cum pecunijs Cameræ acquirat, non sibi, sed Cameræ acquirit, vel ad pretium rei acquisitæ tenetur; exemplo Ecclesiæ, militis, & minoris, quibus tutor (quàmuis proprio nomine negocietur pecunias minoris) acquirit, vt habetur in iure ciuili, *a* & dixerunt Baldus, *b* Peregrinus, *c* & optimè Rota, *d* quæ loquitur in Depositario rei frumentariæ à Communitate deputato, vt non possit vti pecunia destinata ad d. vsum, nec in aliam rem conuertere: videndus est Petrus de Auendag. *e* & nos dicemus infra suo loco latius.

Secunda quæstio, & solutio est. Thesaurarius, qui super aliquo spolio fecerit inuentarium, exequutionem, sequestrum, vel quid simile, nisi pretium inde redactum fuerit, decimas habere non debet, sed ad successorem pertinent: ratio est, quia de C verè exactis tantùm debetur decima, vt in facti contingentia decisum habes in Camera coram Reuerendiss. D. Tudertino anno 1589. in causa Parisani Subcollectoris in Regno Hispaniarum; & in alia coram R. P. D. Matthæio 23. Martij 1605. vertente inter Ginum Capponium Thesaurarium Prouinciæ Marchiæ, & Eminentiss. D. Card. Tabernam eiusdem Prouinciæ Legatum.

Et hinc etiam resultare videtur decisio contra quosdam Commissarios à sacra Congregatione Boni Regiminis quandoque transmissos ad exigendum credita antiqua, & residuata Communitatum, cum assignatione decimi eorum, quæ exiguntur, nempe decimas istas ex illis tantùm pecunijs percipiendas, quæ realitèr, & cum effectu fuerint exactæ. Et ideo non est tolerandus abusus ab istis Commissarijs introductus capiendi decimas etiam illarum pecuniarum, quæ (licèt descriptæ, D sequestratæ, vel fortè super quibus executiones factæ fuerint) nondum tamen in arca Communitatum reconditæ sunt, ex iuribus supradictis. Quas autem habere debeant qualitates huiusmodi Commissarij, docet Franc. à Ponte *f* post Auendag. *g* qui loquitur de ratione exigenda ab istis Commissarijs, & exactoribus redditùum Vniuersitatum.

De Commissarijs verò spoliorum, & ad spolia, decimasquè, & alia Cameræ Apostolicæ regalia exigenda deputatis, quid seruare ipsi debeant, videnda est Constitutio Pauli V. *h*

Amplas quoque facultates hăbet D. Thesaurarius generalis in locationibus, venditionibus, & concessionibus Cancellariarum ciuilium, & criminalium in tota Ecclesiastica Ditione existentium, vt à quocumque quantumuis exempto, & priuilegiato (causa onerosa tantùm excepta) auocandi, & auferendi, & quibusuis idoneis E notarijs locandi, & disponendi, ac præmissorum occasione Cameræ Apostolicæ bona obligandi; quàmuis, vt magis sibi præcaueat, antequam ad præmissorum determinationem deueniat, assoleat ipse D. Thesaurarius chirographum Summi Pontificis habere, quo sibi locationes, & venditiones prædictas fieri præcipiatur.

Lites verò, & controuersias in præmissis occurrentes simpliciter, & de plano, omni, & quacumque appellatione remota, cognoscit, decidit, & terminat. Emptoresq. dictarum Cancellariarum in pacifica possessione manutenere vnà cum generali eiusdem Cameræ Auditore in solidum, & eorum quilibet facultatem habet, vt videre est in Constit. Pij IV. *i*

a l. si vt proponis, 8. C. de rei vend.
b in l. si cum seruum. 23. ff. si cert. petat.
c de iure Fisci, lib. 6. tit 3. n. 12.
d coram Ludouisio decis. 105.
e in tract. de exequen. mandat. 2. par. cap. 10. nu. 33. & seq.
f de potest. Proreg. tit. 10. cap. de donis, & expens. comm. nu. 5. & 6.
g in tract de exeq. mand. par. 2. cap 10. nu. 30 & seq
h 71. §. 14. de Commissarijs, nu 4. Bullar. nou. tom. 3. pag. 272.
i 83. & in alia seq Bullar nou. tom. 2 pag 113. & 118.

Latas

Latas quoque habet habenas circa locorum montium Romanæ Curiæ erectiones, ampliationes, resignationes, reductiones, suppressiones, & extractiones, & alia huiusmodi; quibus tamen in rebus vigore chirographi, & speciali summi Pontificis mandato, vt plurimùm procedit.

Vtq. maturiùs in re tanti momenti, in qua nedum priuata, sed publica quoque versatur vtilitas, magna animi circumspectione, vt par est, procedatur, in ædibus ipsius D. Thesaurarij statis diebus, plerumque die Iouis, interuenientibus nonnullis Cameræ Apostolicæ Clericis, Præsidente, Fisci Aduocato, Commissario, alijsq peritis in arte viris, Congregatio celebratur iuxta Sanctionem fel. rec. Pauli V. quæ incipit, inter cæteras, die 4. Aprilis 1615., Pontificatus sui 10. existente tunc Prothesaurario D. Iacobo Card. Serra, editam, vbi multa ad hanc Montium Romanæ Curiæ materiam scitu quidem digna leguntur: & nos quædam magis latè dicemus, vbi de Agente generali Communitatum Status Ecclesiastici, eiusq. munere alibi pertractabimus. A

Cū autem fel rec. Clemens VIII. Congregationem egregiorū virorum super bona etiam feudalia, & iurisdictionalia Baronum Status Ecclesiastici, qui æri alieno cum diuersis creditoribus contracto satisfacere minimè curabant, instituisset, vt in eius Constitutione, *a* qua sancitum habes, vt expeditis per creditores Baronum mandatis executiuis à iudicibus Romanæ Curiæ, hæc in ipsa Baronum Congregatione exhibeantur, quæ quidem Congregatio nomine Cameræ ad commodum creditorū dicta mandata super illorum Castris exequi facit, & statim Baronum iurisdictio cessat. Elapso mense pro Castrorum subhastatione proponit edicta, & absque impensa plus offerenti concedit, & adiudicat. Pretium inde redactum creditoribus consignari mandat. Non reperto oblatore, ipsi Cameræ pro pretio æstimando fit adiudicatio, vt creditoribus satisfiat. B

a 41. *initiis rantio, Bullar. nou. tom. 3. pag. 55.*

Et idem ordo seruatur, si Barones super fructibus, & responsionibus Castrorum Montes Romanæ Curiæ erexerint, sub certo tempore extinguendos, nec statuto tempore extinxerint, aut fructus soluerint, aut alia in erectione dictorum Montium promissa non adimpleuerint.

Executiones verò, venditiones, & alienationes prædictæ fiunt ab hac Congregatione, non obstantibus fideicommissis, primogenituris, & prohibitionibus quibuscumque; siquidem his omnibus derogatum est, & eorum loco alia bona libera eorundem Baronum supponuntur. Si quid ex pretio superest, in emptionem bonorum stabilium erogatur. C

Castra verò si à Camera emantur, Bullæ Pij V. *b* de non infeudandis, nuncupatæ, minimè subijciuntur, vt plenius videre est in præcitata Constit. *c* Clementis VIII. Qui huius Congregationis Præfectum constituit Eminentiss. D. Bartholomæum Cæsium S. Mariæ in Porticu Diaconū Cardinalem antea Thesaurarium; additis Tiberio Cerasio Cameræ Apostolicæ Clerico, Paulo Coperchio Fisci, & Cameræ Aduocato, Paulo AEmilio Zacchia Commissario generali, & Rodulpho Bonfiolo Senatore Bononiensi.

b 35.
c 41.

Quæ quidem Congregatio hodie quoque statis diebus celebratur in domo D. Thesaurarij generalis, interuenientibus ijs, qui in prænarratis Officijs successerūt, ijsdemq. facultatibus vtuntur. Et cum de validitate, & facultatibus huius Bullæ, seu Congregationis Baronum aliquando dubitatum esset in causa Sabinen. Castri Montis Rotundi, fel. rec. Paulus Papa V. particularem Congregationem ordinauit, quæ celebrata fuit die 27 Nouembris 1617. coram bo. me. Card. Lancellotto, in eaq. interfuerunt bo. me. Monterentius tunc Vrbis Gubernator, Constantius Patritius tunc Thesaurarius, R. P. D. Coccinus Rotę Decanus, R. P. D Pamphilius (hodie Summus Pontifex Innocentius X.) eiusdem Rotę Auditor, bo. m. Archiepiscopus Sanuitalis Camerę Clericus, Eminentiss. nunc Card. Biscia tunc & ipse Clericus Camerę, Ioannes Baptista Spada Fisci, et Camerę Aduocatus, et Hortentius de Rubeis eiusdem Camerę Commissarius, in qua quidem Congregatione prȩter alia scitu digna hęc decisa fuere. Bullam Baronum esse generalitèr intelligendam, quia loquitur generalitèr de omnibus, et quibuscumque Castris, et alijs bonis immobilibus quorumcumque Baronum cuiuscumque status, gradus, conditionisq. sint. Comprehendere nedum maiores, sed etiam minores, pupillos, mulieres, et S. R. E. Cardinales, Camera Apostolica tantùm excepta. Hęc Bulla dicitur realis, quia principalitèr disponit circa rem, et de personis non facit mentionem, D E

nisi

nisi in consequentiam, & eorum iuribus derogando, nec dicitur pœnalis, & disponit circa materiam, in qua minores, vel alij non sunt priuilegiati. Hæc Bulla comprehendit nedum casus futuros, sed etiam præteritos, & ante Bullam. Derogat etiam regulæ de iure quæsito non tollendo. Item comprehendit successores ex quocumque titulo in bonis Baronum. Exequitur mandata relaxata nedum in vita debitorum, sed etiam post eorum mortem. Er cum die 8. Februarij 1627 hæc eadem
A causa Sabinen. Castri Montis Rotundi discussa esset in Rota Romana coram R.P D. Coccino Decano, fuerunt reassumpta ferè omnia motiua contenta in præcitata Congregatione, & magis distinctè procedendo, fuerunt discussæ quinque inspectiones, in quibus elucidantur facultates, & dispositia in hac Bulla Baronum, viden.

Et quoniam in sæpe cirata Constitutione Sixti V. *a* data est D. Thesaurario facultas compellendi Officiales Reuerendæ Cameræ, vt rationes reddant; in hac quoque redditione rationum constituta est Congregatio in ædibus eiusdem D. Thesaurarij celebranda vt plurimùm die Lunæ. Et quamuis in Constitutione Pij IV. *b* dicatur huiusmodi solidationes fieri debere in domibus Clericorum, hodie tamen vsu receptum est, vt coram, & in domo ipsius Thesaurarij fiat, interuenientibus
B nonnullis ex ipsius Cameræ Clericis, Præsidente, & Commissario generali: qui quidem vsus in ipsa Sixti V. posteriori Bulla, ni fallor, fundamentum habet; siquidem ante illam Thesaurarij generales nec Romanæ Curiæ Prælati, nec aliqua in dignitate constituti, sed viri priuati, & mercatores erant; quamobrem rectè quidem coram digniori, & antiquiori Cameræ Apostolicæ Clerico celebranda erat Congregatio. Cum autem ipse Pontifex Sixtus V. adeo splendentibus decorauerit priuilegijs, & facultatibus Thesaurarium generalem, & ad imitationem Octauiani Cæsaris, qui ab Vrbe condita 720. duos Prætorios viros publici ærarij administratores præfecit, vt testatur Dion, *c* & ex nostris Tholosanus, *d* Eminentissimum Cardinalem Camerarium, ac Thesaurarium generalem Cameræ Apostolicæ Aerario præfecit; ipse verò Cardinalis Camerarius grauioribus detentus negocijs, his vacare mi-
C nimè valeat, ad ipsum Thesaurarium deuoluenda erat cura potissima ipsis Aerarij, & ratione dignitatis, ac preeminentiæ coram eo Congregatio prędicta celebranda erit.

a 100. à §. 23. vsque ad 28.

b 87. §. 37. Bull. nou. tom. 2. pag. 122.

c lib. 43. histor. circa fin.

d in syntag. iur. vniuers. par. 1. lib. 3. cap. 2. in fin.

Quomodo autem præfata computorum redditio concipienda sit, sancitum habes à Pio IV. *e* videlicet. Omnes, & singuli Thesaurarij, Depositarij, Commissarij, & alij quicumque rerum, & pecuniarum Cameræ Administratores, & exactores, rationes, et computa vera esse, nec habere diuersa iurare omnino tenentur; & si præsentes in Vrbe, nec legitimè fuerint impediti, per se ipsos, non autem per procuratores iurent, at si absentes, & legitimè impediti, procurator cum speciali mandato admittatur; si verò in Vrbe sit principalis legitimè impeditus, transmittatur ad eum notarius, qui simile iuramentum ab eo coram testibus recipiat, et publi-
D cum conficiat instrumentum. Si verò quis ex supra narratis integra computa non exhibuerit, vltra periurij reatū, excōmunicationis quoque, et falsi, ac dupli cuiusuis partitę pœnam incurrere sancinit Paulus III. *f* vbi Cherubinus iunior notat præmissa procedere nedum in partitis omissis, sed etiam in duplicatis, et ita fuisse iudicarum in Camera die 5. Iunij 1606. contra Tiberium Ceulum ipsius Cameræ Depositarium. Rationes, & computa vt supra iurata notarius ad calculatores, seu ratiocinatores Cameræ statim deferat, vt inde ad Præsidentem, ac Thesaurarium generalem ab ipsis ratiocinatoribus deferantur, et celeriter discutiantur. §. 36 Cum verò D. Thesaurarius generalis dictam computorum solidationem aggredi voluerit, eius notarius schedulam in officio omnibus videndam exhibet, videlicet. *Die* 18. *Februarij* 1653. *erit Congregatio Computorum in Domo Illustrissimi* D. *Thesaura-*
E *rij*. Et nihilominus per particularem nuncium omnibus, qui adesse debent, insinuatur. Ab ipsis verò Administratoribus computa solidare volentibus citandus est omnino Reu. D. Commissarius generalis Cameræ Apostolicæ ad interessendum d. solidationi; ipso enim absente hoc expleri nequaquam potest; tenetur tamen ipse Commissarius adesse sub pœna priuationis officij, vt latiùs in §. 37. Omnes verò rerum Cameræ Conductores, aliorumque iurium Administratores, et pecuniarum exactores librum corio, vel membrana coopertum habeant, in quo aliquibus

e d. Constit. 87. §. 35. & seq.

f Constit. 40. Bull. nou. tom. 1. pag. 079.

ex primis folijs albis relictis, facultatum literas, mandata, atque rescripta quæcumque, contractus denique ipsos ad verbum, quibus huiusmodi curæ, et exactioni præpositi fuerint; administrationem ipsam gesserint, transcribere, & deinde rationes ipsas modo, & forma infra dicenda conscribere, & conscriptas edere teneantur. Qui liber postea à notario recipiatur, & primo folio albo nomina administratorum, genus administrationis,rationum qualitas, temporis spatium, quo redduntur, iurisiurandi substantia breui compendio inscribantur, Thesaurarius verò, & Cameræ Præses quod à Clericis Iudicibus in A
ipsis rationibus animaduersum fuerit, annotare, annotationesquè manu propria subscribere debent, vt in §. 38. Harum autem iustificationes rationum in eodem, si id commodè fieri poterit, sin autem in alio libro, ab eo, qui illas redditurus est, registrentur, literæ verò, ac mandata Cameralia quæcumque, fides, & instrumenta, ac reliquæ omnes scripturæ ad rem pertinentes rescribantur ad verbum, & ad earum singulas singulæ rationes, & particulæ, seu partitæ referantur, adiecto vnicuique eorum folio, nec non citato eiusdem libri chartarum numero, quo iustificatio qualibet descripta fuerit. Et hic liber priusquam in Camera Apostolica vnà cum altero proferatur, ab ipso Cameræ Ratiocinatore legatur, & cum originalibus scripturis, si rationem reddens eas penès se retinere voluerit, diligentèr conferatur. Collatione autem facta, & scriptura fideli reperta, id manu propria B
confirmet, tam in libro iustificationum, quàm in quauis ipsarum partitarum, his verbis. *Cum originali &c.* in scripturis verò originalibus à tergo illarum. *Cum registro concordant*. nomenquè proprium subscribat, vt in § 39. libri quoque præfati rationum, eorumquè singulæ partitæ tam dati, quàm accepti, personas, causas, locum, annum, mensem, diem, & summam, adeo claros, & distinctos habeant, vt qualis, quantusquè sit introitus, & exitus omnibus innotescat; quod etiam in iure *a* cautum reperies: & videndi sunt Garzias, *b* Munnoz de Excobar. *c* Petrus de Auendañ. *d* In qualibet exactione commissa præponatur taxa, deinde scribatur quantitas exigenda, & à quibus vt hinc fiant omnibus perspicui omnes ipsius Cameræ C
introitus, & sciat debitor quid sibi soluendum sit; potest enim, qui ad soluendum collectas requiritur, petere ab officiali, vt ostendat sibi librum, ne scilicet indebitè grauetur, ex iure ciuili, *e* & Corsetto. *f* Vbi verò factæ sint solidationes modo præmisso, in Archiuio Cameræ Apostolicæ seruandæ locantur. Omissa verò forma iam supra præscripta, nec libri sunt admittendi, nec vllam fidem faciunt. Ministri autem si minus legalitèr præmissa peregerint, grauissimis mulctantur pœnis, vt à §. 40. ad 44. Insuper rationum redditio (quàmuis administratio longiori tempore concessa fuerit) singulo quoquè anno in fine, vel in principio sequentis facienda est, sub pœna ducatorum mille, & ipsius administrationis priuatione, in §. 45. & faciunt iura ciuilia. *g* Neque à præmissa rationum redditione eximuntur ipsemet Illustrissimus D
D. Thesaurarius generalis, alijquè Summi Pontificis, & Romanæ Curiæ Magistratus, vt in §. 46.

Et quoniam vt rationes rectè dispungantur, & calculentur, necessaria est ratiocinatorum, seu calculatorum opera, vt scribit Munnoz de Excobar, *h* ideo idem Pontifex Pius Quartus hac eadem Constitutione *i* Ratiocinatores, seu Calculatores Cameræ vnà cum Substituto ab ipsis Dominis eiusdem Cameræ Clericis constitutos approbauit, certamquè legem per eos obseruandam præscripsit, vt in dicto §. 48. & alijs seqq. Ex quibus etiam cognoscere poteris, quid agere debeant, & circa quæ versetur prædictorum Ratiocinatorum officium, & munus: quod quidem cum sit magni ponderis, & momenti priusquam ad illius exercitium admittantur, iureiurando adstringi, & idoneè cauere debent, se rectè, fideliterquè executuros omnia, E
& singula ad eorum officium, & munus pertinentia, eademquè custodire, & diligentèr obseruare, vt in §. 53. At si iuramentum præstandum à Calculatoribus in Hispaniæ Regnis cognoscere cupis, antequam calculare incipiant, perlegas Munnoz. de Excobar. *K* qui declarat opinionem Baldi, *l* dum ait, Calculatores indistinctè

a in l. 81. cum seruus, & l. 110. quod sub conditione, ff. de condit. & demõstrat.
b De expens. cap. 20. nu. 22. vers. hic autem.
c de ratiocin. cap. 10. nu. 34.
d de exeq. mand. par. 2. cap. 10. nu. 30. & seq.
e ad tex. in l. 1. & ibi Bart. C. de exact. trib. lib. 10.
f in sing. in verb. collecta il 1. nu. 1
g in l. 7. C. de susceptor. lib. 10. & l. missi opinatores, C. de exactor tribut. eod. lib 10.
h tract. de ratiocin. cap. 8. per tot.
i §. 47. §. 48.

K eod. cap. 8. nu. 21. & seq.
l in l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt.

ſtinctè iurare debere, antequam incipiat calculare, vt ſcilicet hæc opinio Baldi procedat, quando calculum fit de mandato iudicis, non autem ad inſtantiam priuatorũ, niſi id eſſet inter ipſas partes conuentum; & hoc etiam voluit Garzias. *a*

A Prohibitum quoque eſt Theſaurario, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis, Procuratori Fiſcali, aliiſque eiuſdem Cameræ Miniſtris participes eſſe, ac partem habere in conductionibus, locationibus, & contractibus rerum, & bonorum Cameræ, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec non Officiorum, dignitatum, ac emolumẽtorum priuationis; & qui præmiſſorum notitiam habuerit, nec reuelauerit, in eandem incidit pœnas, vt à Iulio II. *b* Sancitum inuenies; & facit textus iuris ciuilis. *c*

Vetitum eſt etiam D. Theſaurario generali, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis, quòd poſſint adeſſe in ipſa Camera, vbi de ipſorum parentum, & coniunctorum intereſſe agatur, per Conſtitutiones Pauli III. *d* & Iulij III. *e*

Eximitur tamen ab hac prohibitione Eminentiſs. D. Card. Camerarius, vt in ead. Conſtit. Iulij III. *f* Quod fortè factum eſt non ratione Camerariatus, ſed quia Cardinalis eſt; ſiquidem nullus Cardinalium comprehenditur ſub generali Pontificum Conſtitutione, niſi fiat de illis ſpecialis mentio, etiamſi Conſtitutio eſſet reuocatoria priuilegiorum; ex Io. Monaco, Ioanne Andrea, & alijs, *g* ac Gigante, *h* qui

B reddit rationem, quia ſicut et Cardinales ſunt pars corporis Papæ & ſicut Papa ſuis Conſtitutionibus non ligatur, ita nec etiam Cardinales; vt probat tex. in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi Auguſta, quæ eſt vxor, & pars corporis Imperatoris, non ligatur legibus. Et quod attinet ad Cardinales, ceſſat hodie omnis difficultas ex reg. 67. Cancellariæ, quæ primo loco edita fuit à Clem. VIII. & poſtea ab alijs Summis Pontificibus confirmata; & nos diximus plenius hoc eodem tract. part. 1. priuil. 26.

a De expenſ. cap. 24. nu 13.
b Conſtit. 9 §. 1. & 2. Bullar. nou. tom. 1 pag 411.
c l. vnic. C. quib. ad conduct. præd. fiſcal. acced. non licet, lib. 11.
d 18. eod. Bullar. & tom. pag. 641.
e 3. licet ea, §. 4. & 5. d. Bullar. & tom. pag. 692.
f 3. §. 6.
g in c. vnic de ſchiſmat. in 6.
h tract. de penſion. q. 59. nu. 11.

C

CAPVT XLII.

De generali Auditore Cameræ.

QVamuis generalis Cameræ Apoſtolicæ Auditor in Capellis coram Pontifice, aliiſque actibus tam publicis, quàm priuatis immediatè Poſt Gubernatorem Vrbis, & Principum Oratores (ſi Prælati fuerint) ex Pij IV Conſtitutione *i* locum habeat; tamen quia hìc agitur de Cameræ Apoſtoli-

D cæ Auditorio, in quo poſt Theſaurarium generalem ſedet, vt in conſtitutione Sixti V. *k* Placuit poſt Illuſtriſſimum D. Theſaurarium generalem de ipſo etiam Illuſtriſſimo Auditore Cameræ aliquid referre.

Et primò de eius iuriſdictione, quæ antiquitùs delegata ſolùm inter Curiales erat, nec extra Romanam Curiam porrigebatur, vt videre eſt apud Bellameram *l* relatum à Grauat. *m* & Boccacc. *n* Et ita perduraſſe vſque ad annum 1485. quo tempore Innocentius VIII. Summus Pontifex renunciatus fuit, & Magiſtrum Petrum de Vicent. I. V. D. Cappellanum ſuum cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem in Iudicem ordinarium deputauit, illique multas prærogatiuas, & facultates conceſſit, vt ex Conſtitutione 7. eiuſdem Innocentij colligere fas eſt; vbi Cherubinus iunior ſchol. 1. adnotat, Auditorem Cameræ non fuiſſe Iudicem ordinarium, ſed delegatum vſque ad hanc Innocentij deputationem; fuiſſe autem Offi-

E cium per mortem vocabile legitur in eadem Conſtit in princ. vbi etiam idem Cherubinus obſeruat, hanc Conſtitutionem eſſe antiquiorem, quæ in hac materia haberi potuit. In dies autem à Summis Pontificibus ſucceſſoribus iuriſdictionem, & facultates Auditoris Cameræ auctas fuiſse, demonſtrat Boccac. *o* Adeout maximas huius tribunalis facultates animaduertens Paulus IV. additis etiam nouis priuilegijs, ſuppreſſo ipſius Auditoris Cameræ Apoſtolicæ nomine, Alphonſum S. R. E. Cardinalem, ac ſuum ex fratre nepotem Cameræ Apoſtolicæ Regentem dixit, & ordinauit, Panuinio *p* teſte, & latius hanc rem proſequutus eſt Quintil. Mandoſius. *q* Verùm Paulo IV. iam extincto, & in eius, ac Beatri Petri locum die 26. Decembris

i 33. §. 25.
K 100. §. 3.
l decif. 196 210 & 305.
m In addit. ad Veſtr. lib. 2. cap. 4. num 10.
n Ad Conſtit. March de contract. minor. & mulier. gloſ. 4 num 58.
o loco ſup. cit. nu. 59. & 60.
p In eius vita.
q In gloſ. ad huius Regentatus facultates editis.

bris 1556. Io. Angelo Mediceo Mediolanensi Pij IV. nomine suffecto, idem Alphonsus Card. Carafa prædictum Regentatus Officium in ipsius Pontificis manibus resignauit, eoque suppresso, & extincto, Auditor Cameræ iterum reuixit, & Flauius Vrsinus Episcopus Muranensis tanto muneri præficitur, vt patet ex Bulla ipsius Pij IV. *a*

Facultates autem huius tribunalis amplissimas esse, ex Constitutionibus præcitatis Innocentij VIII. & Pij IV. colligitur, quas omnes Paulus V. *b* reassumpsit, & innouauit, quæ cum notissimæ sint, illas modò referre superuacaneum duxi. Et cum vtriusque gladij potestatem, temporalem quippe, & spiritualem habeat, et contra contumaces Ecclesiasticas Censuras fulminare valeat, ideo ab Octauiano Vestrio *c* Vulcanus appellatus est; nam sicuti veteres finxere Poetæ Vulcanum Ioui fabricasse fulmina, ita Auditor Cameræ Censuras tanquam Ecclesiastica fulmina fabricat, et iaculatur, eorumque fragor vbicumque Christi Domini Euangelium prædicatur, pertransit, et vulnera inferuntur. A

Vt autem tanta negotiorum, et causarũ moles rectiùs, ac diligentiùs expediatur, duos olim habuit Locumtenẽtes, alterũ ad publica coercenda, & cognoscẽda delicta, ad priuatorum iurgia, & causas dirimendas alterum delegatos; auctis verò priuatorũ causis, itaut vnus omnibus satisfacere minimè posset, hac nostra ætate, Innocentio X. Pont. Max. sedente, ad ciuiles causas dirimendas duo vtriusq; Signaturæ Referẽdarij deputati sunt Locumtenentes, nempe Franciscus Maria Baranzonius Mutinensis, & Marcellus Melchiorius Romanus, & in Signaturis tam gratiæ, quàm iustitiæ, vt decretorum, & sententiarum ab ipsis latarum, si quando ab illis fuerit appellatum, rationes reddant, interuenire, & adesse debent. Ille verò, qui rebus publicis, quas criminales vocant, præpositus est, laicus vt plurimùm, quandoq; cõiugatus, tamen I.V.D. & in publicis subsellijs non vulgaritèr expertus eligitur, & in vim facultatũ ab ipso Auditore Cameræ sibi delegatarũ, Clericorum, & Regulariũ causas cognoscit. Vtq; in ipsis criminalibus causis, in quibus de nece, vitaq; hominũ agitur, maturiùs procedatur, die Lunæ cuiusuis hebdomadæ in domo, & coram eodem Illustriss. A.C. conueniunt Officiales, & Ministri, causarumq; merita discutiunt, itaut benè instructus idem Auditor die Mercurij de rebus sacris auribus dignis Pontificem Maximum certiorem reddat, & consulat. B

Sed numquid Auditor Cameræ appellandus sit Auditor Papæ, seu Camerarij? videndus est Zabarella, *d* qui ait, hanc quæstionem de facto contigisse, et concludit, standum esse stylo Curiæ, et decisionem ex facto pendere; hodie tamen nullam adesse puto dubitationem, si verba præcitatæ Constitutionis Pij IV. *e* perpendantur; legitur enim ibi, Auditorem Cameræ causas omnes, præterquam a Papa specialitèr commissas reassumere, Censuras promulgare, literas Apostolicas exequi, Curiales in vim Eugenianæ, et Leoninæ tueri, à Censuris absoluere, et alia multa (tanquam ipsius Pontificis minister) ipsum exequi posse. Plura etiam de stylo, et facultatibus Auditoris Cameræ videnda, & cognoscenda sunt apud Vestrium, *f* & Salustium Tiberium à Corneto, qui huius tribunalis multa ad praxim necessaria collegit. C

Habet etiam notarios decem, qui inter cæteros aliorum Vrbis Tribunalium primum locum obtinere videntur, tum ratione loci, vbi resident, tum etiam negociorum qualitate, & quantitate per illos actitata, tum demum ratione valoris, et præcij, quo eorum Officia venundari solent, siquidem ad scuta viginti duo millia quandoque nostra ætate peruenit. D

Sed Officium quoque ipsiusmet Auditoris Cameræ precio comparabile est, & scutis quinquaginta mill. auri emptum fuisse constat; nec vacare solet, nisi per mortem obtinentis, seu per promotionem ad Cardinalatus dignitatem, & ita multis ab hinc annis, præsertim Sixto V. Pontifice sedente ad hæc vsque tempora seruatum vidimus; licèt antea quoque Antonius de Monte ex Auditore Rotæ, et Cameræ ad Cardinalatus dgnitatem titulo S. Praxedis à Iulio II. euectus fuerit; Ioannes quoque Maria de Monte & ipsius Antonij nepos, post semel, atque iterum Vrbis Gubernium, et Cameræ Apostolicæ Auditoratum laudabilitèr functum, inter Vaticanos Senatores à Paulo III. ascitus fuit; & ad parem dignitatem euectum fuisse Petrum Paulum Patisium ab eodem Pontifice Paulo III. scribunt Panuinius, & Ciaconius. *g* E

a 33. in princ.
b Constit. 28. aliàs 20.
c In pract. lib. 2. cap. 4. num. 1.
d In Clem. ne Romani, §. eo tamen, nu. 3. de electio.
e Const. 33.
f In pract. lib. 2. cap. 4.
g In eius vita.

CAP.

CAPVT XLIII.

De Cameræ Apostolicæ Præside.

A

LIcèt omnes Cameræ Apostolicæ Clerici etiam Præsidentes ipsius Cameræ dicantur, vt videre est in Constitutionibus Summorum Pontificum de ipsis loquentibus, tamen in hoc nobilissimo Cœtu vnus reperitur, qui hoc speciali nomine insignitus est, & Præses, seu Præsidens Cameræ appellatur, qui vtriusque Signaturæ Referendarius tanquam Summi Pontificis familiaris habitum violaceum defert, veste alba (quam Rochettum dicunt) & Cappa in publicis sessionibus vtitur; eius Officium perpetuum, & per mortem vacabile, sicut & alia Clericorum, erexit Sixtus V.

B Munus verò potissimum est rationibus vniuersi ærarij præesse, & rationes cuiuscumque alterius, qui prouentus Cameræ Apostolicæ administrauerit in Vrbe, vel in Prouincijs, & velut eorum Censor videre, ac examinare, atque in Auditorio Cameræ recensere, iuxta ea, quæ leguntur in Constit. *a* Leonis X. vbi Statuta Clericorum Cameræ cum illorum insertione confirmantur, & ad rem nostram facit cap. 10. & latiùs in Constitutione Pij IV. *b*

Quomodo autem ista redditio rationis fiat, quo ordine, quibus præsentibus, vide Constitutionem Pij IV. *c* Quòd si integrè, & fideliter huiusmodi rationes non reddantur, excommunicationis maioris, periurij, & falsi, nec non decupli cuiuslibet partitæ crediti Cameræ omissæ, seu non solutæ, irremissibilitèr exigendi, & d. Cameræ applicandi, pœnas ipso facto iniunctas habes, vt videre est in Constit. Pauli III. *d* Hodie verò ista redditio rationum fit coram Thesaurario generali, coram quo, vt dixi supra, instituta est ad hunc effectum Congregatio, in qua intersunt cum ipso Thesaurario Præsidens, & Commissarius, vnus ex Clericis, & Aduocatus Fisci, vnà cum Ratiocinatoribus, seu Computatoribus publicis ipsius Cameræ, qui numero tres sunt, & habent inter se negotia Prouinciarum Status Ecclesiastici partita, vt maturiùs, & maiori diligentia illa videant, & examinent, iuxta ea, quæ illis præcipit Pius IV. *e* Vlterius etiam post dictam rationis redditionem, solidationem, & liberationem potest Card. Camerarius illam, seu illas ex integro reuidere, ex Constit. Pij IV. *f*

C

Præsidis officium, sicut & alia Clericorum officia, venundari solet, eiusquè precium ad scuta quatuordecim millia, plusuè minus ascendisse vidimus.

a 24. *Bull. nou. fol. 516. tom. 1.*
b 26. *Bull. nou. tom. 2 pag. 36.*
c 87. *cum inter. §. 44. & seq. Bullar. nou. tom. 2. pag 126.*
d 40. *cum sicut, Bullar. nou. tom. 1. pag. 679.*
e *In cit. Constit. 87. à §. 49. vsque ad* 4.
f 26 *Bull. nou. tom. 2 pag 37.*

D

CAPVT XLIV.

De Pauperum Aduocato.

SI Pauperum cura (neque ab ethnicis neglecta) ab omnibus Christi fidelibus habenda est, præcipuè Christianis Principibus, & Deo strictioribus vinculis obnoxijs, vt Summo Pontifici, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ purpuratis Patribus, ac Senatoribus hoc onus incumbit; cum clericorum bona paupe-

E rum esse dicantur, *g* nempe pauperibus tempore necessitatis distribuenda; *h* & Constantinus Imperator post concessam clericis immunitatem à quibusuis exactionibus addit; *si quid vel patrimonio, vel prouisione, vel mercatura honestati tamen consčia, congesserit, id in vsum pauperum, atque egentium ministrari oportet. i* Hac igitur, & alijs rationibus factum est, vt ære publico pauperum Aduocati in Vrbe, & alibi sint, ne scilicet qui carent pecunia, & Aduocatorum cupidini satisfacere non valent, indefensi pereant; sic apud Athenienses singulis annis decem publici Aduocati substituebantur, qui delatos criminis defenderent, vt ex Aristo-

g *c. conuenior, 23. q. 8.*
h *c sunt hi, 47. dist.*
i *l. 2. C. de Episc. & cleric.*

tele sumpsisse dicit Grauatius. *a* In Gallia solent, & debent pauperibus officium gratuitum exhibere Triumuiri Regij, seu Aduocati Fisci; Tholosanus *b* testis est. Et in Regnis Hispaniarum Bouadillas, *c* in vtriusque verò Siciliæ Regno sub Marchione Viglienæ, & Ducæ Ossunæ id muneris exercuisse testatur Mastrillus, *d* addens quid potissimùm agere debeant aduocatus, procurator, & solicitator pauperum, quibus sicut in Vrbe Roma, ita etiam in Regno à Catholico Rege salarium ordinarium constitutum est ex dispositione etiam iuris communis, ad not. per Baldum. *e* A

Debent autem prædicti aduocatus, procurator, & solicitatores pauperum, post obtentum à iudice absolutionis decretum, vt eodem momento rei à carceribus eximantur, inuigilare; si quid commentariensi, seu carcerum custodi debetur, ab Archiconfraternitate Charitatis, vt in Constitutione Pij V. *f* & ibi Cherubinus iunior in schol. 1. vel alijs pijs operibus in Vrbe ad hoc specialitèr deputatis, ad tradita per collectores Camil. Phanuc. *g* & Theodor. Amyden. *h* horum operum exequutoribus, persoluatur; quæ quidem solutiones verè inter pias causas numerantur, vt per Tiraquellum; *i* quamuis pauperes ab huiusmodi iurium solutionibus sint immunes, vt notat glossa. *k* B

Secundò curare debent, vt relegatis, & in exilium missis concedatur terminus ad colligendum sarcinulas (vt aiunt) vnius scilicet mensis, aliquando plus, quandoque minus, prout iudicis arbitrio videbitur, ad tradita per Doctores, præcipuè Purpuratum. *l*

In ciuilibus verò causis si reus fideiussores non habeat; sub iuratoria cautione, vel homagio, quæ est pœna triremium per triennium relaxetur, præcipuè si Dies Domini nostri Iesu Christi Natalis, aut Paschatis intercedat, quibus nedum Princeps, verùm & Magistratus omnes procliues debent esse ad relaxandos reos, nisi alitèr grauitas causæ suadeat, quod à Valent. Theodos. & Archad. Imperatoribus sancitum legimus *m* his verbis. *Vbi dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissoluantur.* C

Vt etiam pauperes, quibus à creditoribus alimenta non præstantur iuxta formam Motus proprij Pauli V. *n* è carceribus dissoluantur.

Obtinere etiam à Principe, & Magistratibus curent aliquam pecuniarum condemnationem, quæ pro pauperibus carceratis applicetur; quod Honor. & Theod. Imperatores Cęciliano Præfecto Prætorio rescripserunt *o* ibi, *victualem substantiã non habentibus faciant ministrari libellis duobus; aut tribus diurnis, vel quot existimauerint Commentarienses, decretis, quorum sumptibus proficiant alimoniæ pauperum.*

Sed quale sit, & esse debeat peculiare officium Aduocati pauperum, & Fisci in Romana Curia, sancitum est à Paulo V. *p* qui de Aduocatis pauperum, & Fisci agit, & de pauperum procuratore loquitur in hæc verba. *Aduocatus pauperum sollicitè studeat, ne carcerati in aliquo tam à iudicibus, quàm etiam ab executoribus, & carcerum custodibus grauentur, & propterea non absit vnquam à visitationibus carcerum tam publicis, quàm priuatis. Procuratores pauperum, ac illorum substitutos, & etiam carcerum visitatorem singulis hebdomadis vna vice ad se euocet, & de omnibus carceratis, præsertim ijs; qui in secretis continentur, diligentèr se informet. Si procuratores, vel substitutos, & Visitatorem negligentes inuenerit, Visitatoribus carcerum denunciet, atque vt de alijs prouideatur, instet. Cum ratione sui officij gratis pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, nihil prorsus ab eis recipiat. Vt facilius pauperibus operam suam impendere valeat, Visitator carcerum quolibet die ad eum accedere, & alia ad eius officium pertinentia facere teneatur. Non possit Aduocatus pauperum contra reos ad offensam, etiamsi causa extra carceres agatur, patrocinando, aut aliàs quomodolibet sub quouis prætextu interuenire, nec, pauperibus exceptis, pro vllo alio, qui contraxerit, aut litiget cum Camera, patrocinetur.* Atque hæc de Aduocato pauperum; cuius munus ab immemorabili residet in Collegio Aduocatorum Consistorialium, vt videre est in syllabo eorundem Aduocatorum à Carolo Carthario Vrbenetano, & ipsius Collegij Decano, elaborato; hodiequè illo munere egregiè perfungitur Carolus Gualterius Vrbeuetanus, qui & sacri quoque Consistorij Aduocatus, & vtriusque Signaturæ Referendarius Romana in Aula degit. D E

a in adnot. ad Vestr. lib. 2. cap. 7
b in syntag. iur. vniu. lib. 49. cap. 6. num. 12.
c lib. 3. politic. cap. 15. nu. 108.
d de Magistr. lib. 3. cap. 4. nu. 13.
e in l. si furiosi. vers. nota quòd Aduocati, C. de nupt.
f 100. Bull. nou. tom. 2. pag. 304.
g lib. de pijs Vrbis oper. lib. 4. cap. 44.
h de pietate Roman.
i in præfat. de pia causa, vers. atem relictum factum ad soluendum.
K in l. 1. §. ait Prætor. in verb. non habemr, ff. de postul.
l in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. n. 516. & seq.
m in l. 3. C. de Episcop. audien.
n Constit. 71. in reformat. Tribunal. Vrb. tit. de facultat. Visitat. carcer. ? vers. quartò in casu infirmitatis; & vers. quintò relaxentur, Bullar. nou. tom. 3. pag. 285.
o l. iudices, C. de Episcop. aud.
p In practat. Constit. 71. §. 15 & seq.

Procuratores verò, & ipsorum substituti singulo quoque die carceres visitare, & nomina omnium, qui ad illos ducuntur, ac iudicum, de quorum mandato, ac etiam causas eorum detentionis, & diem, eum in liberiori carcere, seu ad largam ponuntur, an ante, vel post prandium, siue cœnam, annotare teneantur. Pecunias, & alias quascumque res, quas inuenerint repertas fuisse penes ipsos carceratos, annotent, & deinde omnia ad notitiam Aduocati pauperum deducant; ad quem etiam irrequisiti semel in hebdomada, toties, quoties carceratis opus erit, accedant. Nihil omnino non solùm à pauperibus, sed nec etiam ab alijs carceratis diuitibus accipiant. Contra reos ad offensam, etiamsi extra carceres ipsorum reorum causa agatur, patrocinando, vel aliàs quoquo modo sub quouis prætextu interuenire non valeant. Hæc in d. Reformatione Pauli V.

Tandem si ab his Aduocato, & procuratoribus pauperum iuramentum exigatur, quod Innocentio II. sedente ab omnibus Romanæ Curiæ Aduocatis, & Iudicibus exigebatur, vt videre est apud Baronium, *a* vtique rationi congruum putarem; formula verò iuramenti est, quæ sequitur. *Ego N. Aduocatus iuro, quòd ab hac hora in antea placita, vel negocia Romanorum, in quibus Aduocatus ero, vel Patronus, Romanos malitiosè non impugnabo, vel defendam, sed pro conscientia*
B *à Deo mihi præstita, secundùm Constitutiones, & leges, ac bonos mores ea tractabo; & postquam iustitia de iisdem causis à me cognita fuerit, si requisitus fuero, Iudicibus patefaciam, & eis in ipso iudicio assensum meum adhibebo, pretium exinde non accipiam nec per me, nec per interpositam personam suscipi permittam, & si susceptum fuerit, postquam sciuero, infra quindecim dies illud reddi faciam, & patrocinium meum alicui habenti causam, si ab eo rogatus fuero, malo studio non negabo, saluis beneficijs, quæ habemus ab Ecclesijs, vel alijs, & exceptis sententijs valentibus duodecim denarios, quæ gratis, & sine exactione nobis offeruntur; hæc omnia obseruabo bona fide, sine fraude, & malo ingenio, quamdiu Papa Innocentius, vel Successores sui censum centum libras valentem denariorum Papalium nobis Aduocatis, & Iudicibus annis singulis soluere perseuerabunt.*
C

a annal. to. 12. anno 1143. pag. 303.

CAPVT XLV.

De Aduocato, & Procuratore Fisci.

IN Curia Romana nullam particularem personam esse Fiscum; sed ipsammet Sedem Apostolicam, & ideo qui hodie gerit in Curia officium fisci, non appellari fiscum, sed Aduocatum, & Procuratorem fisci, scribit Gomesius. *b* Fisci Patronus, Quæstor parricidij, ex quo capitalibus rebus perquirendis præerat, olim
D dictus fuit, vt docet Iurisconsultus. *c* Et hoc fiscalis patrocinij munus à superioribus Imperatoribus prætermissum ab Hadriano primùm institutum fuisse Spartianus est testis in eius vita, ibi; *Fisci Aduocatum primus instituit.* Et licèt in corpore Iuris non rarò fisci, & Aerarij nomen confundatur, vt Spicileg *d* ait, differre tamen inter se pluribus probat Tholosanus, *e* & apud Tacitum. *f*

Et quoniam non solùm capitalium negociorum, sed etiam ciuilium curam gerere fisci Procurator tenetur, vt est integer titulus in iure ciuili, *g* sicut olim duo fuerunt, *h* ita etiam in Romana Curia apud Summos Pontifices alter est, qui capitalibus causis præest, & communi nomine fiscus appellatur; alter verò qui ciuilia, & Cameræ Apostolicæ iura tuetur, & Commissarius Cameræ dicitur, de quo infra suo loco; nunc quæ ad Patronum fisci pertinent, prosequamur: vtquè magis distinctè
E procedatur, differre inter se Aduocatum fisci à Procuratore sciendum est, itaut in publicis sessionibus, & in Camera Apostolica, vbi iura ipsius Cameræ tuenda sunt, ante Procuratorem sedeat Aduocatus fisci, cuius officium olim annale erat, vt Theod. & Valent. Imperatores Cyro Præfecto Prætorio rescripserunt; *i* quod postea ad biennium prorogatum ex Leonis Imperatoris rescripto *K* liquet. Sed hodie perpetuum est, & Aduocatorum Consistorialis ordinis, vt apud Vestrium; *l* & videndus est syllabus Aduocatorum Cōsistorialium à Carolo Carthario conscriptus. Adeout qui hoc munus exercuit, etiam illo dimisso, Clarissimi primi ordinis dignitate perfruatur, vt Anasta. Aug. Eusep. *m* rescripsit; ac se ipsum, & filios tam natos,

b in prooem reg. Cancel. pag. 7.
c in l. 1. §. cum deinde, ff. de orig. iur.
d in lexic. iur. verb. fiscus.
e de Repub. lib. 3. cap. 3. nu. 3.
f lib. 2. annal.
g de iure fisc. lib. 10. tit. 1. C.
h l. binas, C. de aduocat. diuers. iudic.
i l. cum Aduocatio, C. de Aduocat. diuers. iudicior.
K l. sancimus, la 2. C eod. tit.
l lib. 2. cap. 8.
m l. 1 C. de off. diuers. iudic.

natos, quàm postea procreandos ab omni cohortali, seu cuiuslibet deterioris conditionis periculo immunes, & liberos cum patrimonio suo seruari idem Imperator *a* decernit.

Debet autem Aduocatus fisci in omnibus causis criminalibus, & fiscum tangentibus, vbi articuli iuris emerserint, interuenire, & Procurator fisci super hoc omnino illum requirere tenetur, vt est Pauli V. Sanctio *b*; nec fiscalem causam deserere potest Aduocatus prætextu salarij non soluti, vt Anton. scribit *c*

Et quamuis pro viribus fiscales causas defendere teneatur, priuatis tamen calumnias commonere non audeat, vt est Constantini Imperatoris Sanctio *d* Quædam alia de Aduocato fisci collige ex Mastrillo, *e* quæ nos consultò prætermittimus, ad fisci Procuratorem diuertendo; vnum non omittendo, quòd dum hæc scribimus, Petrus Franciscus de Rubeis Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocatus, & vtriusque Signaturæ Referendarius Aduocati fiscalis munere in Vrbe, ea legum peritia, assiduitate, ac integritate persungitur, quæ iamdiù est cunctis perspecta & admirabilis; quódq; munus hoc in Vrbe ab immemorabili residet in Collegio Aduocatorum Sacri Consistorij, vt videre est in syllabo eorundem Aduocatorum à Carolo Carthario exarato. A

Post Aduocatum locum habet in Audientia Procurator fisci, Quæstor Parricidij olim dictus, ex quo capitalibus delictis perquirendis præerat, ex Mastrillo; *f* qui fiscales causas in ipsa Camerali Audientia, & apud alios Romanæ Curiæ iudices ex facto instituit, agitquè, vel defendit: fiscales autem causæ sunt, vbi de publica pecunia, vel vindicta agatur; hinc confiscari dicimus in publicum ius ærarij aliquid redigere; quod inter regalia Principum esse docet Tholosanus, *g* nec sine Principis licentia bona confiscare licet. *h* Cuius rei ratio videtur esse, quia regulari iure confiscatio non permittitur, *i* & proinde regium hoc ius est contra legem, sic notant hoc esse de maximo imperio Baldus, *k* & Iason, *l* quod à Theod. Aug. & Valent. Cæs. sancitum legimus in hæc verba. *m* *Nulli iudicum liceat (exceptis iis, qui in summa administrationis sunt positi potestate) proscriptionis tempestate totius substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Datum. &c.* B C

Sed & alia consideranda erant, antequam bona fisco incorporarentur; aderat enim Procurator Cæsaris, qui res solemnitèr fisco deferendas per publicationem, aut ratione iuris Imperatoris examinabat, vt postea Rationalis, seu Procurator fisci incorporaret fisco; quod ab Imperatoribus Grat. Valen. & Theod. sancitum legimus *n* & ex hac sanctione collige, Procuratorem Cæsaris differre à Procurare fisci; sicut enim duo genera bonorum in Imperatore consideranda sunt, alterum eorum, quæ vt priuatus possidet, nulla adhibita consideratione dignitatis, quæ propriè non fiscalia, sed patrimonialia nominantur, & qui his regendis præficiebatur, Procurator Cæsaris dictus erat, vt apud Vlpianum, *o* & Comes rerum priuatarum. *p* Alterum verò genus bonorum Principis est, quæ cum dignitate, seu potestate; vel eius ratione ei accedunt, vel debentur, vt compendia, quæ ex vectigalibus, & publicatione bonorum veniunt, *q* & qui rebus istis præficitur, Procurator fisci dicitur, qui & Rationalem quandoque dictum fuisse, colligunt Alciatus, *r* & alij ex Iulio Capitolino in vita Maximini, ibi; *erat Fisci Procurator in Lybia, qui omnes Maximini studio spoliau erat; hic per rusticanam plebem deinde, & quosdam milites interemptus est per eos, qui Rationalem in honorem Maximini defendebant &c.* Cuius etiam Ministri mentionem fecerunt Grat. Valent. & Theod. Imperatores, *s* ibi. *Ritè, atque solemnitèr per Comitem rerum priuatarum, deinde per Rationales, & singulis quibuscumque Prouincijs commorantes incorporatio impleatur &c.* Quod etiam Lipsius *t* demonstrat his verbis. *Erant enim non Romæ solùm, sed & in Prouincijs Procuratores, siue Rationales, qui bona huiusmodi caduca legerent, tollerentquè.* Licèt ex his verbis potius detur intelligi, Rationales fuisse, qui etiam hodie in Statu ecclesiastico, & in vnaquaque Prouincia, ac Ciuitate Procuratores fisci, ab ipso generali in Vrbe, & apud Summum Pontificem existente Procuratore fiscali substituti sunt, ab ipsoquè ad nutum deputantur, & amouentur. Nisi dicamus, hos Rationales esse apud ecclesiasticam Ditionem Thesaurarios principales, penes, quos pecuniæ etiam ex delicto prouenientes deponuntur, vt inde Romam mittantur. D E

Ipse verò Procurator fiscalis, qui in Vrbe residet, vir probus, eruditus, & in Roma-

a l. 2. C. eod. tit.
b Const. 71. §. 15. nu 3.
c l. 1. C. de Aduoc. fisc.
d l. 3. C. de Aduoc fisc.
e in tract. de Magistr. lib. 5. cap. 8. de trib. mag. cur. à num. 35. vsque ad nu. 102.
f de Magistrat. lib. 5. cap. 8. n. 36
g de Repub. lib. 9 cap 1. num. 32.
h l. prohibemus, C. de iur. fisc. lib. 10.
i Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript. & damnat.
k in rub. nu 1. & in c. 1. de pac. iuram. firman. & feru. in vsib. feud.
l l. imperium, nu 24. ff. de iurisd. omn. iud.
m l. vnic. C. ne sine iussu Princip. certis iud. liceat confiscar
n l 3. C. de bon. vacant.
o l. 1. ff. de off. procur. Cæsar.
p l. 1. & toto tit. C. de Comit. rer. priuat.
q in tit. quæ sint regal. in vsib. feud.
r in l. vniuersi. C de fund. rei priuat. lib. 11.
s in l. 3. C. de bonis vacant. lib. 10.
t ad Tacitum lib. 2. annal. in verb. bona Aemiliæ Musæ, pag. apud me 108.

Romano foro versatus esse debet. Is enim Camerali audientia partibus, ac alijs extra audientiam iudicibus in fiscalibus causis assistit, causarum secreta noscit, & pro libito intuetur, ac in omnibus votum saltem consultiuum præstat, non tamen iudicat; Consistorijs publicis interesse consueuit, ac pro publico eius officio petere, & curare, vt de rebus sic publicè peractis, quarum testimonium perpetuò habere
A Reipublicæ interfit, (puta de alicuius Principis obedientia Pontifici præstita, ac similibus) per aliquem ex Prothonotarijs Apostolicis ad perpetuam rei gestæ memoriam publicum fiat documentum, ad tradita per Vestrium; *a* Quàmuis Chassan. *b* dicat, Procuratorem fisci esse virum parùm placidum, omnibus inuisum, Deo odiosum, parùm, aut nihil æquitatis in se habentem; & videtur hæc definitio desumpta ex Baldo, *c* dum ait, Fiscum esse duræ ceruicis, rigorosum, nunquam, vel rarò æquum, largum habentem stomachum;& vide Carauitam, *d* qui Baldum, & Chassaneum refert. Quibus adde, Procuratorem fiscalem proprium, & peculiare indumentum habere, Togam scilicet violaceam talarem, cui aliam superimponit eiusdem coloris, & longitudinis, in ore, & circuitu purpureis zonis redimitam; vbi verò in Tribunali Cameræ Apostolicæ, in Consistorijs publicis, in Sacrorum solemnijs Pontifici assistit, clamidem, siue paludamentum viola-
B ceum, cum inuerso caputio circa collum, more Aduocatorum Consistorialium, defert.

a in pract. lib 2. cap.9.
b in consuetud. Burgund. tit. das dioretz rub. 4. §.7.
c in Lexequuto-rem, C. de exeq. re ind. & in tit. de feud Marchia, §. 1.
d superrit. magn. Cur. rit. 17. n. 10

Bis in hebdomada cum Gubernatore Vrbis, & Cameræ Apostolicæ Auditore generali Pontificem Maximum adit. In sacra Consulta locum assignatum habet; itaut vbi de publicis criminibus vel in ipsa Vrbe, vel tota ecclesiastica Ditione agatur, ad illorum expeditionem ipso inconsulto deueniri nequeat. Quamobrem & in qualibet Prouincia, ac Ciuitate, & in ipsamet Romana Curia septem substitutos habet, quibus singulis Camera scuta quinque menstrua persoluit, videlicet quatuor pro Tribunali Gubernatoris, duo pro Tribunali Auditoris Cameræ, & vnum pro Tribunali Vicarij; estquè munus hoc nostra ætate (vt Vestrius ait loco cit.) ad malos mores cohibendos admodum necessarium, et ad pacem, quietemquè Ecclesia-
C sticæ Reipublicæ plurimùm conducit, ac in Romana Curia non mediocris negocij, atque auctoritatis; plurimumquè et Principis, et priuatorum interest, vt nonnisi à viro probo, erudito, et in Romano foro versato exerceatur. Et nihilominus Paulus V. *e* in sua generali Tribunalium, et Officialiũ Romanæ Curiæ reformatione quid agere, quid vitare debeant Procurator fisci, eiusquè Substituti certa lege decreuit, quæ euncta rescribere nimis laboriosum visum est, et à nostro instituto alienum.

e Const. 71. §. 17. Bullar. nou. tom 3. pag. 275.

Forsan et meminisse iuuabit quæ ad rem congerit Tholosanus, *f* qui et vnde dicatur fiscus, satis eruditè more suo demonstrat. Tandem sicut Hadrianus Imperator fisci Aduocatum primus instituit, ita à Cæsare bonorum publicationem inductam fuisse docet Lipsius. *g* Fiscus etiam pro tributis, alijsquè debitis, et oneribus
D accipitur; elegans inscriptio, et singularis exempli Romæ in Ponte Senatorio, qui nunc S. Mariæ dicitur, à Iacobo Guthier relata *h* legitur his verbis.

f in syntag. iur. vniu. lib. 31. cap. 31. per tot.
g ad Tacit. lib. 6 annal. in verb. quia damnati publicatis bonis &c
h de off. dom. August. lib. 3. cap. 31.

Numini Deorum Aug. Ioui Opt. Max. Ædem voto suscepto Q. Lepidus M. F. M. Curius. M. F. Cos. III. S. P. Q. R. Imp. Cæs. Diui Traiani F. D. Neruæ Nep. Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. Pot. II. Cos. II. Quòd vnus omnium Principum, & solus remittendo sestertium nouies millies centena millia N. Debitum
E Fisci non præsentes modò, sed & posteros suos præstitit hac liberalitate securos.

Sed et Paulum III. Pont. Max. damnasse, et acritèt increpasse quendam eius Aduocatum Fiscalem, qui noua contra priuatorum vtilitatem, in eiusdem Principis commodum, inuestigare quotidie conabatur; dicebat enim, quòd ille, vt videretur diligentior, non curabat augumentum Cameræ Apostolicæ, seu diminutionem, cum

non interesset Ecclesiæ, vt contra priuatorum commoda pro modico lucro (quod maximum solet esse in priuatis) contractus vel ab eo initi, vel ab auctore suo retractarentur, & in dies fierent nouæ inuestigationes, Iacobus Gallus *a* I. C. testatur.

a cons. 59 in his que, num. 6.

CAPVT XLVI.

De generali Cameræ Apostolicæ Commissario.

A

Post Procuratorem fisci sedet quoque in Camera Commissarius eiusdem Cameræ, eiusquè negocia tractare, gerere, & exequi solet, dummodo ad iudicia non pertineant. Varius fuit huius Officij status, dicente Vestrio, *b* hoc munus esse ex sui natura non vulgare, eiusquè auctoritatem suo tempore ostendisse Ioannem quendam Broechum Imolensem suum maiorem auunculum, qui sui muneris dignitatem adeo euexerat, vt totam Vrbem, ac vniuersam Romanam Curiam regere videretur; verùm ipsius Vestrij ætate adeo diminuta erat, vt ferè omnia, quæ ad hoc Officium pertinebant, Gubernator Vrbis, Thesaurarius, Præsidens, & Procurator fisci administrarent; quamobrem Nicolaus Grauatius *c* subdit, Commissario Cameræ euenisse, quod de cornicula fabulatur Aesopus, cum enim se auibus præstare gloriaretur, illæ verò suas pennas repeterent, nuda inuenta est; sed verè hæc fabula dici potest, nam hoc tempore, sicut etiam multis ab hinc annis graues huic muneri viros præfuisse audiuimus, & vidimus, nam præ cæteris Ioannes Bernardinus Piscina post Commissarij Cameræ officium, à Sixto V. Ciuitatis Nursię, ac totius Montaneæ Præfectura decoratur, vt in ipsius Sixti V. Constitutione *d* legitur: Clemente VIII. sedente, Paulus Aemilius Zacchias Cameræ Apostolicæ Commissarius, & postea S. R. E. Cardinalis ab eodem Pontifice creatur: sub Paulo V. Iulium Monterentium post Commissarium Cameræ, Vrbis Gubernatorem, & Vicecamerarium vidimus: Gregorio XV. Pontifice, Ioannes Beninus Commissarius Cameræ, Vrbis Gubernator, & eiusdem Cameræ Clericus creatur: Vrbano VIII. ad Pontificatum euecto, Antonius Lambardus post Commissariatum Cameræ Archiepiscopus Nazarenus efficitur; in cuius locum subrogatur Cæsar Raceagnus, qui post S. Spiritus in Saxia Præcepto riam per biennium gestam, ad Vrbis Gubernium euectus, demum Tipherni Episcopus promulgatur; successorem ipse habuit Felicem Contelorium, qui ad sacræ Consultæ Secretariam ascitus, Vaticanæ Basilicæ Canonicatu insignitus, Pontificius ad Principes Breuium Secretarius euasit; in huius locum sufficitur Ioannes Ghinus inter primarios Romanæ Curiæ Patronos fide, diligentia, & legum peritia valdè commendatus: denique à S. D. N. Innocentio X. in Ghini locum subrogatur Lazarus Botrus, diu Romana in Aula versatus, mira integritate, prudentia, iuriumquè præstantia præditus, & ab eodem Pontifice inter Vaticanos Canonicos cooptatus. Et cum aliquando habitum à Prælatis in Romana Curia deferri solitum gestauerit, prout Beninum, Lambardum, Ghinũ, & Bottum gestare vidimus, hac prærogatiua digniorem quoque in Camera Apostolica supra Aduocatos Pauperum, & Fisci sedentes locum habuerunt, quod à Sixto V. sancitum legimus *e*

b lib. 2. cap. 10.

c in annot. ad eum ibi.

d 44. in princip.

e Constit. 44. §. 10.

B

C

D

Sed iam ad alia transeamus. Et cum de tempore, quo fuerit hoc officium institutum, non satis constet, ante Pontificatum tamen Pij IV. fuisse liquet ex eiusdem Pontificis Constitutione. *f* In antiquioribus verò instrumentis pro Camera Apostolica stipulatis interueniebat quidam Minister ad nutum Pontificis deputatus, & prudentis viri nomine nuncupatus, Cherubino iuniore teste. *g* Verùm sub Paulo IV. qui ante Pium IV. sedit, fuisse Commissarium Cameræ, colligi potest ex Mandosio, *h* dicente, Præsidentis, Commissariatus, & Thesaurariatus officium etiam à laicis exerceri posse, in hæc verba *Insuper Camerarius, cuius sunt membra septem Clerici Cameræ Apostolicæ, ac Præsidens, Commissarius, & Thesaurarius, qui vltimi tres laici esse possunt*; & ad hoc probandum adducit Nicolaum de Vbaldis, *i* qui ante annos 160. plusuè minus Rotæ Romanæ Auditor fuerat; quamuis in meo Codice solùm de Thesauraria, & Cancellaria hic loquatur: nec erit prætereundum, quod ex Vestrio supra diximus, auunculum scilicet eius maiorem Commissarium Cameræ

f 87. § 47. Bullar. nou. tom. 2. pag. 125.
g ad Const. 44. Sixti V. schol. 1.
h in gloss. facult. Regen. §. volentes. verb. Camerariatus.
i in tract. de success. ab intest. cleric. & regul. in verb. finita, nu. 22. vers. idem dicerem.

E

-meræ fuiſſe, quod certè ſub Leone X Clemente VII. & forſan etiam ſuperiori tempore contigiſſe puto; nam Veſtrius hæc ſub Paulo III. ſcripſerat, vt patet ex ſua prać. *a* Sed hoc certiſſimum eſt, Commiſſarij Cameræ officium, quod ante Sixtum V. ad Summotum Pontificum conſtituebatur beneplacitum, in perpetuum, & vacabile ab eodem Sixto creſtum fuiſſe, vt in ſua Conſtitutione, *b* vbi, hæc in ſumma leguntur.

a cap. 2. lib. 2. vbi de Camerario agit.

b 44. Bullar. nou. tom. 2. pag. 550.

A Facultates, iuriſdictiones, & prærogatiuas per quoſcumque Romanos Pontifices antea conceſſas confirmat Sixtus V. Commiſſario Cameræ. §. 3.

Scripturarum Cameræ Apoſtolicæ Archiuij adminiſtrationem, & curam iniungit. §. 4

Detinentes eiuſdem Cameræ ſcripturas, eaſquè ſcientes, & non reuelantes coercendi iuriſdictionem impartitur. §. 5.

Contra Prælatos, & clericos ingerentes ſe in Beneficijs eccleſiaſticis, & Bullis non expeditis, procedit. §. 6.

Portionem conſuetam panis, vini, eſculentorum, nec non ſalaria, regalia, & emolumenta ſolita concedit. §. 7.

Verum, & certum Papæ familiarem, vtriuſque Signaturæ Referendarium declarat; Clericorum, & Cameralium priuilegia eidem concedit, ac tribuit. §. 8.

B Penſiones ad quingentorum ducatorum auri de Camera transferendi; etiam in mortis articulo indulſit. § 9.

Habitum per alios Prælatos Camerales deferri ſolitum concedit; locum in Camera immediatè poſt Præſidentem, in Capella Pontificia, & Conſiſtorijs publicis poſt Palatij Apoſtolici Auditores, & Cameræ Clericos aſſignat. §. 10.

Commiſſariatus officium in perſonam ſibi benè viſam, à Summo Pontifice approbandam, pro ſumma florenorum auri Cameræ centum reſignandi facultatem impartitur. §. 11.

Expeditiones gratis ad ſui fauorem faciendas mandat. §. 12.

C Ioffredo Lomellino vtriuſque Signaturæ Referendario prædictum Commiſſariatus officium, cum iuriſdictionibus, emolumentiſque prædictis ad eius vitam concedit. §. 13. Additis clauſulis præſeruatiuis, decreto irritanti, derogatorijs derogatoriarum, atque executoribus, & defenſoribus deputatis, vt in §§ ſeqq.

Sed hodie ficuti perpetuitati, ita & alijs quibuſdam priuilegijs derogatum eſt, itaut Commiſſarius Cameræ ea tantùm, quæ à Pio IV. *c* conceſſa ſunt, exequi valeat, ipſumq; non Prælatum præcedant Aduocati Conſiſtoriales, ac Procurator fiſci.

c Conſtit 87. §. 47. Bullar. nou. tom 2. pag. 125.

Verùm quamuis nomen nouum eſſe admittamus, officium tamen antiquiſſimum eſſe fatendum eſt, & Procurator Cæſaris dicebatur, ſiue Rationalis, prout ab Alexandro Imperatore *d* denominatum habes, ibi, ***Procuratores meos, vel Rationales***: & ita à Gratiano Valent. & Theodoſ. *e* etiam dicitur, vbi ab iſtis Imperatoribus ſancitum habes, Procuratorem Cæſaris non debere cognoſcere. Aduocato fiſci abſente, inter fiſcum, & priuatum, ſed Aduocato præſente, vt notat ibi Bald. Sed

d in l. 2. C. de modo multar. e in l. fin. C. de Aduoc. fiſc.

D Procuratorem Cæſaris differre à Commiſſario Cameræ in iſtis iuribus apparet; ſiquidem Procurator Cæſaris, qui etiam Rationalis dicitur, iuriſdictionem habebat, & cognoſcebat cauſas Fiſcales, & cauſas inter Fiſcum, ac priuatum, vt habetur ex iure ciuili, *f* & apertè ſcribit Caraſit. *g* Commiſſarius verò Cameræ nullam habet iuriſdictionem, vt notum eſt.

f in l. ad Fiſci, & ibi gloſ. in verb. rationalis, C. vbi cauſ. Fiſcal. cog.

Sed quoniam diximus, diſerre Commiſſarium Cameræ à Fiſco. ſciendum eſt, hanc controuerſiam annis proximè elapſis excitatam fuiſſe in Camera, & poſt multa ab vtraque parte deducta, conſulto fel. rec. Paulo V determinatum fuit, in cauſis criminalibus, vbi non agitur de pœna vltimi ſupplicij, coram Camerario, & Clericis interuenire debere Commiſſarium, ſuaq; eſſe emolumenta, cætera verò omnia interueniente Fiſco expedienda eſſe, & ita hodie ſeruari teſtatur Cherubinus iu-

g ſuper ritib magn. Cur. rit. 17. nu. 8.

E nior. *h* Quamobrem multa, quæ ab Imperatoribus in libro Codicis x. tit 1. de iure Fiſci, ſancita ſunt, etiam ad Commiſſarium Cameræ referri poſſe exiſtimo; eoq; magis in hanc ſententiam adducor, quia antequam hoc Commiſſarij officium inuentum eſſet, omnia ab ipſo Procuratore Fiſcali exequebantur, vt Conſtitutiones Summorum Pontificum legenti manifeſtum fiet: præter alias tamen videnda eſt Conſtitutio Pio IV. *i* vbi nulla de Commiſſario, ſed ſolùm de Fiſco mentio habetur: Et Commiſſario ægrotante, ſeu legitimè impedito, vices eius Fiſcus ſupplere ſolet.

h ad Conſtit 44 Sixti V. ſchol. 2. pag. 123.

i 55. Bullar. nou. tom. 2. pag. 74.

Tandem Commiſſiones cauſarum, & inhibitiones in cauſis ſpoliorũ, & illicitæ negocia-

a Constit. 51. Bullar. nou. tom. 2. pag. 216.

gociationis signati, ac expediri, non citato prius Commissario Cameræ, à Pio V. *a* prohibitum est.

Atque hæc de Ministris, & Officialibus, qui in Camera Apostolica à sinistris Eminentiss. Cardinali Camerario sedent, dicta sufficiant, iam aliqua de Reuerendiss. Clericis, & qui à dextris sedent, dicamus. A

CAPVT XLVII.

De Cameræ Apostolicæ Clericis.

b lib. 5. in vita Titi Claudij, cap. 24.

Collegium Quæstorum apud antiquos fuisse, verba Suetonij *b* demonstrant, dum refert, Titum Claudium Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxisse, detractaque Ostiensi, & Gallica Prouincia, curam ærarij Saturni reddidisse &c. Huius Collegij simulacrum hodie apud nos esse Collegiũ Clericorum Cameræ Apostolicæ, si quis affirmet, non multùm à via (ni fallor) errabit: ex ipsis namque Clericis Pontificalis ærarij Custos, Viarum Præses, Riparum tyberis Curator, Scriniorum, Annonæ, & Grasciæ Præfecti quotannis eliguntur: in eorum quoque numerum ascitus est Gubernator Vrbis, penes quem spectaculorũ, & ludorum cura, vt apud antiquos Quæstores, residet. Et quemadmodum antiqua Quæstura ad maiores dignitates aditum, & viam sternebat, ita ex hoc Illustriss. Clericorum Collegio ad maximos honores, & sacram Purpuram euectos quotidie videmus; itaut Liuius *c* de his loquutus fuisse videatur, dum ait. *Quæstura non honoris ipsius finis, sed patefactus ad Consulatum, ac triumphos locus nouis honoribus videbatur.* B

c lib. 4. decad. 1.

Constituebatur antiquitùs hoc Collegium ex multiplici, & indeterminato Clericorum numero; cum autem ob ipsorum numerum excrescentium, & augmentũ, prouentuum, & emolumentorum diminutionem vitam condecentem ducere nequirent, Eugenius Pontifex huius nominis IV. anno salutis 1438. ipsorum Clericorum petitionibus annuens, & ampliorem numerum ministrorum in officijs ponendum non esse, quàm possit de illius prouentibus congruè substentari, & numerositatem auctoritati derogare considerans, septem tantummodò Clericos in futurum esse sanciuit, vt videre est in Constitutione ab ipso edita. *d* Hic autem septenarius numerus per annos 150 plusuè minus, quousque scilicet Sixtus V. Beati Petri Sedem conscendit, perdurasse constat; ipse enim Sixtus alios quinque addidit, itaut ex duodecim nunc Clericis constituatur Collegium. C

d Bull. nou. tom. 1. Const. 13. pag. 279.

Horum congressus ter in hebdomada tempore Vestrij, *e* nunc autem bis in Palatio Apostolico, & loco suo, quem propterea Cameram vocamus Apostolicam, die scilicet Lunæ, & Veneris, vel si in his diebus aliquando contingat impedimentum, Mercurij fieri solet. Ad hoc autem Tribunal Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, nec non etiam Vrbium, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, Oppidorum, Villarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ immediatè, & mediatè subiectorum spiritualia, ac temporalia negocia, Eugenio IV sedente, deueniebant, vt hic Pontifex affirmat in præfatione Breuis confirmantis Statuta Cameræ Apostolicæ: *f* Vestrius autem *g* addens, si de mala diplomatum expeditione per ipsam Cameram facta, si de publicis functionibus, vectigalibus, & alijs publicis prouentibus, cum ecclesiasticis ex vniuerso Vrbe, tum temporalibus ex temporali Ecclesiæ Ditione, siue inter Officiales Romanæ Curiæ, quibus pro maiori parte designata sunt, siue inter ipsos publicanos, exactores, et collectores, vel eosdem priuatos, seu Vniuersitates, siue inter quemlibet ex prædictis, et fiscum sint controuersiæ, huius Tribunalis notionis esse dicit. Verùm hac nostra tempestate multa sibi Eminentiss. Cardinalium Congregationes, puta Episcoporum, et Regularium, sacra Consulta, super Bono Regimine Status ecclesiastici, et Illustriss. Thesaurarius generalis ex speciali Summorum Pontificum concessione vendicarunt, itaut non parùm sit Clericorum iurisdictio imminuta. D E

e in pract. lib. 2. cap. 12. nu. 1.

f Bull. nou. tom. 1. pag. 280.

g lib. 2. cap 12.

Quamuis hoc, et Sacræ Rotæ Auditorium, tanquam duo magis lucentia sydera, primum inter cætera Tribunalia huius Romanæ Aulæ locum obtineant: quod vt manifestius fiat, quædam à Summis Pontificibus concessa Clericis priuilegia referenda duxi.

Veros

Veros Capellanos, & familiares Summorum Pontificum Thesaurarium, & Cameræ Apostolicæ Clericos esse constat ex diplomate Sixti IV. *a*

Expeditiones Cameræ, & Cancellariæ pro se se, & eorum nepotibus, ac familiaribus gratis recipere, nec aliquid ab ipsis exigi, sub excommunicationis pœna idem Pontifex præcipit. *b* Et ita fuisse iudicatum testatur Tuscus, *c* relatus a Cherubino iuniore. *d*

A Causas quascumque Cameræ Apostolicæ interesse concernentes, summariè, & sine strepitu, ac figura iudicij, sola facti veritate inspecta, cognoscunt, Innocentio VIII. concedente. *e*

Ciuitates, & loca Ecclesiasticę ditioni subiecta visitare, de abusibus, & criminibus inquirere, & in ipsa visitatione ad exhibenda documenta cuiusuis generis quascumque personas cogere, processusque fabricare possūt, ex Iulij II. Cōstitutione. *f*

Spoliatorum a latronibus damna, inspectis circumstantijs, & recepto iuramento, ab ipsis spoliatis arbitrantur, Leone X. permittente. *g*

Quorundam locorum, & Terrarum Status Ecclesiastici gubernium concessit Alexander VI. *h* sumpta occasione controuersiarum, quæ super gubernio eorundem Castrorum fuerat inter Ciuitates Spoleti, & Interamnæ.

B Sed præter hæc Castra habent etiam gubernium Centum cellarum, & Tulphæ, ex Leone X. *i*

In quibus locis licèt singulis annis exercitium Guberniorum inter Clericos distribuatur, possunt tamen statuta ibi condere perpetuò duratura, ad tradita per Tuscum, *k* & alios ab eo relatos.

Sententias super causis spectantibus ad Fiscum in Camera latis ob solemnitatum iudicialium omissionem non annullari voluit Innocentius VIII. *l*

Iurisdictioni Clericorum subijciuntur nedum causæ gabellarum, dohanarum, & datiorum, sed eorum conductores, & Officiales tam in Vrbe, quàm extra; insuper Riparum mercatores, & merces, grasciæ, salis, alumnium, Zeccha, carceres, viæ; depositarij, ac thesaurarij per varia loca Status Ecclesiastici consistentes, Leone X. *m*

C permittente, & confirmante,

Quædam tamen Dominis Clericis prohibita sunt videlicet.

Societatem occultam, vel apertam circa spectantia ad Cameram habere nequeunt, ex Leonis X. *n* prohibitione.

Abesse non possunt absque licentia Camerarij, vel Decani, ex Pij V. Sanctione. *o*

Tolerantias hebræorum, extractiones victualium, & frumentorum, repræsalias, aut literas pro capienda possessione Beneficiorum Ecclesiasticorum, vel prorogationes temporis ad expediendum literas Apostolicas quarumcumque gratiarum, vel ad solutionem Annatarum, aut Cathedralium, Collegio, aut Officialibus debitarum, vectigalium impositionis augumenta, vel diminutiones non concedunt, seu permittunt, Pio IV. *p* iubente.

D Nec etiam Clericorum spolia, aut decimas, vel alia regalia, aut credita fiscalia, etiam pro parte, donare, aut remitere valent. *q*

Nullam iurisdictionem vri singuli habent, sed tantùm Collegialiter, & in plena Camera, vbi commissiones, expeditiones faciendæ, & committendæ sunt. *r* Quamobrem sicut antiqui Quæstores leges a Principe promulgandas, & edicta componebant, & antequam ab ipso Principe manu propria firmarentur, ad calcem illarum Quęstores scribebant, *vidi*, vel, *legi*, vt notat Panzirolus, *s* ita DD. Clerici in expeditionibus, quæ sub Camerarij nomine regulariter fiunt, apponunt, *visa*.

A quibuscumq. literis, gratijs, & indultis in rebus spiritualibus omnino abstineāt. *t*

E Licèt Sede vacante Camerarij, et Clericorum iurisdictio non expiret, hæc tamen restringitur ad exactiones pecuniarum Cameræ, prouisiones ratione Sedis vacantis; cætera autem interdicta sunt ab eodem Pio IV. *u*

Nec Commissiones in forma, si in euidentem, super alienatione rerum Ecclesiasticarum concedere possunt, ob Pij V. prohibitionem. *x*

Sed quoniam diximus supra, ex hoc Collegio quotannis assumi Annonæ, Grasciæ Pręsides, Riparum Tyberis Curatores, si quis ad hos Magistratus pertinentia magis præcisè cupiat agnoscere, quæ dicta sunt supra in Congregationibus Annonæ, Viarum, et Aquarum, et quę scribam infra cap. 50. et 51. perlegat. Quædam verò de pecuniæ cudendæ, carcerumq. Præsidibus, et de Archiuiorum Præfecto dicere cum alibi de his actum non fuerit, non inutile duxi.

CAP.

a. Const. 1. §. 3. Bullar. non. tom. 1. pag 332.
b. d. Constit. §. 4.
c. in conclus. in verb Cancellaria
d. schol. 2. d. Bulla Sixti IV.
e. Const 4. §. 2. Bullar. non. tom. 1 pag 371.
f. 8. Bullar. non. tom 1. pag. 410.
g. Const. 28. d. Bullar. & tom. pag. 521.
h. Const 12. d. Bullar. & tom. pag 401.
i. Const. 24. §. 4. Bullar. non tom. 1. pag. 514
K. in conclus in verb. Gubernator
l. Const 4 Bullar non. tom. 1. pag. 376.
m. Const 24. d. Bullar. & tom. pag. 514. & 515.
n. Const. 24 Bullar. non. tom. 1. pag. 516.
o. 87 §. 14 tom. 2 pag 123.
p. Const. 55. Bullar. non. tom 2. pag 74.
q. ead. Const. 55. § 13.
r. in § 14 d. Cōst.
s. in comment. Imper. orient. de Quæstor cap. 72. pag. 109.
t. ead Cōst. §. 16.
u. in § 19. & in Constit 63. §. 9.
x. Const 69. Bullar. non. tom. 2. pag. 266.

CAPVT XLVIII.

De Zeccarum Præside.

TRes viros monetales apud antiquos fuiſſe docet Pomponius Iureconſultus *a* his verbis. *Conſtituti ſunt eodem tempore quatuor viri, qui curam viarũ gererent, & Triumuiri monetales æris, argenti, auri flatores &c.* Et hos monetę cudendæ præfuiſſe aduertit Auctor antiquitatum Romanarum *b* & in antiquis monumentis ita ſcribi ſolitos, Triumuiri A A A. F. F. quod eſt, auro, argento, ære flando, feriundo; vt etiam interpretatur Valerius Probus, *c* ac Titum Plautium hoc Magiſtratu functum fuiſſe antiqua docet inſcriptio apud Panuiniũ *d* in hęc verba. TI. PLAVTIO M. F. M. N. SILVANO AELIANO PONTIF. SODALI AVGVSTALI III. VIR. A. A. A. F. F. Q. T. CAESARIS LEG. LEG. V. IN GERMANIA. Et hos populi ſuffragio creatos teſtatur Nicolaus Gruchius *e* Horum etiam meminit Cicero ad Trebatium ſcribens *f* his verbis. B
Treuiros vites cenſeo; audio capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent, ſed aliàs iocabimur &c. De monetarijs meminit Iuſtinianus Imperator *g* cuius verbi, *murilegulis*, interpretationem (contra Accurſij, & aliorum Interpretum opinionem, dicentium, Imperatorem intellexiſſe eos, qui monetam Principis cudunt) affert Alciatus ibi, dicens, Monetarios ſignificare Textrini quoddam officium, ſicut apud Flauium Vopiſcum in Aurelian. *vbi ſeditio*, inquit, *Monetariorum intra murana bellum grauiſſimum peperit &c.* Et hoc idem innuit Rhodigin. *h* ibi; *Monetarios Sudas monetæ artifices interpretatur, ſunt, qui ad Textrinũ opus referre vocabulum malint &c.* Dicti fortaſſe Monetarij ab officij ipſius vtilitate; vt Alciatus loco cit. obſeruat; vide, quæ notat Tiberius Decianus *i* qui hanc vocem monetarij hodie apud nos in malam partem accipi notat; quod indicare fortaſſe voluit Caſſiodorus *k* dum ait. *Monetarios autem, quos ſpecialitèr in vſum publicum conſtat inuentos, in priuatorum didicimus tranſiſſe compendium &c.* C

In locum Triumuirorum monetalium ſucceſſiſſe quem hodie in Vrbe Præſidem Zeccarum vocant, nulli dubium eſſe puto.

Huius Præſidis notio eſt, expendere, vtrum nummi publicè percuſſi legem mixtionis, vel puritatis habeant, itaut ſi minus habere fuerint inuenti, eorum vſus prohibeatur, prout annis proximè elapſis de quadam moneta argentea, quam Iulios vocant Auenionenſes, percuſſa, ſucceſſiuè de alijs, cum iuſti ponderis, & bonitatis non eſſent, factum fuiſſe vidimus.

Antequam Magiſtri monetales nummos cudant, ſub Præpoſitorum monetalium (Aſſaggiatori in Vrbe vocant) & Actuarij teſtimonio exiguum fruſtum materiæ, vel metalli, ex quo fabricanda eſt moneta, in pixidibus ponunt, vt probatio fiat. D

Perquirit etiam Præſes hic diligentèr, & emendat, ſi quid aurifices, tractores auri, nummularij, argentarij, ſeu menſarij, colliſibiſtæ, vel alij, qui metalla tractant, in fraudẽ legis monetæ præſcriptę admittant, ſi radant, aut minuant è pondere, tu vide omnino teſcriptum Conſtantini Imperatoris. *l*

Inſuper ius dicit de omnibus monetis Papalibus, tam in Vrbe, quã alibi in Eccleſiaſtica ditione cuſis, & aliorum quoque Principum, ſi de bonitate, & valore dubitetur, nummos prohibet.

De delictis à magiſtris, cuſtodibus, præpoſitis, probatoribus, inciſoribus, ſparatoribus, tractatoribus auri, argentiuè, mineratijs arenatum auri, aurificibus, eelatoribus, & alijs negociantibus circa monetam commiſſis, cognoſcit, ac de litibus, & controuerſijs eorum in præuentione cauſarum cum Gubernatore Vrbis, aliiſque Iudicibus Romanæ Curiæ concurrit. E

Vt autem horum delictorum animaduerſio iuxta præſcriptas leges fiat *m* ſciendũ eſt, tria in omni numiſmate conſideranda; primò materia publicè electa cum certo pondere; ſecundò character, quo inſignitur, ſeu notatur forma publica; tertiò valor, ſeu functio decreta, ad tradita per Paulum I. C. *n* in quibus omnibus quid decretum à ſuperioribus, quouè in vſu ſint, qui nummis vtantur inſpicimus.

Humi-

a *l. 2. §. & triumuiri, ff. de orig. iur.*
b *lib. 7. cap. 28.*
c *in opuſc. de literis antiquis, in l. A.*
d *de Ciuit. Roman. pag. apud me 602.*
e *de comitijs Romanor. lib. 2. pag. apud me 172*
f *epiſt. familiar. lib. 7. epiſt. 13.*
g *in l. 1. & alibi C. de murileg. lib. 11.*
h *lection. antiq. lib. 8. cap. 11. circa fin.*
i *lib. 7. de falſ. monet. crimin. cap. 23. man 6.*
k *lib. 5. variar. cap. 39.*
l *in l. vnic. C. Theodoſ. ſi quis ſolidic. exter. incider. vel adulteraue.*
m *l. 8. & 9. ff. ad leg. Cornel. de falſ.*
n *in l. 1. ff. de. eſt. trahen. emptio. & l. 1. C de veter. numiſ. poteſt. lib. 11.*

Numismatis materia est æs, aurum, argentum, quæ aliquando pura per se, aliquando miscetur; quæ quidem mixtio à Principe legem recipit, quam Curatores monetarum sequi debent; si quis enim suo marte argento publicè, priuatimquè æs, si auro argentum, siue æri plumbum misceat, capitale est delictum cum bonorum proscriptione, vt a Tacito Imperatore sancitum fuisse testatur Flauius Vopiscus in eius vita, & apud Vlpianum; *a* quod etiam decreuit Constantin. Imperator, *b* &
A hoc esse crimen læsæ maiestatis probat Gigas; *c* cuius dicti rationem reddit Tiberius Decianus, *d* quia monetam cudere solius Principis est, & ad ipsius æstimationem, famamque spectat, ne moneta sua adulteretur; videndus est Cassiodorus. *e* Quæ quidem adulteratio etiam tribus modis fieri potest, nempe circa materiam, si in auro, argento, ære fiat mixtio, vt dictum est, & vide Decianum, *f* circa formam, quæ nihil aliud est, quàm impressio, siue caracter impressus in materia, vt idem Decianus; *g* & circa pondus, ac æstimationem, seu valorem, quæ quidem ponderis, & valoris certitudo adeo necessaria est, vt ea sublata, non rarò in plebe excitentur diffidia, & querelæ, vt apud Tholosanum. *h* Minuitur autem monetæ pondus; vel aqua ardenti superficiem auferendo, vel monetæ circulum tondendo eodem
B Deciano docente. *i* Quid autem si clericus secularis, siue cuiusuis Ordinis Regularis, etiam miles Hierosolymitanus, tale crimen admittat, à quo puniendus sit, à iudice scilicet laico, vel ecclesiastico? vide Constitutionem Vrbani VIII. Idibus Nouembris 1627. editã, cuius particulã ad hanc rẽ facientem refert Squillant. *k*

Quæ autem essent monetarum antiquarum pondera apud Græcos, & Romanos, difficilè tractationem dicit Blondus; *l* tu tamen lege, quæ scripserunt Alex. ab Alex. *m* Gul. Budeus, *n* Tholos. in syntagm. *o* Lipsius, *p* & Phil. Pigafetta; *q* apud quos etiam Scriptores alia multa ad hanc rem facientia videbis; præcipuè quis primus tam apud Græcos, quàm Latinos, aliasquè Nationes monetam percusserit, qua forma, & quibus imaginibus; ac etiam vnde denominatio pecuniæ, monetæ, ac nummi fluxerit; videndus est etiam Plinius, *r* proximum scelus fecisse dicens, qui primum ex auro denarium signauit, quod et ipsum latet, au-
C ctore incerto ait: Pausanias tamen *s* Rhæcum Philęi, & Theoclis filium, & Theodorum ambos Samios primos æs conflate, & cudere docuisse affirmat; Iulius Vrsinus, *t* & ante ipsum Cassiodorus *u* Seruio Tullio Rege rudi ære nota pecudum (a qua pecuniç nomen effluxit) nummos ęreos signatos esse dicit; hominum verò imagines in ęre sculptas a Iano, siue Saturno primùm fuisse, testatur, ex vna enim vir biceps, vt Ianus ipse fingitur apparet, ex altera verò pons, corona, vel nauis visitur; quia, vt Macrobius *x* ait Ianus primus ęs signauit ex vna parte suam effigiem, ex altera nauem impressit; Eutropius *y* verò huius rei inuentorem Saturnum facit, dum scripsit, Saturnus nummos æreos primus instituit: opinor autem in Iani, Saturnique memoriam; nam vt Lactantius *z* testatur, Ianus Saturnum errantem suscepit, cuius rei argumentum sunt nummi veteres, in quibus est
D cum duplici fronte Ianus, in altera parte nauis, quod etiam cecinit Ouidius. *a*

Multa quidem didici, sed cur naualis in ære
Altera signata est, altera forma biceps.
At bona posteritas Puppim signauit in ære,
Hospitis aduentum testificata dei.

Argenteam verò monetam Fabio Pictore, & Q. Vgolino Gallo Coss. anno scilicet 484. primùm cusam fuisse, ex Plinio *b* notat Fuluius Vrsinus; *c* quàmuis in meo Codice Plinius dicat, anno ab Vrbe condita 585 Q. Fabri. Consf. quinque annis ante primum bellum Punicum argentum signatum fuisse: & Gallis auctoribus sine aliquo adhuc signo monetam ad metalla translatam fuisse, Cassiodorus *d* scribit.

Insuper sex Procuratores monetæ, qui Comiti sacrarum largitionum parebant,
E Panzirolus *e* refert in hæc verba. *Monetam non Ciuitates, non Præsides, Vicarijue, aut PP. cudebant, sed hac facultas a Principe Magistro largitionum demandabatur, vt qui Principis pecuniam tractabat, eam quoque percuti curaret. In Occidente sex tantùm in locis moneta signabatur, quibus totidem Procuratores præerant.* Hæc Panzirolus, qui enumerando, quinque tantùm refert, nempe Procuratorem monetę Sciscianæ, Aquiliensis, Vrbis Romæ, Lugdunendis, & Arelatensis: sed alia multa videnda sunt apud Iacobum Guthiere z. *f*

a. l. 8. & 9. ff ad leg Corn. de fals.
b. l. 1. & 2. C. de falsa monet.
c. de crim. læsæ maiest. lib. 1. q. 62.
d. tract crim lib. 7 de fals monet. crimin. cap 23. n. 2.
e. lib. 7. variar. formul. 32 quæ moneta committitur.
f. loco cit a n. 10. vsque ad 16.
g. a nu. 17 vsque ad 22.
h. in syntag. iur. lib 36. cap. 2. n. 16
i. a num. 23. vsque ad 25.
k. de priuil. cler. cap 7. num. fin.
l. 5. Romæ triũphan.
m. dier. genial. lib. 4. cap. 24.
n. de asse. & partibus eius.
o. lib. 36. cap. 2.
p. de magn. Rõp. lib 2. & 3.
q. in discurs. de sestertio Italico sermone editis.
r. natural. histo. lib. 33. cap. 3.
s. in Archadia siue lib 8. pag. apud me 302.
t. in præfat lib. de famil Roman.
u. lib 7. var. cap 32.
x. lib. 1. Satu. cap. 7.
y. lib. 1.
z. lib. 1.
a. lib. 1. fastor.
b. lib. 33. cap. 3.
c. loco cit.
d. lib. 7. variar. formul. 32.
e. in comment. notit. Imper. occiden. cap. 37. pag. 67.
f. de off. Dõ. Aug. lib. 3. cap. 19. de procurat. monet.

CAPVT

CAPVT XLIX.

A

De Carcerum Præside.

CArceratorum visitatio nedum ob causarum expeditionem, & reorum liberationem necessaria est, sed etiam vt eorum necessitaribus, alijsquè carcerum incommodis benignè succurratur, vt Eutropio Præfecto Prætorio Gratian. Valen. & Theodos. Imperatores *a* rescripserunt his verbis. *De ijs, quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos diuturna custodia non maceret &c.* atque ab Honor. & Theodos. Aug. *b* sancitum legimus. *Iudices Dominicis diebus productos reos de custodia carcerali videant, & interrogent, ne iis humanitas clausis per corruptos carceris custodes negetur: victualem substantiam non habentibus faciant ministrari &c.* Er in Romana Republica Triumuirorum Magistratus aderat, vt carcerum, carceratorum curam haberet, & Triumuir, capitales appellati, vt apud Pomponium Iureconsultum *c* his verbis. *Et Triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret:* quos anno ab Vrbe condita 465. fuisse affirmat Auctor antiquit. Romanar. *d* ex Panuino, & alijs ab eo relatis. Cuius etiam Magistratus meminit Plautus, *e* & octo Lictores habuisse indicat, dum Sosiam ira loquentem inducit. B

a l. fin. C. de custod. reor.

b l. iudices. C. de Episcop. aud.

c l. 2. § 5. triumuiri capitales, ff. de orig. iur.

d lib. 7. cap. 27.

e in Amphitruo. act. 1. scen. 1.

Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerem compegerint?
Inde quasi è promptuaria cella depromar ad flagrum.
Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilii fiet
Nec quisquam sit, quin me omnes esse dignum deputent: ita
Quasi incudem me miserum homines octo validi cædant. &c. C

Hic enim per octo homines octo lictores ministrantes Triumuiris capitalibus intelligendos ait idem Auctor antiquitatum Romanarum loco citato.

Et ad Principem ipsum pertinere per tres vices, vel ad minus bis quolibet anno generalem carcerum, & carceratorum visitationem facere, & ita in Regno Protegem ad Palatium, vbi carceres reperiuntur, diebus Natalitijs, Paschalibus, & in Vigilia Festiuitatis Sanctissimæ Assumptionis Beatæ semper Virginis Mariæ, cum interuentu omnium de Consilio magnæ Curiæ, causarum criminalium, & ciuilium, Fisci Patroni, Regij Patrimonij, & Auditoris gentis bellicæ, Procuratorum, & solicitatorum fiscalium, aliorumquè iustitiæ Ministrorum accedere solitum, narrat Mastrillus. *f* D

Er in Vrbe nonnulli ex ipsa Camerali Audientia, vices ipsius Principis regias gerentes, prout necessitas suadet, sæpius in anno, vtputa singulis mensibus tempore Vestrij, sed hodie quater in mense, die Iouis videlicet carceres visitant; licèt non omnes, qui in Camerali Audientia locum habent, pro simili carcerum visitatione conueniant, sed loco Eminentiss. Card. Camerarij is, qui vices suas gerit, & alter ex Reuerendiss. Clericis, qui carcerum Præses, quoliber anno sorte ductus, appellatur, alijquè Cameræ Apostolicæ Ministri Thesaurario, Præside, & Commissario exceptis, vnà cum alijs Romanæ Curiæ Iudicibus, Vicarijs, & Latrumculatoribus, qualiber hebdomada die Iouis (vt dixi) ad ipsos carceres accedunt, ibiquè per spatium temporis necessarium publico in loco sedent, & coram ipsis singuli rei suo ordine vocati audiuntur, si volunt, & Patres audito reo, & suæ causæ meritis intellectis, pro natura facti, pro qualitate rei, pro statu causæ, pro tempore suæ carcerationis, solent pro ipsius liberatione, vel aliàs pro eius expeditione decernere, & plerumque etiam vbi omnino pœna infligenda sit reo, illam pro pietate sua mitigare. E

f de Magistrat. lib. 3. cap. 6. num. 2. & 8.

Si quis verò pro ciuili debito diù fu it carceris mancipium, vel aliàs suæ pau-

pertatis

pertatis testimonium habeat in fronte, vel in ipsa audientia, solent Patres pro liberatione carcerati decernere, pro illius facultate creditori quoque consulere, vtpura reum certa gaudere dilatione, ac solutionis diuisione, sub cautionibus tamen, & quandoque etiam pro non cauere volentibus, sub eorum obligatione, ac triremium pœna.

Nonnunquam etiam, si paupertas debitoris sit in aperto, & ipse desperans soluere posse bonis cedere malit, solent Patres sola professione reum ad beneficium simplicis
A
cessionis bonorum admittere, & facta per ipsum fida bonorum indicatione, pro sua liberatione decernere, seruatis tamen in hoc Summorum Pontificum Constitutionibus, nempe Pauli III. *a* Pij V. *b* & Pauli V. *c*

A quibus quidem facultatibus exclusos esse hebræos constat ex Decreto Gubernatoris Vrbis, quo munere tunc fungebatur Berlingerius Gypsius, deinde Cardinalis Eminentissimus: Decretum verò typis euulgatum tale est. *Cum in publica Visitatione carcerum die 13. Augusti 1620. re maturè discussa fuerit declaratum, in cap. 5. Constitutionis Pij V. de facultatibus Visitatorum Carcerum Vrbis, & similitèr cap. 5 Constitutionis S.D N.* (qui tunc erat Paulus V.) *super reformatione*
B
Tribunalium Vrbis, tit. de facultatib. Visitator. carcer. non comprehendi hebræos, declarationem præfatam idem S.D.N. viuæ vocis oraculo approbauit, confirmauit, ac publicari, & in omnibus Tribunalibus Vrbis per omnes Iudices seruari voluit, & mandauit. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ hac die 20 Augusti 1620.

Berlinger. Episcop. Arim. Gub. & V. Cam.

Verùm Pontifex Vrbanus VIII. alitèr statuendum censuit, hebræos scilicet comprehensos esse in visitatione carcerum, quia & ipsi gaudere debent priuilegijs, statutisq. illius Ciuitatis, in quibus domicilium habent; ad tradita per Marquardum. *d*

Hanc verò carcerum visitationem in Vrbe ab Alexandro VI. institutam, seu potius restitutam fuisse affirmat Ciaconus *e* his verbis. *Eius Pontificatus initio(quod*
C
anno Natiuitatis Dominicæ 1492. fuit,) rebus Vrbanis intentus, carcerum visitatores instituit, & quatuor Iudices creauit, qui de quacumque causa capitali cognoscerent; & die Martis omnibus se adire, & alloqui volentibus se ipsum exibuit, vnde ius in Vrbe seuerissimè dici cœptum, &c.

Istis ab Alexandro VI. sic institutis Visitatoribus iurisdictionem, & facultates non vulgares concesserunt Paulus III. *f* Pius IV. *g* Pius V. *h* & Paulus V. in sua generali Tribunalium Vrbis Reformatione, *i* vbi nedum habes, quæ ad politicam pertinent, puta quæ ab ethnicis, & secularibus quoque Principibus sancita fuisse vidimus, sed etiam quæ ex Christi Domini charitatis præcepto nobis omnibus Christi fidelibus iniuncta sunt, præcipuè tamen illi, qui eius in terris vicem gerit, cognoscere licet. Qua in re Leonis X. approbationem *k* Archiconfraternitatis a Iulio
D
Mediceo S. Laurentij in Damaso Presbytero Card. & S.R.E. Vicecancellario (qui ad Pontificatum euectus Clemens VII. appellatus est) sub Charitatis nomine institutæ videas. Hæc enim Archiconfraternitas nedum carcerariis subueniendis, sed pauperibus etiam mendicare erubescentibus eleemosynas erogandi, & mortuos sepeliendi curam ab initio habuit. Verùm, vt Cassiodorus *l* ait, charitas nunquam odiosa est, semper in alterum se porrigit, & vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, nisi maneat in radice charitatis: ita hæc Charitatis Archiconfraternitas alios produxit ramos, è quibus salutares fructus quotidie prodeunt.

E
Nempe Archiconfraternitatem Mortis in Vrbe nuncupatam, quæ licèt annis ab hinc supra mille, & ducentum, Constantino magno, Anastasio, & Iustiniano Imperatorib. instituta reperiatur, vt videre est in ipsius Iustiniani Nouella, *m* & a Baronio *n* relata, attamen iam abolita, & antiquata, Pio IV. Pontifice sedente *o* restituta est.

Sicut etiam opus subueniendi ægenis mendicare erubescentibus assumpsit Archiconfraternitas SS. Apostolorum, eodem Pio IV. sedente. *p*

Carceratorum etiam subuentione m curat Archiconfraternitas Pietatis carceratorum nuncupata, & Gregorio XIII. Pontifice *q* instituta, & confirmata.

a Const. 44. in Bullar. nou. t. 1. pag. 682.
b Const 68. d. Bullar. tom. 2. pag. 265.
c Const 71. aliâ 44. §. 24. Bullar tom. 3. pag. 285.
d in tract. de iudæis par 2. cap. 1. num. 3. & alibi.
e in eius vita tom. 2. pag 1323, iuxta nouã impressionem.
f Const. 44. incip. ad onus 2 Bullar. tom. 1. pag. 682.
g Const. 58. §. 1. Bullar. nou tom. 2. pag. 81.
h Const. 68. d Bullar. pag 265
i Const 71. aliâ 44. §. 24.
k Const 37. incip. illius, Bullar. nou. tom 1. pag. 527.
l lib. de amicit. cap. de dilectione proximi, &c.
m 43. & 49 collat. 10.
n lib. 3. annal. ad fin. anno 432. pag 336.
o Const 22. Bullar. nou. tom. 2. pag 32.
p Const. 90. Bullar. nou. tom. 2. pag. 131.
q Const. 56. d. Bullar. & tom. pag. 432.

N n Et quam-

Er quàmuis in has diffusa sit partes Charitas, cum tamen tenacior sit glutino, vt Diuus Bernardus in sermone de triplici cohęrentia vinculorum, clauorum, & glutinorum, ait, nullam profectò diminutionem, aut scissuram contraxit, quominus opera eius bona coram Deo, & hominibus luceant, sed enixius carceratorum subuentioni studet, pauperibus eleemosynas profusius elargitur, Ecclesię D. Hieronymo dicatæ, & de Charitate nuncupatæ, necessariam, decentemq. ad Dei cultum supellectilem ministrat, Sacerdotes in obsequiū Christi mancipatos, in eademq. Ecclesia ad Sacra quotidie peragenda obnoxios alit: nec vlli dubium, quin hæc omnia, Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Francisco S.R.E. Card. Barberino Protectore existente, summa fide, ac indeficienti vigilantia persoluantur A

Pectore cui virtus, grauitas cui regnat in ore,
Cui frons est mentis perpes imago suæ.
Ille est, cui multùm veneranda modestia debet,
Cui multùm Charitas, ingenuusq. pudor.

Habet etiam hæc Charitatis Archiconfraternitas Monasterium S. Mariæ Magdalenæ Conuertitarum in Vrbe dictum suæ curæ, & charitati commendatum, prout eiusdem Leonis X. diplomate *a* cautum repetitur. B

a Bullar. nou. tom. 1. pag. 533. Const. 39.

C A P V T L.

De Grasciæ Præside.

HOc nomen grasciæ Grammaticis, & Iurisconsultis incognitum esse affirmat Paulus de Castro, *b* addens ab vsu loquendi introductum C

Quem penes arbitrium est & ius, & norma loquendi

vt Horatius *c* cecinit, Et ideo si de intelligentia huius dictionis inquirendum sit, tunc ad vocabulum iuris huic magis simile recurratur: ita Castrensis, quem sequutus est, eiusq. verba rescribit Fulgosius. *d* Verùm apud nos Italos hæc dictio, grascia, nil aliud sonat, quàm exculenta, cibaria inquam, & victualia hominibus ad vescendum necessaria a Græcis Sira, & Magistratus ad hæc curam designati Sitocomia dicunrur, teste Spicileg. *e* quem vide; quæ tamen dictio magis latè patet, quàm annona; hæc enim in propria significatione accepta panem tantummodò designat: ita Iustin. Imperator *f* panem ciuilem, & annonam ciuilem dixit, & obseruauit Alciat. *g* sub qua acceptione hodie in Vrbe habemus Præfectum annonæ, qui frumenti solùm, & panis curam gerit. D

Carnis verò, olei, & victualium notio ad grasciæ Præsidem pertinet, quem antiqui (ni fallor) Episcopum, idest Inspectorem, vt victualia iusto pondere, ac pretio venderentur, dixerunt; *h* videndus Panzirolus. *i*

Et quàmuis Paulus Papa V *K* vnam tantùm Congregationem, annonæ scilicet, & grasciæ instituisset, & ijsdem egregijs viris dictam Congregationem constituentibus grasciæ simul, annonæq. curam commiserit, nihil profectò aliud innuere voluisse videtur, quàm connexionem inter hos duos Magistratus necessariam; etenim non in solo pane viuit homo, vt Veritas ait.

Quod etiam antiquioribus innotuit, dum annonæ Præfectum dixerunt non solùm cui panis tantùm notio esset, sed carnis, olei, salis, & vini, ad tradita per scribentes, præcipuè tamen Paulum de Castro, *l* Panzirolum, *m* Franciscum a Ponte, *n* & Iustum Lipsium. *o* E

Cum autem ea, quæ ad frumentationem, & Præfectum annonæ iuxta hodiernum vsum Romanæ Curiæ pertinēt, satis recēsita fuerint supra in Cōgregatione annonæ, & infra etiam cap. seq. alia dicenda sint, vt nonnihil quoque de Præside grasciæ dicamus, superest, ex ijsdem tamen auctoribus, qui de Præfecto annonæ scripserunt, eliciendum.

b cons. 140. lib. 1.
c in arte poetica.
d cons. 115.
e in leuic. in verb. sita.
f Auth. de nō alien. §. hac ergo; & in l. vlt. §. prætera. C. de iur. dot l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt.
g in l. 1. C. de frū. Vrb. Constant. lib 11.
h l. fin. §. item Episcopi, ff. de muner. & honor.
i de magistrat. municip. cap. 13.
K Constit 70. aliàs 48. Bullar. nou. tom. 3. pag. 263.
l d. cons. 40. nu. 4. & alibi.
m in Comment. notit. Imper. occident cap. 5.
n de potest Proreg. tit. 2. de abūdant. Ciuit. & Regn.
o in Critica, lib. 1. elector. cap. 8. ad fin. pag. 521.

Cura

Cura carnis sub Præfecti Vrbani notione erat Vlpiano teste; *a* annonæ tamen Præfectum coadiutorem habebat ex Valentin. & Valer. sanctione, *b* sub cuius etiam dispositione erat, vt ex Panuinio, & alijs diximus in tract. de Præfecto Vrbis, & Cassiodori verba *c* demonstrant, dum ait, *Carpentum Præfecti Vrbis mixta glorificatione conscendis, &c.* & supra ad ipsius Annonæ Præfecti laudes deueniens sic exorditur, *Si ad hanc mensuram censendæ sunt dignitates, vt tantò quis hono-*
A *rabilis habeatur, quantum ciuibus profuisse cognoscitur, is certè debet esse gloriosus, qui ad copiam Romani Populi probatur electus; sui siquidem studij est, vt sacratissimæ Vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & tam magnus populus tanquam vna mensa saturetur. Per officinas pistorum, ciboso. discurris, pensum, & munditiem panis exigis, nec vilis iudicas esse, vnde te possit Roma laudare, &c.* Forum quoque suarium sub eiusdem Præfecti Vrbani cura quieuisse, idem Vlpianus loco citato testatur: verùm Cassiodorus *d* sic ait. *Suarij quoque Romanæ copiæ causa reperti tuo deputati videntur examini.*

Hodie tamen ad ipsum grasciæ Præsidem hæc notio spectat, qui summorum Pontificum Constitutionibus inhærendo edicta promulgat, quibus carne, oleo, cibarijs
B omnibus Romana Ciuitas abundet, immunitates, ac priuilegia conducentibus grasciam ad Vrbem concedit.

Pontificum sanctiones hac de re loquentes multæ sunt, præcipuè tamen Pij V. *e* qua cautum est, ne quoduis animalium genus extra ditionem Ecclesiasticam abducatur, reuocatis, si quæ essent, Cardinalis Camerarij concessionibus.

Hanc Gregorius XIII *f* Sanctionem confirmauit, & sub illius dispositione Archiepiscopos, Episcopos, aliosq. maiori etiam dignitate fungentes subiacere decreuit.

Clemens item VIII *g* super præmissis legem tulit, & confirmatis pœnis ab alijs prædecessoribus comminatis, alias & ipse addidit.

Habet etiam Pauli V. Sanctionem *h* præmissas omnes continentē, & confirmātem.
C Harum Constitutionum promulgādarum ratio potissima est, vt ex proemio constat, ne Romana Ciuitas, & qui sub Ecclesiasticæ Ditionis imperio reguntur, cibariorum caritate laboreut.

Grasciæ verò Præsidis edicta Card. Camerarij nomine promulgata solius Vrbis commoditatem respicere videntur, quod vt magis apertè noscatur, cuiusdam edicti summam hìc addere lubet.

Conducentem grasciam ad Vrbem, siue veniant, siue morentur, siue ad locum, vnde discesserant, reuertantur, pro ciuili debito, etiam Camerali obligatione valato, decem dierum personæ immunitatem habeant.

Si cum animalibus ad Vrbem venientibus in prædijs alienis damnum dederint, nulla habita pœnarum ratione, siue a legibus, siue a Statutis locorum inflictarum, ad solam damni illati refectionem teneantur.
D In transitu pontium, viarum, portarum ab omni vectigalium solutione immunitatem habeant.

Nulla Ciuitas, siue Oppidum, præsertim si per vnam dietam, spatio scilicet 20. mill. passuum ab Vrbe distent, etiamsi suorum ciuium necessitas vrgeat, animalia ad Vrbem venientia retineat, vel remoretur.

Si cum lanijs, qui ad cultum boues, & cœteta emunt animalia, contraxerint, pacta, & conuentiones initæ nullatenus violentur; si secus, ad interesse, & damna sarcienda, & iuramento damnum passi liquidanda pœnæ nomine compellantur, & si delicti grauitas postulauerit, quæstionibus ter premantur.

Ciuitates, & Locorum Gubernatores, ac Iusdicentes nullum conducentibus victualia ad Vrbem inferant, vel inferri permittant impedimentum, publicanorum temeritates, & concussiones repellant, auxilium denique, & patrocinium præstent.
E Quod etiam inter Pauli V. Sanctiones, *i* in ea, quæ Die Cœnæ Domini legitur, cautum reperitur in hæc verba. *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cuiuscumque fuerint ordinis, preeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quauis ecclesiastica, vel mundana præfulgeat dignitate, &c.*

a in l. 1. §. cura carnis, ff. de off. Præfect. Vrb.
b l. 1. C. de off. Præfect. Vrb.
c lib. 6. variar. in form. Præfect. annon. cap. 18.
d in form. Præfecti annon.
e Const. 108. §. 3. Bullar. nou. to. 2. pag. 315.
f Const. 50. Bullar. nou. tom. 2. pag. 420.
g Const. 49. §. 4. & per tot. Bullar. nou. tom. 3. pag. 65.
h Const. 10. seu 12. Bullar. nou. tom. 3. pag. 190.
i Bullar. nou. to. 3. Const. 63. aliàs 41. pag. 251.

Nec inter minimas quoque Imperatorum curas hæc fuit: adest enim Valent Nouell. 37. de suarijs, qua tenebantur Campani, Samnites, Lucani, Brutij, & Tusci, aliqui vnam, ex semis, alij duas decimas pecorum, quas habebant, Populo Romano exibere, ac tota hæc exhibitionis sūma ad tricies sexies centena viginti millia, idest triginta sex milliones, & viginti octo millia pondo carnis ascendebat, si rectum assignat ratiocinium Panzirolus, *a* quod tamen ex eodem Valent. Nouell. colligi posse affirmat, subdens, exhibitionem hanc aut in specie animalium, aut in pecunia numerata, exhibentium arbitrio fieri potuisse, & in Cod. Theodosiano *b* cautum reperiri. A

a in comment. notit. Imper. occident. cap. 5. de Præfect. annon. b l. 2. C. de suar.

Aestimabantur autem pecora pro anni fertilitate, & vsu temporum, vt modò senos folles, idest dimidium obuli pretium in singulas carnis libras non excederet, *c* Quæ quidem a grasciæ Præside in Vrbe etiam hodie retenta videntur; siquidem quolibet anno, Quadragesimæ potissimùm tempore, agnos intra quadragesimum ab Vrbe lapidem natos per ministros numeratores recenset, compellitq. eorum dominos necessariam Populo Romano copiam suppetere, eandemq in forum boarium adducere, vbi laniones hæc, & alia animalia ad cultum emunt.

c l. 3 Cod. Theodos. de suar.

Demum ad remouendum difficultates, quæ oriebantur, vt Lucani nomine suum, quos præstabant, solidos 6400. Campani 1950. penderent, alij pro pecore 950. solidos darent, statutum fuit. B

Atque hinc fortasse deductum est vectigal, quod in Ecclesiastica Ditione a Iulio III. introductum penditur, vt in singula carnis libra quadrans vnus fisco soluatur; subijciuntur verò solutioni bouum, vaccarum, vitulorum, bubalorum, ouium, caprarum, hircorum, agnorum, porcorū, suillarum, ceruorū, caprearum, aprorum, ac tandem cuiusuis generis bestiarum quadrupedum carnes, siue magnæ, siue paruæ sint, syluestres, seu cicuratæ, quæ ad vescendum hominibus inseruiant, hymnulis tantùm, & leporibus exceptis. Hæc, & multa plura ad rem pertinentia leguntur in Declarationibus, & Ordinibus super premissis editis, & pluriès impressis, signantèr Romæ in typographia Reu. Cameræ Apostolicæ anno 1615. cap. 1. & seqq. C

Habes præterea vectigal (salatū vulgò dicitur) pro carne suina a Pio IV. institutum; hoc ab Vniuersitatibus, illud a publicanis, qui tamen non leui acerbitate subditos, præcipuè rusticos premunt, in ærarium inferri solet.

Sed mittamus hęc, & vnde discesserat nostra, reuertatur oratio. Carnis diuidendę principium ab Aureliano Vopiscus *d* indicat, dum ait. *Idem & carnem porcinam Populo Romano distribuit, quæ hodie diuiditur.* Aliam quoque rationem, qua Roma carnibus abundaret, inuenerat Alexander Seuerus Imperator, Lampridio teste *e* in hæc verba. *Cum edulitatem Populus Romanus ab eo* (scilicet Alexandro) *peteret, interrogauit per Curionem, quam speciem caram putarent, illi continuò exclamauerunt, carnem bubalam, atque porcinam: tunc ille non quidem edulitatem proposuit, sed iussit, ne quis summatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem, tantumq. intra biennium, vel prope annum porcinæ carnis fuit, & bubalę, vt cum fuisset octominutalis libra ad duos vnumq. vtriusque carnis libra redigeretur.* Hæc Lampridius. D

d in eius vita. e in vita Alexandri Seueri.

Hinc collige, quomodo ex temporum varietate mores etiam, & viuendi ratio mutentur, siquidem bubala caro, quam Romanus Populus adeò enixè tunc postulabat, hodie in Vrbe nullo ferè iu pretio est, cum ex ea tantùm hebræi, & vilissima plebs vescantur, nec præter certo, & ferè extra Vrbem loco diuendatur: & sanè non immeritò, quia in thesauro sanitatis Castoris Durantis legimus, hanc esse carnem infimæ qualitatis, & addit carmina.

Bubalus hinc abeat, non intret prandia nostra,
Non edat hunc aliquis, sub iuga semper eat.

E

Sed fortè horum animalium raritas in Italia illarum carnium desiderium excitabat; constat enim Plinij ætate, bubalos solo nomine notos in Vrbe fuisse, ex ijs enim, quæ scribit, *f* nunquam se illos vidisse apparet, cum vituli, aut cerui figuram eis attribuat: primi autem bubali ex Aphrica creduntur aduecti, quibus castratis tortuosa gracilia longa nascuntur cornua, vt Aelianus *g* docet. Atque hæc de carnibus dixisse sufficiat. Illud autem non omittam

f lib. 8. cap 15. g histor. animal. lib. 12. cap. 18.

omittam, parcissimum illarum vsum antiquissimis Romanis fuisse, & cœnæ tantùm panem adhibuisse, prandio verò carnibus vesci solitos, non elixis, sed assis, & veru decoctis, aut frictis, Alex. ab Alex. *a* teste; & videndus est Tiraquellus, *b* qui ex Platone, et Homero probat Heroas non elixis carnibus, sed assis, vtpote salubrioribus, et illis potissimùm conuenientibus vsos fuisse: quod innuit etiam Virgilius *c* de Aenea, et socijs loquens

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant;
A *Pars in frusta secant, veribusq. trementia figunt:*

quo in loco Seruius; nam Heroas, inquit, non vescebantur elixis; et idem Maro. *d*

Subijciunt verubus prunas, & viscera torrent

Rebuffus autem *e* assas carnes in prandio non esse adhibendas, sed elixas, in cœnis assas veru, & potius hyemis, quàm æstatis tempore docet. Athletæ verò caseo, et fiscellis alebantur, et Athletarum primus carnibus vesci Stymphalius Bromeus
B cœpit, vt Pausan. *f* placet.

Sed cum scriptura oleo olens optimè olere dicatur, et plus olei, quàm vini insumendum sit à viro probo, de oleo, cuius etiam notionem habet grascię Præses, iam dicamus. Olei vsus creber Romæ propter balnea quotidiana fuit, et largitio antiqua; ait enim Liuius, *g* Scipionem, cui post Africani cognomen fuit, cum Aedilis esset, congium olei in vicos singulos dedisse; Plutarchus in C. Iul. Cæsar. enimuerò vt redijt Romã Cæsar ex Africa, primò victoriã suã apud populũ verbis iactauit, prædicans se tãtũ telluris subegisse, vnde quorannis in publicũ ducẽta millia atticorũ medymnorũ frumenti esset redditura, olei libr. tres millibus millenæ; itaut Suetonio teste, idẽ Cęsar post Africanã victoriam in capita denas olei libras dederit;
C et M. Agrippam in ędilitate salem, et oleũ dedisse in populum affirmat Dio *h* et ideo miratur Lipsius, cur Tacitus *i* quasi rem nouam in Nerone hoc narret his verbis: *præbitumq. oleum Equiti, ac Senatui Græca facilitate, &c.*

Ex Africa verò vectum fuisse oleum, et pro eodem pretio, quo emptum erat, populo venditum, ex Theod. Cod. liquet. *k* Pretium verò ex ipso oleo redactum denuò in emptionem eiusdem speciei versum, Vlpianus, *l* et Papinianus *m* docent.

Qui quidem mos etiam a Summis Pontificibus, quorum nutu Romana Ciuitas hodie sanctissimè regitur, retenrus videtur, dum certam pecuniæ quantitatem pro continua vbertatis annonæ manutentione certis legibus designatam habent, præ-
D cipuè tamen Sixti V. prouidentia commendanda erit, qui in hanc causam ducentorum millium scutorum summam erogauit, vt in sua Constitutione, *n* vbi de Congregatione annonę agit.

Et Constantinus A. ad Cerealem Præfectum annonæ scribens, *o* oleum vicenis follibus in libras venire præcepit; est autem follis duodecima pars oboli, puta noster quadrans, iuxta Panziroli *p* sententiam. Tantum verò olei Romam aductum est Seuero Imperatore, vt per quinquennium non solùm Vrbis vsibus, sed et totius Italiæ, quæ oleo ægeret, sufficeret, Spartiano teste: *q* et ab eodem Imperatore populo datum, quodq. Heliogabalus imminuerat, Alexandrum Seuerum restituisse Lampridius *r* in hæc verba demonstrat. *Oleum, quod Seuerus populo dederat, quod Heliogabalus imminuerat, turpissimis hominibus Præfecturam an-*
E *nonæ tribuendo, integrum restituit*: ac translatio vini, olei, et liquaminis ad barbaros nulli permissa erat, ex Valen. Grat. Imperat. Sanctione. *s*

Diuisio autem, seu distributio in populo hoc modo fiebat: Conueniebant quotidie Capulatores (sic enim appellabant ministros ad hanc rem pertractandam destinatos, vt ex Carone *t* liquet) cum Quæstoribus, seu potiùs Ratiocinatoribus in locum, vbi erat oleum populo diuidendum, vt hi rationes, idest olei quantitatem singulis datam, et accipientium nomina scriberent, illi verò Capulatores diuiderent; locus autem conuentionis erat in tertia Vrbis Regione apud Sex. Rufum, et P. Victo-

a dier genial lib. 5. cap 21.
b de nobilit. cap. 31. num 17?.
c lib 1. Æneid.
d lib. 5. Æneid.
e in tract. de pãnis aureis, &c. num. 39.
f lib 6. pag. 226.
g lib. 25.
h lib. 49.
i lib. 14. annal.
k l 1 C de mensor. olei.
l l. 2. §. ad frumenta, ff de admin. rer. ad Ciuit. pertin.
m l. fin. §. item rescripserunt, ff. eod.
n 74. § 2. Bullar. nou. tom. 2. pag. 513.
o l. 1. C. Theod. de mens. olo
p in comment. notit. Imper. occid. cap. 5 de præfect. annon.
q in vita Seueri ad fin.
r in vita Alexandri.
s l 1. C. quæ res exportari non debent.
t de re rustica. cap. 66. & 67.

a in 14 region. Vrb. in 3 region. vers. Schola- Quest. b de Vrb. Rom. in 5. region esquilina.

P. Victorem: ita Panzirolus. *a* Et in quinta Vrbis regione fuisse vicum a Capulatoribus dictum, vicus scilicet Capulatorum, docet Panuinius. *b*

Est etiam hodie in Vrbe vicus prope S. Mariam in Aquiro, vulgò gl'Orfanelli, ò Capranica nuncupatus, vbi multæ oleareæ tabernæ cernuntur, & Capulatores inhabitant: contra quos, & alios omnes, qui olei copiam in Vrbe impedire satagunt, grasciæ Præses edicta proponit, quorum vnius ab Alexandro Matthæio Cameræ Apostolicæ Clerico, & Præside die 15. Ianuarij 1610. promulgati breuiarium hic addere lubet. A

Nemo plus olei in cellis custodiat, quàm vnius anni familiaris vsus exigat, si quis maiorem habuerit quantitatem, intra quinque dies Tabulario deferat, vt monopolijs occurratur.

Capulatores, & mercatores, quicquid olei extra Vrbem acquisierint, vel emerint, intra quindecim dies ad Vrbem deferant, quin etiam pretium, locum emptionis, & nomen venditoris Tabulario indicent.

Cupedinarij, & qui oleum minutatim vendunt, certam olei quantitatem (pellem in Vrbe vocant) in tabernis habeant, si plus habere fuerint reperti, amissionis pœna, & quæstione rer infligenda mulctentur. B

Oleum mundum, & pluriès capulatum Saponarij non emant, sed amurea in sapone compaginando vtantur, utq fraudibus occurratur, si quid olei emerint, Tabulario statim deferant, nec illud minutatim vendant.

Qui oleaream artem exercent, tabernas fertilitatis tempore apertas, si sterilitas immineat, ne claudant, nec ab Vrbe fraudolenter absint, pœna etiam triremium, si Reu. D. Præsidi congrua videbitur, infligenda.

Olei nedum extra Ditionem Ecclesiasticam, sed etiam de loco ad locum, si Romæ terga vertat, extractio prohibetur, tunc autem tergorum versio animaduersione digna erit, si intra quadragesimum ab Vrbe lapidem fiat.

c in Amphitrio. prolog.

Oleum intra d. spatium, quadragesimi scilicet ab Vrbe lapidis, recollectum nemo ad mercimonium emat, ne dum ementium, & vendentium numerus augetur, olei quoque pretium augeatur, iuxta illud Plauti. *c* C

In nostris vultis mercimonijs emundis, vendundisque me lętum lucris afficere.

d in l. fin. C. quę res vendi nō possunt in princ.

& facit textus in iure ciuili, *d* ibi, *In prędam, lucrumque vertatur.*

Gubernatores, & locorum Officiales intra quadragesimum lapidem (quod spatium Vrbis districtus dicitur) quicquid olei in locis suæ iurisdictioni commissis recollectum fuerit, recepta a dominis prædiorum delatione, illam infra decem dies ad grasciæ Præsidem transmittant, qua dominorum nomina, quantitas, & recollecti olei loca dignosci valeant. D

Si quid fraudis in huiusmodi negocio committatur, Officialium locorum notio erit, qui prius grasciæ Præside consulto, ad pœnarum exactionem deueniant. Hæc potissimùm habentur in edictis tunc editis, quæ quidem quotannis renouantur, sicut & ipse Præses immutatur.

e l. 1. C de pretio piscium. f in vita Tiberij cap. 34. g lib 9. cap. 17. natural. histor.

Vinum quoque, sal, & ne cætera obsonia immodico venderentur pretio, pisces præsertim primæ qualitatis plus aureo in libras vicenas venirent, sicut hodie grasciæ Præses, ita antiquitus annonæ Præfectus prospiciebat, vti sancitum legimus in Cod. Theodosiano. *e* Ait enim Suetonius, *f* tres mullos (piscis species est) triginta millibus nummum venisse, qua de re Tiberius grauitèr conquestus fuit. Plinius verò *g* hęc scripsit. *Asinius Oler. è Consularibus hoc pisce prodigus Caio Principe vnum mullum scilicet mercatus octo millibus nummum.* Ideo valde necessarium fuit, vt hoc sub Præsidis grasciæ notione esset. E

h in vita Aureliani.

Vinum quoque, & porcinam carnem Populo Romano sub Aureliano Imperatore datam Flauius Vopiscus *h* scripsit, & epistolam ab eodem Imperatore Præfecto annonæ missam his verbis refert. *Aurelianus Augustus Flauio Arabiano Præfecto Annonæ. Inter cætera, quibus dijs fauentibus Romanam Rempublicam iuuimus, nihil mihi est magnificentius, quàm quòd additamento vnciæ omne annonarum vrbicarum genus iuui, quod vt esset perpetuum, nauicularios Niliacos apud Aegyptum, nouos Romę amnicos posui, Tyberinas extruxi ripas, vadū .... fumentis effodi; dijs, & perennitati vota constitui, almam Cererem consecraui, nunc*

tuum

tuum est officium Arabiane iucundissime elaborare, ne meæ dispositiones in irritum veniant; neque enim Populo Romano saturo quicquam potest esse lætius, &c. Addit idē Vopiscus. *Statuerat & vinum gratuitum populo dare, vt quemadmodum oleū, & panis, & porcina gratuita præberetur, sic etiam & vinum daretur, quod perpetuum hac dispositione conceperunt. Hetruriæ per Aureliam vsque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, iique fertiles, ac syluosi, statuerat igitur dominis locorum incultorum, qui tamen vellent pretia dare, atque illic familias captiuas constituere, vitibus montes conserere, atque ex eo opere vinum dare, vt nihil redditũum fiscus acciperet, sed totum Populo Romano concederet; facta erat ratio doche cuparum, nauium, & operum, sed multi dicunt, Aurelianum ne id faceret præuentum, alij a Præfecto Pretoris sui prohibitum, qui dixisse fertur; si & vinum Populo Romano damus, superest vt & pullos, & anseres demus.* Hæc Vopiscus.

Salem quoque Populo datum a M. Agrippa in ædilitate testatur Dio, *a* non propter naturalem modò fertilitatem, & repetitam in alimonijs gratiam, sed amplius quia sit amicitię symbolum, vt Rhodig. *b* ait: vnde & hospitibus apponitur ante cibos alios, quo innuitur amicitiæ firmitas, enim durationis causa corporum plerisque pernoscitur sal; aut quia velut ex aquis sal multis, & fusilibus coit solidum quiddam, & vnum sic ex diuerso conuenientes coalescunt animis. Salis quoque pretium Statutum a Valentiniano A. ex Cod. Theodosiano *c* liquet, dum laridi in 80. libras, olei tantundem taxauit, & duodenos modios salis, quod in gratiam militum factum fuisse autumat Panzirolus. *d* Cum autem Tragasco salis vectigal Lysimacus iniunxisset, euanuit, mox denso succreuit, vt Rhodiginus *e* ex Atheneo colligit. Et inter Regalia Principis salem esse, notum est in libris feudorum, *f* & nos aliàs latè diximus in tract. de Thesaurario Papæ, cap. quibus pensitationibus ditetur ærarium.

Cum igitur multis hac de causa curis detentus esset Præfectus annonæ, & grafeiæ, a tutelis, & curationibus excusabatur, vt est Hermogeniani responsum *g* in hæc verba. *Administrantes res Principum, ex indulgentia eorum, licèt citra codicillos a tutela, itemq. cura tempore administrationis delata excusantur; idemq. custoditur in ijs, qui Præfecturã annonæ, vel vigilum gerunt*: & officium proprium, & apparitores ab Officio Præfecti Vrbis separatos habuisse, ex Antonin. Imper. responso *h* manifestum fit: quibus quidem apparitoribus Centurio præerat, Scæuola dicente, *i* quòd Centurio ex Officio annonæ missus sustulit culleos ex horreo Seij ad Annonam.

a lib. 49.
b lect. antiq. lib. 12. pag. 807.
c l. 17. C. de cohortalib.
d in comment. notit. Imper. occid. cap. 5. de Pref. fect. annon.
e lect. antiq. lib. 9. cap. 12. pag. 463. A.
f lib. 2 feud. tit. 56 quæ sint regal.
g l. 44 ff. de excusat. tut.
h l. 3 C. Theod. de ann. l. 4. eod. C. Theod. de canon. frument. l. 1. C. de appar. sor. Præfect. annon. lib. 12.
i l. fin. § Titius, ff. de pignor. act.

CAPVT LI.

De Præfecto Annonæ.

PRæfectus annonæ etiam apud antiquos maximo in honore habitus est; & primus omnium Lucius Minutius fuit ab expulsis Regibus anno decimo quinto, Appio Claudio Sabino, & Pub. Seruilio Prisco Consulibus, vt testatur Pomponius Lætus, *K* & ante eum Titus Liuius. *l* Pompeius quoque eo anno, quo M Tullius Cicero ab exilio reuocatus fuit, hanc Præfecturam habuit, vt patet ex eodem Tullio. *m*

Et cum esset Officium, seu Magistratus extra ordinem, *n* ordinarium fecit Augustus, vt in eius vita docet Suetonius; & ait Panuinius; *o* sed latius eruditissimus Decianus, *p* qui verba Cassiodori, *q* ad ostendendum quanto pretio haberetur apud Romanos hæc Dignitas annonæ Præfecti, describit, ac refert, videndus, quia multa alia pulcherrima hanc materiam concernentia narrat per torum d. cap.

Quod etiam nostra ætate euenisse vidimus; siquidem in principio cuiusuis anni prima sessione, quæ in Camera Apostolica celebratur, ad instar aliorum Officiorum inter ipsos Clericos diuidendorum, hoc etiam Præfecti annonæ sorte extrahebatur, per annum tantummodò duraturum. Gregorius verò XIII. rei grauitatem considerans, non sorte, sed matura animi deliberatione virum tanto negocio, & Magistratui idoneum ab ipsomet Pontifice, & ad Sedis Apostolicæ beneplacitum eligendum du-

K de Magistr. Roman. cap. de Præfect. annon.
l lib. 4. histor fol. apud me 45. sub litera l.
m in oratione pro domo.
n l. 2 §. post aliquot, vers. nam Præfectus annonæ ff. de orig. iur.
o de Ciuit. Rom. com. de Magistr. fol. apud me 597.
p tract. crim. lib. 7. cap. 22. de frau dant aut onerãt. annon nu. 8. & g.
q lib. 6. variar. cap. 18. collatio Præfectur. Annonæ Vrbis.

dum duxit, in sua Constitutione, *a* vbi etiam plenissimè habes de iurisdictione, & facultatibus Præfecti annonę Vrbis, totiusque Status Ecclesiastici

Et curam frumentorum, aliarumque frugum, quæ in publicis horreis conseruari debent, spectare ad annonæ præfectum est textus videndus, *b* vbi onus imponitur ipsi Præfecto, vt per se ipsum inspiciat domos, & horrea publica, ne per pluuiam, vel quid simile publica frumenta corrumpantur: at si fortè vetustate, vel aliqua alia causa corrumpantur, poterit fruges corruptas cum incorruptis commiscere, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat, vt vbi, *c* vbi etiam A
Lucas de Penna; sed ad hanc conclusionem omnino videas quę scribunt Anton. de Burg. *d* & Franc. a Ponte. *e*

Cognoscit etiam causas inter Pistores Vrbis incidentes ipse annonę Præfectus in vim Constitutionis Sixti V. *f* quod videtur desumptum ex iure ciuili, *g* vbi in allegata l. glossa notat, Pistores fuisse subiectos iurisdictionis Comitis horreorum; & omni tempore, ferijs quibuscumque non obstantibus, de eis ius dicitur, vt est text. cum glossa, *h* quæ in verb. Pistoris, declarat, vt bonum panem faciant, non in alijs eorum causis, & reddit rationem, quia omni tempore pane egemus.

Poterit etiam Præfectus annonæ competentibus, & solitis obsequijs mancipare omnes naues, & quodcumque nauigium in alueo Tyberis inuentum ad onus B
Reipublicæ necessarium agnoscendum, & signantèr frumenta transportandum, vt textus ad literam. *i* Et si nauicularij per rectam viam non vadunt, & species publicas distrahunt, capitali pœna puniuntur. *K* Ac si publica necessitas exigat, nullam nauem esse excusandam ex quocumque priuilegio inserto, vel non inserto in corpore iuris, & tex. in iure ciuili, *l* & vtrobique Lucas de Penna. Immo quòd possit etiam animalia priuatorum capere, si necessitas Reipublicę adsit, habetur quoque in iure ciuili, *m* & apud Lucam de Penna, *n* qui ex pluribus probat hanc conclusionem, soluta tamen competenti mercede. Et frumenti portitores ad sarcinam priuatam suscipiendā compellendi non sunt, quòd si contrarium fuerit actum, non in dispendium solum, atque naufragij damnum tenebitur, verùm etiam publicæ coercitionis experietur rigorem. *o*

Impedientes verò delationem frumenti ad Vrbem qua pœna sint puniendi, vide C
Gregorij XIII. Constitutionem, *p* vbi excommunicationis maioris, & læsæ maiestatis pœnam incurrunt, atque nulla personarum ratio, etiam S. R. E. Cardinalium habetur: & in §. 3. prohibetur sub iisdem pœnis emptio cuiusuis tritici, ordei, liguminum, omnisq. generis frumentorum, & frugum quantitatis, præterquam pro suo, suarumq. familiarum vnius anni dumtaxat vsu: Et concordat Clementis VIII. Constitutio, *q* & Pauli V. Sanctio: *r* sed vide etiam pulchras Sanctiones Gratian. Valent. & Theod. *f* quibus vetita est emptio frumenti in litoribus, ne detur materia delinquendi, & portandi ad hostes: similitèr prohibita est emptio, & venditio frumenti ad vsum exercitus destinati, ne in prędam, lucrumque mercatorum vertatur.

Et quoad emptionem specierum vltra vsum proprium, eiusq. prohibitionem est D
tex. in l. vnic. C. de monopolijs: est autem monopolium conuentio plurium mercatorum bono publico obuians, ex Felino, *t* & ante eum Hostiens. *u* apud quem habes; vnde dicatur monopolium, & tradunt Doctores, *x* Gramm. *y* sed latius vide apud eruditissimum Tiberium Decianum. *z* Et cum regularitèr inter dominum, seruumque iudicium constare non possit, *a* tamen fallit in causa annonæ. *b* Nec mulier in accusationibus publicis admittatur; *c* tamen in hoc admittitur; *d* & vide etiam l. 2. & totum hunc titulum de annona, quia optimè facit ad hanc rem.

De materia autem collationum, quæ in plerisque Ciuitatibus pro vbertate annonæ ab ipsis ciuibus fiunt, & quomodo faciendæ sint, videre poteris titulos Codicis *e* integros, vbi etiam Lucas de Penna: de materia autem annonæ Ciuitatum E
optimè scripsit Franc. a Ponte, *f* quem omnino videas.

Et Officiales, quibus committitur cura vbertatis annonæ, posse in Ciuitatibus ordinare quantum frumentum possit qualibet die, & quolibet mense vendi, notat Bartolus, *g* qui etiam notat, ex inordinata administratione crescere egestatem; quod

a 25. inter ceteras § 1. Bullar. nou. tom. 2. fol. 402.
b in l. 1. & toto tit. C. de condit. in pub. horr. lib. 10.
c l. 1. & 2.
d in repetit. c. 1, incip. quod hoc. nu. 32. & 33. de empt. & vendit.
e de potest. Proreg. tit. 2. de abūdantia, in prin. nu. 17.
f 36. Calestis Pater, § 6. eod. Bullar, tom. 2. fol 536.
g in l. vnic. C. de pistorib lib. 11.
h in l. publicas, C de ferijs.
i in l. vnic C. de naue. Tyber. lib. 11.
K l. qui fiscales, C. de nauicular. lib 11.
l in l. iubemus. C. de nauib. non excusand. eod lib. 11.
m l. 1 ff. de muner. & honor. & l. fin. §. Titius, ff. de pign. act.
n in l. 2. num. 6 C. ne rustic. ad vllum obseq. lib 11
o l. vnic. C. ne quid. oneri publ. imponat lib. 11.
p 50. inter multiplices. § 2. Bullar. nou. tom. 2. fol. 420
q 49 frumenti. §. baronibus, d. Bullar. tom. 3 fol. 65.
r 12. aliàs 10: inter grauissimas, eod. Bullar. & to. fol. 190.
f in l. 3. & 4. C. quæ res vendi nō possunt.
t in c. accedētes, in pri. de prescript.
u in summa tit. de Syndico, §. quid societas, vers. corpus autem.
x in d. l. vnic. de monopol.
y decis 100. in causis Vniuersitatis, nu. 12.
z tract. crim. lib 7. cap. 21. de monopolijs. *a* l. seruus, C. de iudic. *b* l. 1: ff. ad leg. iul. de annon. *c* l. de crimine. C qui accusare non poss. *d* l. fin. ff. eod. tit. ad leg. Iul. de anno. *e* de annonis, & tribut. lib. 10. & de canon. frumentat. Vrbis Rom lib. 11. *f* in tract. de potest. Proreg. tit. 2. de abundantia Ciuitatis. *g* in l. vnic. nu. 2. C. de frum. Vrb. Constantinop. lib. 10.

quod etiam adnotauit ibid. num. 1. Lucas de Penna, quem vide; de Præfecto annonę latè etiam scripsit Panzirolus; *a* videndus etiam Lipsius. *b*

Scias etiam debitoribus ex causa panis dilationes dari non posse, nec ad cessionem bonorum admitti; & contra eos a quocumque iudice procedi, ex Constitutione Iulij III. *c* Et in causis discussionis Pistores, & alij pro pretio panis præ-
A rendi sunt, ex Gregorij XIII. Constitutione. *d* Hoc autem non procedit in frumento, quia latior est significatio frumenti, quàm panis, ex Corsetto. *e*

Quoniam verò nullum omnino studium reperiri potest, quod rei frumentariæ, ac tollendis annonæ difficultatibus magis conferat, quàm agrorum cultura, & homines ad hos colendos allicere; qamobrem valdè supportandos esse rusticos tanquam ad Rempublicam sustentandam maximè necessarios, scribit Lucas de Penna, *f* addens pro ipsis propter culturam agrorum nonnulla specialia contra iuris rationem constituta, vt est Iustiniani Imperatoris Sanctio; *g* & confert Alpheni I. C. responsum; *h* videnda est etiam Friderici II. Sanctio ab Honorio III. confirmata. *i* Ideo supra modum in hoc Summorum Pontificum vigilantia, & solicitudo commendanda videtur, quippe qui multas hac de re Constitutiones ediderunt, a
B Clemente VIII. *K* & Paulo V. *l* vltimo loco innouatas, & auctas.

Clemens enim VIII. Baronibus, Domicellis, & alijs quibuscumque, etiam S. R. E. Cardinalibus præcipit, ne vasallis extra eorum Statum agros colere prohibeant. §. 3.

Ordinationes, edicta, bannimenta agriculturam, & annonam concernentia, ijsdem Baronibus, &c. promulgare vetuit. §. 4.

Clericis in bonis proprijs agriculturam exercere permittit. §. 5. Et a iure communi permissum quoque esse docet Tiraquellus *m*.

Vituli in mensibus Martij, Aprilis, & Maij nati pro tertia saltem parte alantur. §. 6.

Boues, & iuuencos ad aratrum idoneos nullus lanio, siue macellarius mactet § 7.
C neque extra territorium, & districtum Vrbis extrahat. §. 8. Quod verò diximus, boues ad arandum aptos mactari non posse, id etiam iure communi cautum scias, vt post alios, quos refert, Menochius *n* scribit, ac etiam docet, qua pœna puniantur exequutores, qui pignori capiunt boues aratorios, & instrumenta rusticalia: vide Constitutionem Friderici II. ab Honorio III. Pontifice confirmatam. *o*

Verùm Paulus V. firma remanente in rebus arduis Congregatione S. R. E. Cardinalium super vbertate annonæ, a Sixto V. vt diximus, instituta, ad excitandos agricolas dormientes, & artem agriculturæ restituendam, augendamque (vt verbis illius vtar) aliam Prælatorum, & egregiorum virorum, nempe Thesaurarij generalis, annonæ Præfecti, grasciæ Præsidis, Cameræ Apostolicæ Commissarij gene-
D ralis, Pontificiæ domus Pręfecti Congregationem ordinauit, quibus vt quintodecimo quoque ab eis statuendo die in vnum conueniant, ac de arte agriculturæ restituenda, & augenda, laborerijs, & pascuis diuidendis, atque vendendis, & de statu annonæ, ac grasciæ, rebusq omnibus illam concernentibus inuicem conferant, tractent, & diligentèr perpendant, iniunxit, atque mandauit. *p*

Boues aratorios, vel ad arandum aptos ad effectum mactandi mercari, vel contractus iniri, quibusuis personis secularibus, & ecclesiasticis, etiam S R. E. Cardinalibus, & ecclesiasticæ Ditioni mediatè, vel immediatè subiectis omnino prohibuit. §. 3.

Dohanerij, & publicani tam in Vrbe, quàm alibi pro contractibus prædictorum animalium nihil recipiant, neque in ipsorum libris referant, nisi prævia Com-
E missarij a Pręfecto annonę deputati inspectione. §. 4.

Lanijs, & alijs animalium mactatoribus, ne sub pecuniaria, & fustigationis Præfecti arbitrio pœna boues hosce mactent, districtè præcepit. §. 5. Clementis VIII. & aliorum Pontificum in præmissis editas Constitutiones innouauit § 6.

Greges, siue armenta vaccarum, quas vocant albas, habentibus, vt ex centum vaccis viginti quinque iuuencos ad vsum agriculturæ quotannis nutriant, vaccarumq. numerum Præfecto deferant sub certa pœna mandauit. § 7.

Agricolis subuentionis titulo scuta mille, vel aliam summam a Præfecto annonæ mutuandam, duorum pro centenario nomine meriti accepto emolumento tradendam edixit. §. 11.

a in comment. constit. Imper. ec. c. ...
b in C... lib. 1 electar. cap. 8. de frumentatione.
c 18 Bullar. nou. tom. 1. fol. 711.
d 71. Bullar. eo. 2. fol. 4 3.
e sing 123. verb. frumentum.
f in l. 1. nu. 10. C. de agric. & cé. sit lib. 11.
g l. fin. §. vlt. C. de seruitut.
h in l. vtetnus ff. de aqua plu. arcen.
i §. vlt. Bullar. nou. tom 1. pag. 44 Constit. 1.
K Constit. 72. Bullar. nou. tom. 3. pag. 102.
l Constit. 70. aliàs 48 d. Bullar. pag 262.
m tract. de nobil. cap. 32 nu 3.
n de arbitrar. iu. dic. lib. 2. casu 378 nu. 4 & per tot.
o Constit. 1. §. vlt. Bullar. nou. tom 1. pag. 44.
p d. Constit. 70. aliàs 48 §. 2.

Quæ à Clemente, & alijs de vasallis artem vbicumque exercere volentibus à do-
minis non molestandis, agriculturæ priuilegijs frumenti sub certa lege extractioni-
bus permittendis sancita fuerunt, denuò concessit, & innouauit, §.8.9. & 10.
Patet igitur ex iam dictis, Summos Pontifices non vulgare adhibuisse curam, &
diligentiam, vt homines ad agros colendos allicerent: etenim, vt Plutarchus air, *a* A
Nullum studium est, quod tam aerem, tamque celerem pacis amorem hominibus
ingenerct, quàm victus agricultura quærendus; & Cicero *b* *Omnium rerum*, in-
quit, *ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, ni-*
hil dulcius, nihil homine libero dignius. Neque hanc artem nobilitati derogare
pluribus probat Tiraquellus. *c*
Et quamuis non liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & obseruare,
vel colere elementa, aut Lunæ, aut Stellarum cursus, aut inanem signorum falla-
ciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas; *d* syde-
rum tamen obseruationem in agris colendis, sicut etiam in re nautica, & medica
vetitam non esse, ex ijs, quæ Sixtus V. *e* contra exercentes artem astrologiæ iudi-
ciariæ edixit, colligere fas est; & quæ in præcitato Canone *f* sancita sunt, ad ina-
nes vtique gentium superstitiones à Barnaba Brissonio *g* relatas referenda erunt: B
quem quidem Brissonium, si antiquorum ritus, in agris colendis, & lustrandis,
si deos, deasque ab agricolis in honore habitas, si denique multa ad animum po-
litioribus literis erudiendum cognoscere cupis, tu consule.

CAPVT LII.

De Archiuiorum Præfecto.

Archiuium ab arca dicitur, & est locus, seu armarium publicum, in quo C
libri, ac instrumenta, seu acta ponuntur. *h* Nec esse Archiuium, nisi sit
locus publicus, dixit Rota. *i* Dicitur aliquando locus, in quo sacra vasa
reponuntur ad custodiam *k*
Archiuia autem scripturarum stare debent in Palatijs Magistratuum, vt notat Ma-
strillus, *l* & colligitur ex iure ciuili, *m* ibi, *deinde eum nullum habeant Archiuium*
in quo gesta apud se reponant, deperit, quod conficitur, &c. pondera verba, *apud*
se, quæ particula ad personam, vel locum simpliciter refertur; vt Spicileg. *n*
Claues verò Archiuiorum à Consulibus Ciuitatum retinendæ sunt, vt probant
Guid Pap. *o* & Ripa, *p* quos refert Auendag. *q* Nec vna tantùm clauis, sed duæ
ad minus, & diuersæ, non vniformes, nec ab vno, sed à duobus retinendæ sunt,
vt legitur, & notatur in iure Canonico, *r* ibi, *erunt duæ claues diuersæ, quarum* D
vnam vnus, aliam alius tenebit: & licèt textus hic loquatur de carceribus hęreti-
corum, tamen ad Archiuium extendit Auendag. *f*
Et cum aliquando orta esset differentia inter hæredes Notariorum prædefuncto-
rum, & Custodes Archiuiorum super retentione clauium; siquidem hæredes præ-
tendebant retinere claues capsarum, in quibus instrumenta suorum auctorum ser-
uantur, ideo Sacra Congregatio Boni Reginis ita rescripsit. *Non obstante quacū-*
que prouisione contraria, seruentur ordines pluries dati per Sacram Congregationem,
quòd solus cōductor Archiuij, retineat claues Archiuij, & scripturarum in eo existen-
tium, & sibi per inuentarium consignatarum: & Prætor Prouinciæ vltra pœnas con-
tra dictos conductores iniunctas casu quo appareat fraudasse dictos hęredes, proui-
deat pro sua prudentia eorundem indemnitati, &c.
Insuper cum ex forma bannimentorum Notarij teneantur tradere cōductori co- E
pias instrumentorum rogatorum, recepta competenti mercede, quam quidam re-
cipiebant, copias verò non dabant, eadem Sacra Congregatio censuit, vt infra.
Notarij vel tradant cum effectu copias instrumentorum Archiuio, vel puniantur, si
pro copijs à partibus mercedem recipiant, & illas non consignent Archiuistæ, quacū-
que prouisione, seu concessione in contrarium facta non obstante, vt in dictis petitio-
nibus, & responsionibus respectiuè factis Prouinciæ Marchiæ pag 6.
Atque huiusmodi Archiuia in qualibet Ciuitate instituenda esse sanciuit Iustinia-
nus Imperator, *t* ex quo Angelus, & alij notāt, & colligūt hoc ex verbis ipsius textus.
Et hanc Iustiniani Sanctionem non dedignatus fuit imitari recol. mem. Sixtus V.
Pont.

a In vita Num. Pompilij.
b lib.1.officior.
c de nobilit. cap. 32. per tot.
d c. non liceat 26 q.5.
e Const.17. Bull. nou. tom. 2. pag. 510
f non liceat 26. q.5.
g de formulis, & solemnib Pop. Rom verbis lib.1 pag.52. & 60.
h auth. ad hęc, C de fid instrum. c. peruenit, & ibi glo. in verb. Archiuijs, 30. q.1.
i coram Puteo decis. 384. nu.3. lib.3.
k auth quib. mod. natur effic. legit. §. illud quoque. vers. si verò, & ibi glos. in verb. Archiuijs, & ead. glos. in auth de defensor. Ciuit. §.1 in verb. Archiuium Vitalin. in Clem. vnic §. porrò, num. 42. de iureiur.
l de Magistrat. lib 3. cap.9. de pa atij Mag n.13.
m auth dedefensor. Ciuit §.1.
n in lexic. iur. verb apud; & facit tex in l. id apud se, 143. ff de verb. signif. & plenius in l. 63. penes se. vbi Alciat. ff. eod tit.
o consf.1. nu.4.
p in tract. de peste in 2 par nu.425.
q de exequend. mand. par.1. cap. 21. in prin.
r in Clem. vnic. §. sanè de hæret.
f loco cit num.1. vers quo claues.
t in auth de defens. Ciuit. §. penult. pr æterea verò

Pont. Max. dum & ipse Constitutionem edidit, quæ legitur impressa, *a* vtque maturiùs, & maiori cum diligentia res tanti ponderis exequeretur, ipsius Archiuij Regentem, multis priuilegijs decoratum, & iurisdictione suffultum instituit, & ordinauit, vt in alia eiusdem Pontificis Constitutione immediatè sequenti, quæ pariter incipit, solicitudo ministerij, &c. Vide Quarantam. *b*

A Sed hodie hoc munus ab Eminentiss. Card Camerario, & ab vno ex Reu. DD. Cameræ Apostolicæ Clericis, quolibet anno forte extrahendo, regitur, & sustinetur, vt aduertit Cherubinus senior, *c* addens, supradictum officium Regentatus Archiuij fuisse iam suppressum; quo verò ad electionem in Camera forte faciendam, legitur in eadem Bulla. *e*

Dictorum autem Archiuiorum capitula, & ipsius Regentis facultates, ac priuilegia cum publicè circumferantur, & nota sint omnibus, hic plura non addam; si quis autem illius desiderio teneatur, sciat, hæc vltimo loco impressa fuisse apud Impressores Camerales die 8. Martij 1630 Hieronymo Bonuisio Cameræ Apostolicæ Clerico, & Regente.

B Verùm in Vrbe licèt Iulius II. *e* & Leo X priuilegia quædam Scriptoribus Archiuij Romani concessissent, Pius tamen V *f* præmissa confirmatione dictorum priuilegiorum, Notarios causarum ciuilium cuiuscumque Iudicis Commissarij, etiam S.R.E. Card. eosdem Scriptores deputauit, vt ibi.

Sed cum in erectione Archiuiorum in Ecclesiastica ditione à Sixto V. vt diximus facta, alma Vrbs excipiatur, sanct. mem. Vrbanus VIII animaduertens, graue hoc negocium vbicumque necessarium esse, etiam in Vrbe Archiuium de suo nomine Vrbanum nuncupandum certis capitulis, & priuilegijs instituit, ordinauitquè; ca potissimùm ratione, vt in eo testamenta, donationes, legata, vltimæ voluntates, instrumenta denique omnia habentia tractum successiuum, & quæ futuris temporibus vsui esse poterunt, vel saltem eorum copiæ reponantur, & collocentur: vtq; in præmissis debita circumspectione procedatur, vt par est, Eminentiss. ac Reuerendiss. Antonium Card Barberinum eius ex fratre nepotem huic Archiuio Vrbano præfecit cum facultatibus necessarijs, & oportunis, præcipuè eligendi, ac de-

C putandi Ministrum, & Ministros pro receptione, & custodia scripturarum illuc delatarum, & ferendarum; quæ quidem electio, & deputatio Ministri necessaria dicitur, ad hoc vt Archiuiorum scripturæ fidem faciant.

Quatuor enim requiruntur, ad hoc vt iura, & scripturæ ex Archiuijs desumptæ fidem faciant in iudicijs, & probent. Primum est, vt Archiuio præpositus sit Officialis publicus. Secundum, vt scriptura sit reposita inter alias scripturas authenticas. Tertium, vt consuetudine detur eis fides. Quartum, vt habeat testimonium officialis, ea scilicet scripsisse, vel attestetur esse scripturam Archiuij publici: ita notantèr scribit Crauett. *g* quem refert, & sequitur Menoch. *h* & quod attinet ad quartum requisitum, vt scilicet in scriptura apposita sit manus Præfecti Archiuij, attestantis, scripturam esse extractam ex Archiuio, voluit Rota Romana, *i* post

D Felin. *k* qui rem hanc latiùs prosequitur.

An autem Archiuium det robur scripturæ non authenticæ? negatiuè respondit eadem Rota; *l* & magis apertè in causa Britonorien *m* vbi quæritur, an instrumenta concessionis in emphyteusim de anno 1355. & 1466. reperta in Archiuio Rauennatensi sint in forma probanti? & negatiuè fuit responsum: primò quia erat simplex copia, nec Notarius apposuerat, *Ego talis Notarius rogatus præmissis interfui, &c.* Secundò quia non aderat signũ Notarij; nec sufficit simplex subscriptio Notarij, sed requiritur, vt dicat, *Rogatus, &c.*

Nec etiam sufficit, quòd Officialis Archiuij, seu Notarius exhibens scripturam in Archiuio dicat illam inuenisse inter rogitus, & protocolla Notarij publici, quia

E vltra attestationem Notarij requiritur, vt per alios testes recognoscatur, scripturã esse ex rogitibus illius Notarij, ex cuius protocollo desumptam fuisse affirmatur, prout in d. decisione videnda, *n* quæ fuit confirmata in alia decisione *o* eiusdem Putei, & coram Gregorio XV *p* & ibi Beltramin. in vltima addit.

Sed numquid consuetudine induci possit, vt scripturis priuatis in Archiuio repertis adhibeatur fides? affirmatiuè respondet Felin. *q* & est optimus textus in iure Canonico, *r* vbi ex consuetudine induci potest, vt adhibeatur fides scripturis etiam sine illa qualitate, quòd sint in Archiuijs publicis reconditæ, prout etiam aduertit Felinus loco citato, declarans, d. c. cum dilectus, procedere etiam in consuetu-

a Bullar. nou. tom 2 pag. 636. & 637. Constit. 83. incip soli cura do.
b in summa Bullar. verb. Archiu.
c in princ. d. Bullo 83. Sixti V. d 9.5. in fin.
e Constit. 15. Bullar. nou. tom 1. pag. 87.
f Constit. 87. d. Bullar. tom. 2. pag. 287.
g de antiq. temp. in 1 par. princip. vers quartò limitatur, nu. 1. pag. apud me 82.
h conf. 708. n. 13.
i apud Puteum decis. 384. in causa Toletana. nu. fin. lib. 3. in nou
K in c. ad aud entiam, num. 11. de præscript. on.
l in d. decis. 384. Putei nu. 2.
m decis. 430. eiusdem Putei lib. 2. per tot.
n 430 per tot.
o 441. nu. 1. lib. 2
p decis. 339. n 4.
q in c. ad audientiam, n. 11. vers. tertiò quod, de pr. script.
r in c. cum dilectus, de fide instrum.

dine validante, scripturam aliàs simpliciter inualidam: opinionem verò Io. Andr. Bal. & Innoc. locis ab eo citatis contrarium innuentem habere locum, quando consuetudo approbat scripturam aliàs inualidam, concurrentibus duobus, videlicèt loco Archiuij, & authoritate officialis, vt ibi per eum.

Sciendum tamen est, alleganti talem adesse consuetudinem inesse illi onus probandi; ita Felinus, *a* qui ponit casum de quodam fideiussore certi darij, dicente se exactum a fisco, & soluisse pro debitore, & ostendebat scripturam factam ab Officiali de receptione, in qua non erat subscriptio notarij ipsius Officialis; & oportuit probare, quòd de consuetudine tales subscriptiones non erant in vsu, & quòd cautiones factæ ab Officiali faciebant plenam fidem, vt ibi per eum; & ait esse menti tenendum pro soluentibus collectas; videndus est etiam Puteus. *b* A

Sciendum secundò, huiusmodi consuetudinem non ligare eos, qui non sunt subditi illius loci, vbi talis viget consuetudo; ex Alexandro, *c* Puteo, *d* Felino, *e* viden. Mascardus, *f* Rota apud Caputaquensem. *g*

Sed hodie in Statu Ecclesiastico contrarium erit dicendum, vt scilicet comprehendantur omnes Sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè subiecti, propter Constitutionem Sixti V. *h* quia hæc habet vim legis, & ligat omnes Sedi Apostolicæ subiectos, vt obseruat Cherubinus iunior; *i* optimè facit Felinus, *K* qui videtur firmare, instrumenta Archiuij fidem facere inter subditos etiam extra territorium, & inter Ciuitates confœderatas. Quibus ita firmatis, non ab re putaui quosdam casus referre, qui de facili euenire possunt. B

Primus erit. Quidam notarius fuit rogatus de quodam contractu in loco extra Statum Ecclesiasticum; hic portauit matricem absque extensione instrumenti in vnum ex Archiuijs Status Ecclesiastici, vbi Archiuistæ ex præcitata Constitutione Sixti V facultatem habent extendendi instrumenta aliorum notariorum; quæsitum est, an hic Archiuista possit extendere hoc instrumentum? Et negatiuè respondit Rota, *l* quæ concludit, quòd tale instrumentum erit extendendum per notarium, qui de eo rogatus fuit, vel si hic mortuus erit, de mandato iudicis loci, in quo instrumentum rogatum fuit; & ita etiam disponitur in bannimentis generalibus Archiuiorum, editis, vt diximus, die 8. Martij 1630 cap. 13. Ratio potest esse, quia hoc Archiuistarum priuilegium est strictè interpretandum, vt in d. decisione. *m* C

Alius casus est. Volo ex Archiuio scripturam in qua nullum habeo interesse, numquid Archiuista poterit illam mihi denegare? Et negatiuè, non posse inquam scribit Angelus, *n* quem refert Cherubinus iunior. *o*

Tertius erit casus. Si duæ scripturæ concurrant ambo priuatæ, quarum altera reperiatur extra Archiuium, altera verò in Archiuio, quænam istarum habebit potiorem fidem? Dicas illa, quæ reperitur in Archiuio, quàmuis maiorem contineat summam, & obligationem eiusdem personæ; ita Romanus, *p* qui loquitur de quodam fideiussore ad fauorem cuiusdam Communitatis; & idem tenet Felinus, *q* & Marsilius. *r* Quæ conclusio absque vlla hæsitatione procedit in Ecclesiastica Ditione, ex dispositis in Bulla Sixti V. & Bannimentis in vim illius emanatis: causam enim in illis habes cap. 8. & 9. scripturam esse nullam, & inualidam, quæ intra quindecim dies non fuerit in Archiuio exhibita. D

Et scripturam Archiuij publici potiorem habere fidem, quàm testes, & eorum depositioni præferendam, probatur in iure ciuili, *s* & dixit Romanus, *t* quem sequitur Bartholomæus Cassan. *u* & obseruat Mandosius. *x* Hanc tamen conclusionem intelligendam puto iuxta opinionem Felini, *y* dicentis, tunc scripturas priuatas ex Archiuio publico desumptas plenam fidem facere, quando loci consuetudo ita disponit, res agitur intra territorium, & inter subditos illius territorij, in quo impositum est Archiuium, ex Caputaque. *z* Quia tunc consuetudo, & authoritas Officialis facient scripturam de non authentica autenticam, vt ibi per eum; qui quidem Felinus nititur concordare Abbatem, & Aretinum de hac re loquentes. *a* Et fortiùs procedet hæc opinio, si concurrant illa quatuor, quæ supra retulimus ex Crauetto, & Menochio, & Caputaquensi. *b* Quàmuis in Ecclesiastica Ditione hanc quæstionem euanescere putemus propter Constitutiones pontificias supra relatas, quæ, vt diximus, faciunt ius. E

An autè apoca nullo suffulta testium adiumento, reperta tamè in Archiuio publico plenè probet? Affirmatiuè scribunt Mascardus, *c* Bartolus, & alij multi per eum

a loco cit. nu: 18. vers. nona conclusio.
b d. decis. 441. nu. 2. lib. 2. in nou.
c Cons. 16. nu. 5. & cōs 23. num. 6 lib. 5.
d ead. decis. 441 nu 2. vers. & si probaretur.
e d c. ad audientiam, nu 12 in 3. conclus. de præscript.
f de probat. conclus 976. nu. 51. & 52.
g decis. 42. Archiuium, par. 1.
h 83. Bullar. nou. tom. 2. pag. 637.
i in compend. ad banc Bullā, schol. 1.
K d. c. ad audit. nu 12. vers contrà istam conclusionem.
l coram Puteo decis. 414. per tot. incip. Archiuista.
m Putei 414. in fin.
n in auth de defensor. Ciuit. §. penult nu. 3.
o ad Bullam 57. Pij V. schol. 2.
p cons. 319. per tot.
q d c ad auditētiā. nu 15. vers. octaua conclusio, de præscript.
r in rub. C de probat nu. 293:
s in l. census. & monumenta, ff. de probat.
t d. cons. 319. vers hic quæ.
u cons 16. viso processu, vol. 1. vers & dicit Ludouicus.
x ad hoc cons. Romani in verbo præferri.
y in d c. ad audientiam, nu. 15 in 5. cōclus vers: sed de mente extra de præscrip.
z decis 42. per tot. par. 1.
a in c cum causam. de probat.
b decis 41. in prin. & per tot. par. 1.

c de probat. conclus. 111. incip reliquum est, nu 9. & 10. arg. tex. in auth. ad hæc, & ibi scribē. C. de fid. Instrum.

adducti, Romanus, *a* & reddit rationem, quia archiuium dat robur scripturæ non
authenticæ; quod etiam videtur cautum in præcitatis bannimentis Cap 23. *che
tutti gl'instrumenti, &c* Cōtrarium tamen videntur sentire Felin. Crauett. & Me-
noch. maximè quando ageretur de maximo præiudicio illius, contra quem exhi-
beretur talis apoca, per ea, quæ notabilitèr docet Abbas, *b* quæ Mascardus quo-
que *c* videtur admittere, pront etiam expressè decisum habemus in Rota coram
Puteo. *d* Nec me mouent dicta bannimenta, quia hæc recipiunt interpretatio-
A nem à iure communi, & optimè facit Decisio Rotæ, *e* vbi instrumentum de falsi-
tate suspectum non recipit fidem, licèt in Archiuio sit receptum; & eadem Rota
in alia Decisione, *f* vbi Rotæ Tribunal dat fidem relationi Archiuistarum, cun-
ctis tamen alijs probationibus de iure requisitis; & Caputaquensis viden-
dus. *g*

Sed numquid in extractione scripturæ ex Archiuio facienda requiratur citatio
partis, ad hoc vt fidem faciat? Negatiuè respondet Felinus *h* sequutus Baldum, *i*
Card. *K* qui ait, tunc esse propriè necessariam citationem, quando de actu debet
fieri scriptura, de quo prius non fuit facta, *l* vel quando scriptura priuata fieri
debet authentica *m*. Hoc tamen puto verum, quando scriptura esset extracta
B ante litem, vt dixit Rota coram Seraphino *n*. Item quando esset extracta ab eo-
dem Notario, qui de tali scriptura, seu instrumento esset rogatus, & qui dedit
semel vnam copiam, & ex causa vult facere aliam copiam, talis exemplatio valet
etiam parte non citata, quia censetur pro vna, vt scribit Card. Zabarell. *o* & ita
etiam dixit Rota, *p* vbi expressè legitur, instrumenta extracta in partibus, parte
ad hoc non vocata, nullam fidem facere, si fuerunt extracta, siue exemplata per
alium Notarium, quàm per illum, qui illa aliàs recepit, & confecit: si verò ab
eodem Notario, secus dicendum, quia illis standum esset tanquam originalibus
sine partis vocatione; & hoc idem habetur decisum in eadem Rota *q*

Cum autem in multis Ciuitatibus, & locis adsint Archiuia particularia, in quibus
ipsæ Communitates custodiunt, & seruant proprias scripturas, & de quibus Archiuijs
videtur loqui Constitutio super Bono Regimine Communitatum Status Ecclesiastici,
C dum præcipit, Tabellas in Archiuijs ipsarum Cōmunitatum, & Vniuersitatū esse ser-
uandas, quæsitum est, an scripturæ ex istis Archiuijs extractæ fidem faciant in iudi-
cio? Et absolutè loquendo negatiuè respondetur, per ea, quæ dixit Rota coram
Seraphino, *r* & coram Puteo, *ſ* quæ loquuntur in Archiuijs Capitulorum, & Mo-
nasteriorum: cum autem Capitula, & Monasteria veniant sub nomine Vniuersita-
tum, vt per Nicolaum Losæum, *t* benè fit illatio. Cum autem hodie Communi-
tates Ecclesiasticæ ditionis sint Dominæ, ac sub earum dispositione maneant Archi-
uia, ex concessione, titulo tamen emptionis, à fel. record. Clem. VIII. facta, vt legi-
tur in eius Constitutione nuncupata, *super extinctione recentiorum vectigalium*,
sextò Idus Maij 1592 Pontif. anno primo edita, in qua præuia reuocatione concef-
sionis olim de ipsis Archiuijs à Sixto V. factæ Paulo Falconerio, & iniuncto Com-
D munitatibus onere soluendi certam pecuniarum summam in ipsa concessione ex-
pressam, ac deinde quolibet anno fructus montium ab ipso Sixto iam erectorum,
eisdem Communitatibus Archiuia, & illorum emolumenta concessit, vt latiùs in
dicta Constitutione, quæ cum in volumine aliarum Constitutionum, & Bullarum
non reperiatur, illam impressam vide in volumine Constitutionum, & Decretorum
ad Communitates spectantium à nobis elaborato, pag 53. Et cum in possessione
prædictæ Communitates iugitèr existant, propterea in bannimentis iniunctum est
illis onus prouidendi domos, & ministros ad hoc necessarios, & idoneos, vt in
cap. 18. *che le Communità, &c.* Videtur igitur dicendum, omnes scripturas ex Ar-
chiuijs Communitatum desumptas plenam fidem facere: quod etiam innuunt ea-
E dem bannimenta cap 23. *che tutti gl'instrumenti, &c.* Cui obiectioni responden-
dum erit. Aut loquimur de Archiuijs particularibus, quæ nonnullæ Communita-
tes habent ad custodiam suarum scripturarum, in quibus terminis loquuntur De-
cisiones Rotæ apud Puteum, Seraphinum, & Caputaquensem locis citatis, & tunc
non faciunt fidem, signantèr intèr non subditos, & non existentes in Territorio di-
ctarum Ciuitatum: nam si sint subditi, & existant in Territorio, & adsit consuetudo,
vt talibus scripturis fides adhibeatur, tunc habebit locum, quod dictum est su-
pra, vers. sed numquid consuetudine; & adde Decisionem Rotæ, *u* vbi scriptu-
ræ desumptæ ex Archiuio Capituli fidem faciant contra ipsos Capitulares. Aut lo-
qui-

a Cons. 165. per tot.
b In d. cap cum causam, num. 1. vers dico ergo. de probat.
c Concl 976. num. 61. & supra n. 51. & 52.
d Decis 430 post Zabar. cons. 48. cum pr supponatur, num. 2.
e Decis 243. p 3. lib. 3. diu. per tot.
f 318 d p. 3 lib. 2.
g Decis 41. par. 1
h In d. c ad audientiam. sub nu. 15 vers. 6. concl. de præscript.
i c. 1. in fin. de fide instrum
K Cons. 72. incip. sigillatim ad singula, nu. 6. vers. in contrarium, & num 7.
l c significauit. de testib & attestat.
m Ad not. in c. pen. & c. fin. de fid. instrum.
n Decis. 1481. & decis 1 num. 1. de fide instrum. in nou.
o d. cons. 72 nu. 7. vers sed si notauimus.
p Decis. 1 nu. 1. de fide instru. in nou.
q Decis 4. de fid. instrum. in antiq. vide n.
r Decis 320 n. 2. & dec s. 642. n. 1
ſ Decis 186. n. 1. lib. 3. in nou.
t Tract. de vniuers. p. 1 cap. 1.
u 183. in fin. & per tot. par. 2. diu.

quiuntur de Archiuijs publicis, quæ ab Vniuersitatibus locantur Notarijs idoneis plus offerentibus, & pro quibus Archiuijs ipsæ Vniuersitates tenentur parare mansiones aptas eum armarijs, & alijs requisitis, iuxta dispositа in dictis bannimentis cap. 18. *che le Communità, &c.* quæ quidem bannimenta emanarunt in executionem supradictæ Constitutionis Sixti V. *a* & alterius Constitutionis; *b* & tunc nulli dubium esse potest, quin huiusmodi scripturis plena fides in iudicio, & extra sit adhibenda, vt communitèr concluditur in iuribus superiùs allegatis, & legitur apertè in d. Constitutione, *e* & in bannimentis cap. 23. A

a 83. §. 6. *vers. Communitates verò.*
b *Immediatè seq.* §. 5.
c 83.

Sed pulchra oritur quæstio. Communitates Ecclesiasticæ Ditionis sunt Dominæ Archiuiorum, vt diximus, illaque Notarijs locant, qui quidem Notarij certum quid recipiunt ab ijs, qui volunt scripturas, vt notum est: contingit aliquando, vt ipsa Communitas, quæ locauit Archiuium sub certa annua responsione, velit instrumentum publicum ex ipso Archiuio cum solito signo Archiuistæ, quæritur, numquid Communitas tenebitur soluere solitam mercedem? Et negatiuè respondendum puto, ad tradita per Boerium, *d* qui ait, hanc esse magis communem contra Bartolum; *e* videndus est etiam Afflictus, *f* quem sequitur Menochius, *g* qui concludit, quòd conducenti gabellam à Ciuitate; quæ sit immunis pro rebus à se emptis, non tenetur Ciuitas soluere gabellam, cum non præsumatur vendidisse ius suæ immunitatis, atque ita ius exigendi gabellam contra se ipsam. B

d *Decis.* 213. *nu.* 1. & 2.
e *Cons.* 216. *cauetur Statuto Montis Politiani, per tot lib* 1.
f *Decis.* 319. *n.* 8
g *De præsumpt. lib.* 3. *præs.* 44. *egregia, & celebrissimum* 11.

Notandum quoque erit, in sæpe citatis bannimentis cap. 15. *& perche, &c.* caueri, Notarios omnes describendos esse in Archiuio, & Matricula aliorum Notariorum sub certa forma ibi assignata, aliàs falsitate notandos, &c. Hæc tamen dispositio limitanda erit in Notario conficiente instrumenta tempore magnæ pestilentiæ, prout decisum habes in Rota Romana. *b*

h *In causa Tudertina, decis.* 67 *lib.* 2. *p.* 3. *diuers.*

Quæritur etiã; Præfectus Archiuij, vel eius Officiales distulerunt cogere Notarios portare scripturas ad Archiuium, prout cogendi sunt ex dispositis in dicta Bulla Sixti V. §. 6. & ipsi Notarij per multos annos non portarunt, nec consignarunt suas scripturas in Archiuio, vtrum possint allegare non vsum dictæ Bullæ, & se ipsos ab ipsa dilatione exonerare? Negatiuè respondeas; quia legem, cui Papa apposuit decretum irritans, non potest Officialis ea non vtendo, imò neque ex contrarijs actibus elidere sine expresso Papæ consensu, vel scientia, cum lapsu quadraginta annorum, prout censuit Rota coram Caputaquensi, *i* quam refert, & sequitur Cherubinus iunior. *K* C

i *Decis.* 274. *p.* 3. *per tot.*
K *Ad præd. Sixti V. Constit.* 83. *schol* 2.

Verùm cum supra dictum sit, prouentus omnes Communitatum ex dispositis in Bulla super Bono Regimine locandos esse plus offerenti ad extinctionem candelæ, inter prouentus verò ponantur Archiuia, & Cancellariæ, quæritur propterea, si persona minus apta licitando obtineat, numquid locatio concedenda sit? Et cum in facti contingentia id aliquando venisset, sacra Congregatio die 14. Octobris 1614. instante Prouincia Marchiæ respondit. *Conductores Archiuiorum per Consilium esse eligendos, dummodo electi per Gubernatorem Prouinciæ approbentur, & caueant iuxta formam Constitutionis super Bono Regimine, de soluendo pensionem conuentam, quæ nullo modo possit esse minor ea taxa, quam Communitates soluunt Monti Archiuiorum, &c.* D

Epistolæ verò, quæ mittuntur absentibus, an fidem faciant contra scribentem, quamuis non fuerint prius in Archiuijs exhibitæ, itaut hæ comprehendantur sub scripturis priuatis? negatiuè respondit Rota Romana. *l*

l *In Viterbien. census, coram Verospio,* 18. *Febr.* 1639 *circa fin.*

E

CAP. LIII.

CAPVT LIII.

A *De ijs, qui S. R. E. Camerarij munus exercuerunt, & quorum notitia haberi potuit.*

Diximus supra R. S. E. Camerarios Sedis Apostolicæ nuncupatos olim fuisse Archidiaconos,& qui hanc sententiam sequuntur, S.Laurentium quoque, Sixto II. sedente, Camerarium sub Archidiaconi nomine extitisse affirmant;& si gesta huius gloriosi Martyris,illiusque verba in impijssimũ tyrannum prolata perpendamus, Camerarij officium, & munus, thesauros scilicet Ecclesiæ in pauperes dispensandi, non obscure cognoscemus, vt diximus etiam supra cap.39. in princ.
B

Laurentius igitur Leuiticorum luminum fulgor coruscans, itaut quemadmodum Hierosolyma Stephano clarificata, ita Laurentio Roma facta est illustris, D. Leone Papa *a* sic affirmante, anno salutis humanæ 257. dum esset Summus Pontifex Sixtus Papa huius nominis II. Ecclesiæ Romanæ thesauros administrabat, eosq; iusta dispensatione in pauperes erogabat, neque Sacramentorum vasis, necessitate vrgente, parcebat, siquidem S.Ambrosio *b* testante, vt pauperes alamus, captiuos redimamus, Templa ædificemus, fidelium reliquias sepulturæ tradamus, vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Quem verò in huiusmodi munere successorem habuerit B. Laurentius, non facilè est affirmare; apud illos enim, qui Pontificum acta scripserunt, nullam Archidiaconi, seu Camerarij mentionem, nisi post octingentos annos, reperio.

a In sermone Natalis S. Laurentij.

b Lib. 1. cap. 41. officior.

C

Fridericus igitur Lotharingus anno 1057. à Victore II. sacra Purpura decoratus, S. R. E. Archidiaconus est nuncupatus; mox ad Pontificatum euectus, Stephani IX. nomen assequutus est.

Aribo, quem Leo IX. sacra Purpura decorauerat, S. R. E. Archidiaconus efficitur: hic successorem habuit

Hildibrandum Bonifij filium Soanensem,qui anno 1601. ex Abbate S.Pauli extra Vrbem via Ostiensi S.R.E. Card. Subdiaconus, & Oeconomus, nec non Archidiaconus à Nicolao II. declaratus est,& B Petri sedem ascendens, Gregorij VII.nomen afsumpsit. Hic notandum puto,nouam Subdiaconatus dignitatem S.R E. Cardinalibus quandoque adscriptam, quam etiam antea Fridericus Lotharingus habuerat; multis tamen ab hinc annis tres tantummodò dignitates in hoc Eminentiss. purpuratorum Patrum Collegio, Episcopalem scilicet, Presbyteralem, & Diaconalem videmus.
D

Leo. . . . Diaconus Cardinalis ab Alexandro II. anno 1073. primus, qui Camerarij nomine in Ecclesia Romana ex Archidiaconi officio exornatus legatur, teste Ciaconio inter Cardinales a prædecess. Pontifice Alexandro II. creatos sub num.28.

Ioannes de familia Caiera Caietanus Campanus ab Vrbano II. Diaconus Cardinalis S.Mariæ in Cosmedin anno 1099. creatus; non Camerarij, sed Archidiaconi S.R.E. nomen reassumpsit; demum Pontifex Gelasius II. est appellatus; & fuisse etiam Cancellarium,testis est Ciaconius in vita ipsius Gelasij: vbi verò Pontifex Maximus renunciatus fuit

E Gregorio Diacono Card. S. Angeli Archidiaconatum anno 1118. concessit, quo ad annum 1130. retento, Summi Pontificis dignitate decoratus, Innocentij II. nomen assumpsit.

Gregorius Tarquinius Romanus, postquam Innocentius II. Beati Petri Sedem ascendit, Diaconorum Cardinalium primus euasit à Calisto II. sacra Purpura decoratus. Trium Pontificum creationi interfuit, Cœlestini Secundi, Lucij Secundi, Eugenij Tertij.

Otto Diaconus Card. S. Georgij in Velabro post Gregorium Tarquinium S.R.E. Ar-

Archidiaconus dictus fuit: coronationi Anastasij IV. interfuit: anno salutis 1153. & hoc munus expleuit.

Bosus, seu Boso Hadriani IV. nepos, à patruo inter Vaticanos Senatores ascitus, S. R. E. Camerarij quoque dignitatem anno 1155. obtinuit, vt in prædicti Pontificis vita à Ciaconio conscripta legitur: & quamuis in humanis adhuc ageret Otto Prior Diaconorum, Bosus verò ex Diacono Presbyter tit. S. Pudentianæ Cardinalis creatus, Camerarij tamen officium ad Lucij III Pontif. anno salutis 1185. tenuit.

Melior Gallus à Lucio III. Presbyter Card. tit. SS. Ioannis & Pauli factus, S. R. E. Camerariatum quoque ab eodem Pontifice obtinuit, in eaque dignitate Vrbano III. Gregorio VIII. Clemente III. Cœlestino III. sedentibus permansit. A

Cincius Sabellus Diaconus Card S. Luciæ in Orthea, & S. R. E. Camerarius, defuncto iam Meliori Gallo, sub anno 1195. creatus fuit, & ad annum 1216. quo Summus Pontifex Honorij III. nomine renunciatus est, habuit; ob egregiam in hoc munere nauatam operam, per excellentiam Cincius Camerarius nuncupatus, vt diximus supra.

Guido Bisentius Regulus Vrbeuetanus, omisso Camerarij nomine, Prior Diaconorum, seu Archidiaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano anno 1216. appellari voluit, quo tempore Honorium III. Perusij Pontificali diademate coronauit, Ciaconio teste his verbis. *Perusij in Cathedrali Ecclesia Honorius III. coronationis suæ insignia consequutus est per manus Guidonis de Bisentio Vrbeuetani S. R. E. Archidiaconi*. Verùm Guido ex Archidiacono Cardinali Episcopus Prænestinus ab eodem Honorio ordinatus fuit, eoque sedente, hominem exuit. B

Octauianus Diaconus Card. tit. SS. Sergij, & Bacchi ab Innocentio III creatus: in coronatione Gregorij IX. anno salutis 1227. S. R. E. Archidiaconi munus expleuit;

Raynerius Capocius S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. in coronatione Cœlestini IV. anno 1254. Prior Diaconorum, vel Archidiaconus erat, & Innocentio IV. sedente diem clausit.

Ricardus Hannibaldensis de Molaria S. Angeli in foro Piscium Card. Diaconus à Gregorio IX. iam dictus; in creationibus, & coronationibus Alexandri IV. anno 1254 Vrbani IV. anno 1261. Clementis IV. anno 1265. Gregorij X. anno 1272 S. R. E. Archidiaconi Officium adimpleuit. C

Ioannes Caietanus Vrsinus Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano, in creatione Innocentij V. anno salutis 1276 Prior Diaconorum erat, & hanc dignitatem habuit Hadriano V. & Ioanne XX. (cui Pontificatus insignia dedit) sedentibus; quibus iam defunctis, Beati Petri successor, & Christi Domini Vicarius Nicolai III. nomine Viterbij renunciatus, Romæ coronationis insignia 7. Kal. Ianuar. anno 1277. per manus Iacobi Sabelli S. R. E. Archidiaconi suscepit.

Iacobus Sabellus Romanus S. R. E. Archidiaconus (vt dictum est) Nicolao III. & Martino II. Christi vices gerentibus, erat; & Martino defuncto, Pontificiam dignitatem obtinuit, ac Honorius IV. anno salutis 1285. appellatus est.

Matthæus Vrsinus S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. anno 1288. 6. Kal. Martij S. R. E. Archidiaconus Nicolao IV. Cœlestino V. ducentis millibus hominum adstantibus anno 1294. Bonifacio VIII. anno 1295. Benedicto X. anno 1303. Clementi V. anno 1305. coronationis insignia contulit, teste Ciaconio. D

Theodoricus Raynerius Ioannis filius Vrbeuetanus, ex Episcopo Reatino Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem à Bonifacio VIII. mense Decembri 1298. creatus; postea Episcopus Ciuitatis Papalis, aliàs Prænestinus, & S. R. E. Camerarius; sub huius Episcopatu Præneste diruta, & ad vicinum locum translata; Patrimonij Legatus tranquillè Prouinciam, & integrè rexit; obijt circitèr annum Domini 1306. vt ex Ciaconio *a* colligitur.

a In vita Bonifacij VIII. in 2. creatione Card. num. 9.

Neapoleo Vrsinus S. Hadriani in tribus foribus Diac. Card. à Nicolao III. creatus, anno 1316. Ioanni XXI Benedicto XI. Clementi VI. S R E. Diaconorum Prior, seu Archidiaconus Pontificiam coronam tribuit: anno denique 1347. Auenioni moritur. E

Gailardus de Mola Burdegalensis Vasco S. Luciæ in septisolio Diaconus Card. à Ioanne XXII. creatus, Innocentium VI. 4. Kal. Ianuarij 1352. Diaconorum iam primus, ac S. R E. Archidiaconus corónauit.

Arnaldus de Via Papæ Ioannis ex sorore nepos, ab auunculo tit. S. Eustachij Diaconus Card. creatus, mortuo iam Gailardo de Mola, S. R. E. Archidiaconatus dignitatem

tatem

tatem assequitur, & in persona Vrbani V. 8. Idus Nouembris 1362. coronationis munus exercuit.

Arnaldus Bernardi de Monte maiori Gallus, ab Vrbano V Cardinalatus dignitate decoratus, S. R. E. Camerarij nomen, quod multis iam exactis annis siluerat,
A anno 1368 renouauit; sed breui vtramque dignitatem, ac hominem exuit, peste enim anno 1369 Viterbij moritur.

Guilielmus Iudices Lemouicensis reassumpto Archidiaconi nomine, Gregorio XI. coronationis insignia dedit Octauo Idus Ianuarij 1371.

Iacobus Vrsinus Romanus (Vgone de S. Martiali Gallo Diaconorum Priore absente) Archidiaconi munus 14 Kal. Maij 1378 in coronatione Vrbani VI. administrauit; verùm Camerarij Officium exercuit.

Marinus Amalphitanus ab ipso Vrbano VI. anno 1381. sacra Purpura decoratus; teste Ciaconio, a qui addit; *post aliquot annos læsæ Maiestatis crimine inculpatus, Nuceriæ cum alijs quinque Cardinalibus captus, tortus, ac diù carceribus mancipatus, tandem Genuæ interfectus fuit.* *a Inter Cardinales huius Pontificis sub nu. 31.*

B Petrus de Crosso Lemouicensis à Clemente VII. Antipapa in schismate Vrbani VI. anno 1386. Cardinalis, & S. R. E. Camerarius dictus est; moritur Auenioni 1388.

Marinus Bulganus Neapolitanus Diaconus Card. S Mariæ nouæ ab eodem Vrbano VI. in quarta promotione creatus, post Marinum Amalphitanũ (ni fallor) S R.E. Camerariatus officium sumpsit, illudque ad Bonifacij IX. tempora (cui multùm in Comitijs fauit) retinuit; anno 1394 moritur, Ciaconio teste. b *b Inter Cardinales Vrbani VI. num. 49.*

Stephanus Palosius Romanus, Marino Bulgano ab humanis erepto, S. R. E Camerarij munus obtinet, & in eo ad annum 1398. quo diem claudit extremum, permanet; ita Ciaconius. c

Cosmatus Melioratus Vrbano VI. sedente Cameræ Apostolæ Clericus, Collector
C in Regnum Angliæ missus, Rauennas Archiepiscopus, Bononiensis Episcopus cum Commenda Rauennatensis Ecclesiæ, Romæ Thesaurarius, & Vicecamerarius fuit; à Bonifacio IX. Presb. Cardinalis tit. S Crucis in Hierusalem creatus, Stephano Palosio in S. R. E. Camerariatus munere successit; denique ad Beati Petri Sedem euectus anno 1404. Innocentij VII. nomen assumpsit. *c Inter Cardinales Vrbani VI. num. 43.*

Curradus Caracciolus Neapolitanus ab Innocenrio VII. Cardinalis, & S. R. E. Camerarius anno 1405. creatus fuit; sic Ciaconio testante; d addente notatu dignum, Camerarij munus eo tempore non perpetuum, sed Summorum Pontificum arbitrio temporaneum fuisse; Curradus verò Comitijs Gregorij XII Alexandri V. & Ioannis XXII aliàs XXIII. interfuit; anno salutis 1411. Bononiæ moritur *d Inter Cardinales prad. Innocentij nu. 1.*

Iordanus Vrsinus ab Innocentio VII inter Vaticanos Senatores ascitus, S.R.E.
D Camerarij quoque munere in locum Curradi decoratur.

Nicolaus Albergatus Patritius, & Episcopus Bononiensis à Martino V. Presbyter Card. creatus, in Camerariatus Officio successit Iordano Vrsino, Sigonio hoc scribente. e Vixit ad annum 1443 Eugenio IV. sedente.

Franciscus Condulmerius Eugenij IV. nepos, Cardinalatus vnà cum Camerarij dignitate post Albergatum à patruo decoratus, & vno, eodemque tempore Vicecancellarius dictus est; quo munere retento, Camerariatum, Pontifice permittente, cessit *e De Episcop. Bononiensib. lib. 4*

Ludouico Media rota, seu Scarampo, ab eodem Eugenio IV. sacra redimito Purpura, nec minus sago, quàm roga celebri, qui 6. Kal. Aprilis 1465. ab humanis excessit; sed ante obitum in Camerariatus Officio illi successerat

E Gulielmus de Estouteuilla, Cardinalis Rothomagensis appellatus: hic enim anno 1464. Pio II. Pont. Max. sedente, Camerarius erat, siquidem hoc tẽpore sub ipsius Gulielmi auspicijs Ciuitas Vrbisueteris Patria mea nonnullorum capitulorum super recta Montis Pietatis administratione confirmationem in plena Camera obtinuit. Verùm quia ab anno 1464. ad annum 1483. quo etiam Rothomagensis Camerarius erat, & Ecclesiam in honorem S. Augustini, sumptu quidem magnifico, ac structura excellenti erexit in Vrbe, vt in fronte eiusdem Ecclesiæ legitur, eadem Camerariatus dignitate potitos fuisse Latinum Vrsinum, & Ioannem Aragonium (vt mox dicetur) reperio, vel duos Camerarios eodem tempore fuisse, seu Rothomagensem munus hoc quandoque deposuisse fatendum erit.

Latinus Vrsinus à Nicolao V. sacra decoratus Purpura, Calixti III. Pij II. Pauli II. Sixti IV. Comitijs interfuit, & huic vltimo, vt ad Pontificatum ascenderet, summoperè fauit; atque gratitudinis ergo ab ipso Pontifice Sixto S. R E. Camerarius dictus est anno 1471 & hanc dignitatem ad annum 1477.3 Idus Augusti, quo diem clausit extremum, retinuit.

A Ioannes Aragonius post Latinum Vrsinum S.R E. Camerarij honorem ab eodem Sixto IV. impetrauit, à quo etiam sacram Purpuram anno 1474. acceperat, teste Ciaconio *a* his verbis. *Obijt*, Latinus scilicet, *ætatis 74 annorum, cui successit in Camerariatu Cardinalis Aragonius*. Verùm dubius est hic sermo, nam Gulielmo de Estouteuilla, cum S.P.Q.R vt emporium rerum venalium, quod antea sub Capitolio fieri consueuerat, in Circo Agonali, nunc Piazza Nauona, singulis quartis ferijs in hebdomada fieri statuisset, Sanctio hæc die 17 Septembris 1477. Cardinali, inquam Rothomagensi S R.E. Camerario procurante, executioni demandata est, vt in additionibus ad Ciaconium *b* legitur.

a In vita Latini Vrsini.

b Post Raphaelem Card Riarium col.1264 in prin.

B Raphaelem Galeottum de Riarijs Gulielmo successisse reor, siquidem hic S R.E. Camerarius fuit, & anno 1484. à Sixto IV Cardinalis creatus; nec alium intermedium reperio inter ipsum, & Rothomagensem: interfuit autem Riarius Comitijs Innocentij VIII. Alexandri VI Pij III Iulij II. Leonis X. à quo omnibus exutus dignitatibus, & postea restitutus, Non.Iulij 1521 ætatis 61. eodem Leone sedente, hominem exuit. Riario omnibus dignitatibus à Leone X vt diximus, spoliato, Camerariatus Dignitatem, & Officium adeptus fuit

Innocentius Cibo eiusdem Leonis ex sorore nepos, quam postea ad Pontificis commodum resignauit, Ciaconio, & alijs id attestantibus.

C Franciscus Armellinus Perusinus à Leone X. inter Cardinales adscriptus in illa liberali 31. Cardinalium promotione sub num.25. descriptus apparet, & ab eodem Pontifice post Riarium S.R E. Camerarius efficitur: opes (quibus colligendis plurimùm valuit) quas Romæ habebat, à militibus in ipsius Vrbis lachrymabili direptione ablatas agnouit, & doluit, ac in Hadriani Mole, ad quam cum Clemente VII. se receperat, è vita migrauit anno 1527. bona verò, quæ extra Vrbem 200. aureorum millibus æstimata erant, Clementis iussu spoliorum nomine Pontificio ærario tunc supra modum indigenti attributa fuerunt.

Augustinus Spinula Sauonensis à Clemente VII quinto Non. Maij.1527. inter Vaticanos Patres relatus, S.R E. Camerarius quoque post Armellinum dictus.

Guido Ascanius Sforria Pauli III ex filia nepos annum agens decimum sextum sacra Purpura ab auo decoratus, post Augustini Spinulæ obitum, S R E. Camerariatus Officium anno salutis 1537. impetrauit; Iulij III. Pauli IV.& Pij IV. Comitijs interfuit; anno 1565 ab humanis eripitur.

D Vitellotius Vitellius à Paulo IV. ad sacram vocatus Purpuram, in tertia eius promotione locum decimum septimum obtinuit, ac S. Mariæ in Via lata Diac. Card Signaturæ Gratiæ Præfectus, ac S.R.E. Camerarius anno 1565 post Guidonem Ascanium Sfortiam renunciatus est, Pio IV. sedente, à quo hanc Camerariatus dignitatem septuaginta nummum aureorum millibus emit: ex hac venditione Pontifex inculpatus, Pontificis ærarij necessitati obsequendum, nec amatum populum nouis vectigalibus onerandum esse respondit; obijt Vitellotius Pio V. Pont. Max sedente salutis anno 1568.

Aloysius Cornelius Venetus, S.Ioannis Hierosolymitani Miles, & Cypri Prior, à Iulio III in tertia promotione decimus sextus in ordine S Theodori Diaconus Cardinalis creatus, & in hac dignitate ad annum 1584. quo diem clausit extremum, permansit.

E Philippus Vastauillanus Bononiensis à Gregorio XIII. cuius sororis filius erat, in secunda promotione die 5. Iunij 1574. solus ad sacrā Purpuram, S.Mariæ nouæ primùm, deinde S.Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, euectus, quinquaginta millibus aureorum S R E Camerariatū anno 1584 per mortem Aloysij Cornelij vacantem emit, quem triennio, plusuè minus exercuit; vixit enim ad 16 Kal. Septembris 1587 Huius dignitatis concessionem videre poteris in Bullario veteri. *c*

c Eiusdem Greg. Bula 108. pag 1319.

Henricus Caietanus Romanus à Sixto V. secunda eius Cardinaliū creatione inter purpuratos Patres die Merc. 15.Kal. Ianuarij 1585. Presb. Card tit S.Pudentianæ secundo loco dictus est, & S R.E. Camerarius in Galliam pro componendis Catholi-

cæ

ex Fidei rebus ab eodem Pōtifice Sixto missus, singulari in egenos liberalitate vsus, post exaustæ pecuniæ loculos, domesticam supellectilem, & argentea vasa vendi iussit: Idibus Decembris febri correptus anno salutis 1599. Romæ moritur.

Petrus Aldobrandinus Clementis VIII ex fratre nepos, Henrico Cardinali præmortuo, ex Cardinalium consilio, & assensu præclarum Apostolici Camerariatus officium 15. Kal. Ianuarij 1599. à patruo consequutus est, & ad annum 1621. quo ab humanis excessit, Gregorio XV. sedente, gubernauit.

A Ludouicus Ludouisius Bononiensis, Gregorij XV. ex fratre nepos, die 17 Martij 1621. purpureo Galero à patruo donatus, ipso quoque die S.R.E Camerarius, & Breuium Præfectus dictus est: Camerarij verò munere annno 1623 deposito, Vicecancellarius, & Summator efficitur.

Hippolytus Aldobrandinus, Petri olim Camerarij nepos & Clementis VIII. pronepos, S. Mariæ nouæ Diaconus Card. à Gregorio XV. creatus; S. R. E. Camerariatum à Ludouisio Card. dimissum pretio quadraginta aureorum millibus emit, quem ad extremum vitæ exitum, ad annum quippe 1638 mensem Augusti retentum, relinquere tandem vnà cum alijs Dignitatibus, & prærogatiuis necesse habuit.

Antonius Barberinus Hierosolymitani Ordinis Eques, Vrbis Prior, vtriusque Signaturæ Referendarius, ab Optimo Pontifice Vrbano VIII. eius patruo S Mariæ B in Aquiro Diaconus Cardinalis, & Signaturæ Iustitiæ Præfectus efficitur, hac dimissa, Signaturæ Gratiæ Præfecturam consequitur: Hippolyto Card. Aldobrandino ab humanis erepto, S. R. E Camerarius in eius locum renunciatus, tanto muneri non minori prudentia, quàm iustitia, pietate, ac liberalitate præfuit, ac nunc præsidet; qui in partem solitudinis vniuersalis Ecclesiæ regendæ Pastori vigilantissimo, & cordatissimo patruo suo, dum Pontifex vixit, adstitit; Deus ipsum communi bono diù, multumque seruet incolumem. Verùm cum Purpuratus hic Senator aliquot annorum spatio in Gallia commoraffet, S.D.N. Innocentius Papa X. ipsi in hoc munere subrogauit Procamerarij denominatione Federicum S.R.E Cardinalem Sfortiam Romanum; quo deinde ad Ariminensem Episcopatum properante, Laurentium C Cardinalem Raggium Iannensem S R E. Procamerarium Pontifex idem dixit; tandem cum ad Vrbem Antonius Barberinus rediisset, eodem Summo Pontifice permittente, Cameratij munus anno 1653. menseque Augusti reassumpsit.

CAPVT LIV.

De Summo Pœnitentiario.

D SAcræ Pœnitentiariæ Officium antiquissimum, in primitiua Ecclesia institutum, & à pluribus immaculatæ vitæ, ac scientiæ, eruditionisquè simplicibus Confessoribus magna cum authoritate, summoque honore gubernatum fuisse, ex Cassiodoro, Socrate, ac Sozomeno *a* refert se collegisse Gomes. *b* qui etiam addit, munus, quod hodie exercet Rotæ Decanus, portandi scilicet mitram Summo Pontifice solemni ritu celebrante, fuisse prius apud seniorem Pœnitentiarium, qui olim quindecim, & hi Cardinales, erant; & hoc innuere voluisse Damasum in vita Marcelli Pontificis, dicentem, quindecim in Vrbe Cardinales fuisse ab hoc Pontifice constitutos propter Baptismum, & Pœnitentiam; & hoc etiam affirmare Pelagium antiquissimum Cardinalem, *c* tandem concludit, post varias for-E tunæ vices, Officium hoc vni tantùm Cardinali fuisse commissum, penès quem totus communis Pœnitentiariorum honos, totaque Confessorum subordinatio, & reciproca cura residet; & hoc vltimum docent etiam glossa, *d* & Mandosius. *e*

Et in d. Clem. habes, Officium Summi Pœnitentiarij, nec eius iurisdictionem expirare, etiam mortuo Pontifice, & Sede vacante, quod est speciale fauore animarum; nam cum Pœnitentiarius habeat suam iurisdictionem delegatam à Summo Pontifice, debet per mortem delegantis expirare, vt norat glossa, *f* Verùm maiorem Pœnitentiarium ordinaria, & non subdelegata iurisdictione, & auctoritate fungi, ac ideo posse non solùm per se ipsum in casibus ad eius Officium pertinentibus dispensa-

a in histor. Eccl.
b in proœm. reg. Canc. sub tit. de sacra Pœnitentiarij officij variatione, in prin. pag apud me 5. secundùm paruā impression.
c de planctu Eccles. lib. 2 art. 16
d in Clem ne Roman. §. eo tamen, in verb. maiorem, de elect.
e in glo. facult: Regen §. volentes in verb. & Pœnitentiarii officia, in princ. & alibi, fol mihi 37
f in d Clem. in verb expirare. vers. secundùm quod

 spensa-

ſpenſare, & abſoluere, ſed diſpenſationes Chriſti fidelibus impendendas in diuerſis Mundi partibus per ſuas literas committere; & eius literas in vtroque foro probare, & ſuffragari, patet ex determinatione Sixti IV. *a* & vide Sarnen. *b* qui de hac Sixti IV. Conſtitutione, & conceſſione mentionem facit, & plura addit ſcitu digna. Quæ quidem Sixti IV. Conſtitutio cum à Paulo III. Pontificatus ſui anno 15. & vltimo confirmata fuiſſet, morteque præuentus, literæ confirmatoriæ expeditæ non eſſent, Iulius III. ne ſuper illarum validitate hæſitari poſſet, aliam Conſtitutionem *c* promulgauit. A

Quod autem dictum eſt, Officium, & iuriſdictionem ſummi Pœnitentiarij non expirare etiam Sede vacante, intellige verum quoad ea, quæ forum conſcientiæ reſpiciunt, itaut ea ſolùm pro animarum ſalute valeat expedire; in alijs autem, quæ ad forum fori quomodolibet pertinent, penitus, & omnino conquieſcit, ex Pij IV. diſpoſitione, *d* Quam quidem Conſtitutionem vide, quia multa in ea prohibentur maiori Pœnitentiario, ſuiſque Officialibus, & Summo Pontifici reſeruantur, vt ibi; vide etiam Iul. Lauor. *e*

Plura de Summo Pœnitentiario, & ad Sacræ Pœnitentiariæ munus ſpectantibus, deque eius origine, variatione, & ſtylo ſcribunt Chaſſaneus, *f* Gomeſius, *g* Veſtrius, *h* & ibi Granarius; Moſcon. *i* & Mandoſius, *K* quorum dicta reſcribere ſuperuacaneum duxi. B

Sed quæ magis ad hæc noſtra tempora correſpondent, adnotando, ſciendum eſt, Pium V. *l* certam, & determinatam legem Summo Pœnitentiario præſcripſiſſe. Habes enim ibi huius officij reformationem, vt ea, quæ animarum ſalutem præcipuè concernunt, attentiori ſtudio proſequantur, §. 1. & 2.

Omnia loca Referendariorum, Correctorum, Reuiſoris, viginti ſeptem Scriptorum exercitia, & octo Proc :ratorum ſupprimit, ac reſecat, §. 3.

Officium hoc Pœnitentiario, Regente, Datario, vno Correctore, vno Theologiæ Magiſtro, vno Decretorum Doctore, duobus Procuratoribus, duobus Scriptoribus, & vno Sigillatore tantùm perpetuò conſtare præcipit, §. 4.

Prædictorum Officiorum venditionem expreſsè prohibuit, ſed ea omnia probis, & peritis viris gratis omnino concedenda mandat, §. 5. C

Maiorem Pœnitentiarium Presbyterum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum, vel Decretorum Doctorem eſſe, & per ſe ipſum officium exercere ordinat; & ſi cauſa legitima à Summo Pontifice approbata abſens, vel impeditus fuerit, alium S R E. Cardinalem prædictis qualitatibus inſignitum ſibi ſubſtituat; qui quidem taliter ſubrogarus interim per ſe ipſum hoc munus proſequatur, literaſque non Pœnitentiarij delegantis, ſed ſuo proprio nomine iubeat expedirl, §. 6

Similitèr Regentem, & Datarium Theologiæ Magiſtros, & Decretorum Doctores, viros omni eximia doctrina præſtantes, caſuumque conſcientiæ peritos eſſe voluit, §. 7.

Corrector quoque in decretis, ſtylo, cæteriſque Pœnitentiariæ rebus diligentèr verſatus, & inſtructus eſſe debet, §. 8. D

Sigillator verò probitate vitæ, & vt tale munus poſtulat, omnium officij expeditionum peritus ſit, §. 9.

Omnes etiam huius officij Miniſtri, Procuratores quoque, & Scriptores Presbyteri, vel ſaltem in aliquo ex ſacris Ordinibus conſtituti, & horum arcanorum continentiſſimi ſint; iuramento etiam, caſus occultos, nec perſonas vnquam, nec cuiquã extra officium reuelaturos adſtringantur; ſi ſecus fecerint, non leuiùs, quàm Presbyteri peccatorum confeſſiones prodere audentes, puniantur, § 10. & ad hoc vide Nauarrum, *m* quem refert Flauius Cherubinus, *n* ſed malè allegat in tit. de ſponſal. lib. 4.

Procuratoriæ, & Scriptoriæ officia ità à Summo Pœnitentiario conferantur, vt prius à Regente, & Correctore ſuper vita, & moribus, ætate, ſcientia, & alijs qualitatibus requiſitis diligentèr, ac propoſitis edictis, & mora ſex dierum præcedente per concurſum examinari, & idonei comprobati fuerint, alioquin cõceſſiones omnes, etiam à Romano Pontifice ex aliqua cauſa factæ, prædictis tamen non ſeruatis, irritæ, ac nullius roboris ſint, §. 11. E

Officiales omnes per ſe ipſos officia exerceant, & ſtipendijs ſibi aſſignatis contenti ſint, nec aliquid aliud etiam à ſponte dantibus, ſub pœna priuationis officij, & excom-

a Conſt. 13. quoniam nonnulli, Bullar. nou. to. 1. fol. 369.
b in tract. Breuium, impreſſ. inter nonnulla eius comment. ad quoſdam tit. lib 6. Decret. ſub nu. 10. verſ. & quod dictum eſt de ordinario, fol. apud me 236.
c Bullar nou. tom. 1. fol 690. Conſt. 1.
d Conſt 53. in ſublimi, §. 25 volumus inſuper, Bullar nou. to. 2. fol. 71.
e de conclau. cap 3. n. 39 40. & 41
f in cathal. glor. mund. par 4. conſid. 17.
g in proœm. reg. Canc q. 1. ſub. tit. ſacræ Pœnitentiariæ officij variatione; & in tract. Breuium, locis ſupra relat.
h in pract. lib. 1. cap. 2.
i de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 1 cap. 6. fol. apud me 133.
K in gloſ. facult. Regen. § volentes in verb. & Pœnitentiariæ officia.
l Conſt. 83. in omnibus rebus. Bullar. nou. to. 2. fol. 281.
m conſ. 1. de reſt. ſpol. nu. 3. & 4. lib 2.
n in compend. Bullar. to 2. fol. 59 ad Bullã 84. Pij V ſchol. 2.

communicationis à solo Pontifice absoluendi, recipiant, §.12. Et vide Nauarrum, *a* quem refert, & sequitur Flauius Cherubinus *b*

Regentis autem munus est, petitiones,& casus ad hoc officium deductos diligentèr prius examinare ; quæ difficultatem non habent, faciat expediri ; dubia verò, vel obscuta ad Maiorem Pœnitentiarium referat, vt diligentiùs examinentur, & in
A Signatura proposita cum maturo omnium iudicio decidantur, §.13.

Sigillator verò materias omnes siue conficiendas, siue scribendas inter Procuratores, & Scriptores diuidendi curam habeat, § 14. Et literas omnes eatenus recognoscat, vt manus requisitæ illis appositæ sint, & eorum datæ cum libello supplicationis concordent; deinde ipsius sigillo Pœnitentiariæ obsignatas,& in totum gratis vbique expeditas demum eas Procuratoribus consignet, §.16.

Correctoris officium est, vt antequam literæ scribantur, schedulas, seu minutas earum à Procuratoribus conficiendas cum supplicatione expedita diligentèr recognoscat, examinet, & corrigat, §.15.

Nihil prorsus pro literarum confectione, & expeditione, nec etiam pro charta, atramento, cera, capsula, cordulis, alijsque rebus ad ipsam expeditionem perti-
B nentibus soluatur, §.17.

Sigillator insuper, ne quid lapsu temporis pereat, neglectumque iaceat, omnia exemplaria, literas, scripturas, & instrumenta quorumcumque priuilegiorum, & facultatum, concessionum, prohibitionum, reformationum, & omnium d Pœnitentiariç Officium concernentium, fidelitèr, & suo periculo seruet, deque his omnibus authenticum inuentarium, ac regestrum conficiat, §.18.

Iuramenta, quæ in admissione Officialium præstanda sunt, vt supra in §.10. quotannis in manibus Pœnitentiarij debent iterari, §.19.

Prædicti Corrector, & Sigillator, alijq. Officiales, sicut & ipse Eminentiss. Card. Summus Pœnitentiarius per Vrbem in domibus sibi benè visis habitant, Sed Commissarius Frater Ordinis S. Dominici, & Assessor, qui reos in carceribus constitu-
C tos ad veritatem fatendam quæstionibus vrget, ac etiam notarij ad conscribendos processus assignati in ædibus apud Vaticanum pro sacrosancta Inquisitione constructis permanere, et pernoctare tenentur, Alia multa, quæ ad hanc rem pertinent, require supra, vbi de Congregatione S. Inquisitionis egimus.

Sed nunquid Cœtus Cardinalium, nullis deficientibus Pœnitentiarijs, possit illorum numerum augere ? Zabar. *e* mouet hanc quæstionem, et negatiuè respondet,

a cons 50. an quando, nu 3. de sponsal. lib. 4. in meo codice est cons. 29. an quãdo gratia, n 3. de pœnit. & remiss. lib 5.
b ad hanc Pij V. Bullam schol 2. in eius compend. tom. 2. fol. 59.
e in Clem ne Romani, §. co tamē prouiso, nu. 8. de elect.

CAPVT LV.

D

De Vicario Papæ.

HAbet Summus Pontifex in Vrbe, & in ijs, quæ circa Vrbem sunt, in suburbijs scilicet Vicarium S. R. E. Cardinalem, cui demandata est iurisdictio diœcesana, extenditque suam potestatem vsque ad quadraginta milliaria. Residet in Vrbe tanquam Ordinarius in sua Diœcesi in regimine spirituali, & omnia, quæ Episcopus exercet, ipse quoque administrat, præter Beneficiorum collationem ; ex Parisio, *d* & Vestrio, *e* quem vide, docet enim, quas habeat facultates, circa quæ versetur eius iurisdictio, quas possit cognoscere causas, inter quas personas, & vsque ad quam summam, quot habeat iudices, quot no-
E tarios ab eo dependentes; vide etiam Petrum Gregorium Tholosanum, *f* qui sub Theodorico Gothorum Rege Vicarium Vrbis in locum Præfecti Vrbis fuisse, ex Cassiodoto *g* affirmat, esse tamen diuersum ab eo, de quo nunc loquimur, qui iudex ecclesiasticarum personarum, & clericorum est.

Possunt etiam inspici Constitutiones Summorum Pontificum, videlicet Pauli II. *h* vbi supradictas Vicarij Papæ facultates enarrantur, licèt eo tempore non esset Cardinalis, sed Episcopus Torcilanensis, vt ibi : & Pauli III. *i* in qua deputat Vicarium suum in Vrbe Episcopum Burgi S. Sepulchri, tribuitque facultatem visitandi,

d de resignat. lib. 7. cap. 24 n 5. & alibi, ac per tot.
e in pract lib. 2. cap. 16 de Vicario Vrbis.
f in syntag. iur. vniu par. 3. lib. 47. cap. 35. nu. 8. & 9.
g in form. Vicarij Vrbis Romæ, lib. 6. cap. 15.
h Const. 1. Bull. tom. 1 fol. 326.
i Const. 36. fol. 672.

di, er coercendi quoscumque Religiosos, Ecclesias S. Anastasij, S. Sebastiani; S. Pauli, et ad tres Fontes, S. Laurentij, et S. Sabæ, et alia loca Ecclesiastica, ac Monasteria regularia, & secularia; Synodum in Romano Clero cogendi; Ordines sacros etiam per alium Episcopum ab eo eligendum conferendi; pœnas operibus pijs applicandi, aliaque gerendi, prout in d. Constitutione, quam confirmauit Iulius III. in sua Constitutione, *a* in personam tamen Philippi Archinti Episcopi Salutiarum, vt ibi; item Pij V. *b* Sanctionem perlege, vbi declaratur, facultatem Auditoris Cameræ non præiudicare iurisdictioni Vicarij Papæ circa personas ecclesiasticas; loca pia, eorumq. bona, etiamsi agatur de obligatione in forma Cameræ, seu Ripæ, & Ripetttæ, &c. A

Habet etiam Vicarius Papæ cognitionem causarum, & protectionem Puellarum S Eufemiæ dispersarum vocatarum, ex Constitutione Clementis VIII. *c* & iurisdictionem cognoscendi quascumque causas Archihospitalis S. Spiritus Ordinis S Augustini, vel eius, suarumq. personarum interesse concernentes, concessit idem Clemens VIII. *d* Hanc autem Vicarij Papæ iurisdictionem circa causas dicti Archihospitalis declarauit Paulus V. *e* vt scilicet in causis spectantibus ad Camerã Apostolicam, vel Magistros viarum Procuratores Archihospitalis eligant in iudicem Card. Camerarium, vel vnum ex Clericis Cameræ, quem voluerint, quo verò ad causas, in quibus agitur vigore obligationis in forma Cameræ, ijdem Procuratores eligant, an velint agere coram Auditore Cameræ, seu coram Vicatio, vt in d. Constitutione Pauli V. *f* B

Quoad Puellas S. Euphemiæ Dispersas nuncupatas, si Vicarius Papæ aliquam hodie superioritatem, vel iurisdictionem habet, hæc cumulatiuè erit cum Eminentiss. Card. Protectore, vt legitur in d. Constit. Clementis VIII. *g* vbi habes, fuisse tunc deputatos Protectores harum Puellarum almæ Vrbis Vicarium, & Cæsarem Baronium S. R. E. Cardinalem, qui quidem Baronius huius pij operis adiutor, & fautor extitit: primus enim inuentor fuit Ioannes Leonardus Siculus, Literatus vulgò dictus, qui pueros, & puellas per Vrbem vagantes in vnum collegit; sed vt melius pueris vacaret, puellas dimisit, quæ a diuersis receptæ, sub anno demum 1595. Patronum inuenerunt Hieronymum Card. Rusticuccium, qui coemptis iuxta Templum S. Euphemiæ ad forum Traianum pluribus ædibus, Xenodochium, suadente Cæsare Baronio postea S.R.E. Card. construxit, Theodoro Amideno teste. *h* Nunc verò harum Puellarum Protector munificentissimus est Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Card. Antonius Barberinus, fan. me. Vrbani VIII. ex germano fratre nepos. C

Sed numquid Vicarius Papæ cognoscat de causis subiectorum Titulis Cardinaliũ? Cardinales enim, vt diximus supra, *i* habent in Ecclesijs, ad quas sunt intitulati, iurisdictionem Episcopalem, & personas illis addictas coercendi; vide Ioannem Andream, *K* qui propriè loquitur de Vicario Papæ; Butrium, *l* qui etiam multa de Vicario Papę; Ioannem Franciscum Pauinum, *m* qui affirmatiuam tenent, posse scilicet Vicarium Papæ cognoscere causas inter personas Titulis Cardinalium subiectas, easq. corrigere; licèt Martinus Laudensis *n* Vicarium Papæ plenam habere in Vrbe iurisdictionem dicat, sed non esse iudicem subditorum Cardinalium, nam isti remittuntur ad Vicarios eorundem Cardinalium, ex Zabar. *o* et Parisio. *p* Tamen ab opinione Io. Andr. Butr. et aliorum recedendum non est, quia ita etiam tenet Abb. *q* et ita etiam seruari in practica dicit Flauius Cherubinus. *r* Hæc tamen practica non seruatur in subditis, & habitantibus in Franco Basilicarum Vrbis, videlicet Constantiniana, Vaticana, S. Mariæ Maioris, nam isti habent iudices peculiares Archipresbyteros Cardinales dictarum Basilicarum priuatiuè quoad omnes alios, vt patebit ex ijs, quæ dicemus infra de Archipresbyteris Cardinalibus, et de Constitutionibus Summorum Pontificum ibi adductis, præsertim de Archipresbytero S. Mariæ Maioris. D E

Primus verò Cardinalium, cui a Summo Pontifice demandata fuerit talis facultas, & iurisdictio, fuit Virgilius Rosarius Presbyter Card. Spoletinus, quem Paulus IV. in albo Cardinalium retulit, ac Summi Pontificis perpetuum Vicarium deputauit, vt legitur in epitaphio eiusdem Cardinalis apud Ecclesiam S. Mariæ super Mineruam his verbis:

D. O. M.

a 2. fol. 591. nũ. 1.
b Const. 18. to. 2. fol. 197.
c 66. debitum pastoralis, §. 12. Bullar. tom. 3 fol. 95.
d Const. 118. cũ sicut, d. tom fol. 170.
e Const. 22. aliàs 17. decet. Romanum. §. 3.
f §. 4 Bullar. nou. tom. 3. fol. 204.
g 66. debitum pastoralis, Bullar. nou. tom. 3. pag. 93. & in §. 12.
h de pietate Roman par. 1. pag. apud me 83.
i de priuileg. Cardin. priuil 15.
K in c. 5. nu. 11. de offic. Vicar.
l in c. tua nobis nu. 17. eod. tit.
m de off. et potest. Capit. par. 2. q. 10. nu. 37. & 39.
n tract. de Card. par. 1. q 17.
o in Clem. ne Romani de elect.
p de resignat. lib. 7. q. 12. nu. 12.
q d. c. tua nobis. nu. 5. vers. cum in Vrbe.
r in compend. ad Bul. 1. Pauli II. in schol. 1.

D. O. M.

A VIRGILIO ROSARIO SPOLETINO
S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI
SVMMI PONTIFICIS PERPETVO VICARIO
VIXIT ANN. LX. OBIIT X. KAL. IVNII 1559.

Hanc autem primùm inter Cardinales fuisse Vicarium Papæ apparet, quia vt adnotatum est supra sub Paulo III. & Iulio III. eorum Vicarij fuerunt Episcopi, & non
B Cardinales; Paulus verò IV. Iulio III in Pontificatu successit, & hic d. Virgilium Cardinalem, Vicariumque fecit: licèt hoc in dubium reuocet, quod ab Honorio III Petro Saxonio Anagnino S. R. E. Card. tit. S Pudentianæ scriptum legimus, *a* dum ibi suum in Vrbe Vicarium appellat; quare fatendum est, annis ab hinc 400. & vltra Vicarium Papæ vnum ex S.R.E. Cardinalibus fuisse; & confirmat Ciaconius, *b* dum ait: *Petrus Saxo Anagninus Hernicus Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ, &c. sub Honorio III Papa in Vrbe Vicarius fuit*; nisi fortè dicamus, hoc munus exercuisse, dum Pontifex ab Vrbe aberat: mos est enim Romanorum Pontificum ab Vrbe discedentium Vicarium, seu Legatum in Vrbe relinquere, vt post multos, à Clemente VIII. Ferrariam petituro factum fuisse scimus, & legitur in Bullario nouo, *c* dum Inicum Aualos S.R.E Cardinalem suum in Vrbe Vicarium,
C & Legatum dixit. Honorium verò III de quo supra, aliquando ab Vrbe Roma discessisse, Reate permansurum, ex Bulla Canonizationis S Laurentij Regis, ac Reginæ Hiberniæ filij, data Reate 3. Idus Decembris anno eius 10 *d* & in alia approbationis Regulæ Ordinis Heremitarum de Monte Carmelo, ibidem data 3. Kal. Februarij eodem anno 10. *e* manifestè apparet.

a lib. 5. Decret. tit. de excess. Prælator. cap. 13.

b Inter Cardinales ab Innocentio Tertio creatos sub nu 18.

c tom 3. Constit. 53. pag 68.

d & est Const. 7. in ordine.

e & est const. 8. pag. 50. tom. 1

Cardinali Rosario in Vicariatu successit Iacobus Card Sabellus, cui
Hieronymus Card Rusticuccius; huic
Camillus Card. Burghesius, qui in Sede Beati Petri collocatus Pauli V. nomen habuit, & in suum locum in Vicariatu posuit
Hieronymum Card. Pamphilium S D N. Innocentij X patruum; hic viuente adhuc eodem Pontifice diem clausit, & in eius locum subrogatur
Ioannes Garzias Card. Millinus, quo etiam vita functo
D Martius S. Mariæ nouæ Diaconus Card. Ginettus Veliternus ab Vrbano VIII. suus in Vrbe Vicarius deputatus fuit.

Verùm quia Vicarius Papæ in Processionibus Vrbis Episcopali indutus ornamento post Clerum incedere debet, & bis in hebdomada, diebus scilicet Mercurij, & Sabbati cum alijs Romanæ Curiæ Officialibus de negotijs in eorum Tribunalibus occurrentibus Summum Pontificem certiorem reddere, & consulere tenetur, nec ista gerere, nec cum dictis Officialibus concurrere Cardinalitiæ dignitati congruum visum esset, propterea fuit Cardinali Vicario data facultas deputandi sibi Coadiutorem Episcopum sub nomine Vicesgerentis, qui præter ea, quæ dicta sunt supra, ecclesiasticos Ordines temporibus à iure statutis, aliaque Sacramenta confert, & conficit, loca prophana consecrat, & polluta aqua benedicta reconciliat, vt in Bul-
E la Pauli III. *f*

Et est notandum, Vicarium Papæ, quamdiù hoc munus in persona Prælatorum, & Episcoporum fuit, nunquam Cardinales præcedere ausum fuisse, licet Summi Pontificis vices gereret, eius personam referret: imò nec Gubernatorem Vrbis, nec Auditorem Cameræ, & Contradictarum, teste Menochio. *g* Verùm etiam postquam in personam Cardinalis translata est hæc dignitas, non tamen alios Cardinales, vel tempore, vel ordine digniores præcedit, ex eodem Menochio; *h* & ita de facto seruatur.

Sed an Officium Vicarij Papæ vacante Sede expiret? Vide Gambar. *i* qui distinguit; si Vicarius Papæ est deputatus ad beneplacitum, & ad tempus, expirare, si verò

f Supra relata §. 11. & 12.

g cons. 52. dubio semper quæstio, nu. 52. & 54.

h d cons nu. 55.

i tract de legat. lib 9 num. 80. & seqq.

verò sit factus perpetuus, vt fieri nunc solet, vtique non expirat; & hoc sibi contigisse ait, cum à Clemente VII. factus esset Vicarius perpetuus, eius officium non expirauit, nam est similis Cubicularijs Papæ, Auditoribus, & similibus, qui licèt habeant nomen relatiuum ad Papam, tamen quia perpetui, dormiunt cum cæteris vacante Sede, & deinde resurgunt, hæc Gambar.

A

CAPVT LVI.

De Signatura Iustitiæ, eiusque Cardinali Præfecto.

a Regum, 3. 9. 5.
b in spec. Princ. rub. 12. inprin. & per tot.
c c. ex tenore, de foro compet.
d epist. 29.
e de potest. Summi Pontif. in resp.

REgum officium proprium est facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos: *a* & ad hoc iure diuino, naturali, gentium, & ciuili obnoxios esse Principes, Petrus Belluga *b* testatur, qui pluribus è sacra Pagina, & Ethnicorum desumptis argumentis hanc veritatem comprobat. Præ cæteris verò Regibus, & Principibus Summus Pontifex iustitiæ se debitorem esse asserit; *c* quia, vt Leo Papa *d* ad Pulcheriam Augustam scribens ait, res humanæ alitèr tutæ esse non possunt, nisi & Regia, & Sacerdotalis authoritas eas desendat; has autem authoritates in Romano Pontifice simul vniras esse, si quis in dubium ausu temerario reuocare contenuat, Eminentiss. Card. Bellarminum *e* legat. B

f Exod. cap. 18.

Verùm quia quod caret alterna requie, durabile non est, & nisi habeat Princeps Herculem, qui aliquando Athlantem ab onere subleuet, inani labore consumeretur, nec tamen solus tam varijs negocijs ad omnia satis esse posset; quod optimè expressit Iethro Sacerdos, *f* dum Moysem Cognatum suum sic alloquutus est. *Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias, & ritum colendi, viamquè, per quam ingredi debeant: prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constituere ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodò iudicent. leuiusque sit tibi partito in alios onere, si hoc feceris, implebis Imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare, & omnis populus reuertetur ad loca sua cum pace.* Hæc Iethro; cuius præceptis sicuti Moyses obtemperauit, ita Romani Pontifices illa eadem imitati videntur, dum in Vrbe, ac tota Ecclesiastica Ditione, totoque terrarum Orbe, vbi Christi vera Fides colitur, Episcopos, & Iudices constituunt, à quibus iustitiæ complementum vnicuique reddatur. Verùm quia, vt Philosophus *g* ait, iustitia est virtus perfectissima, & non est pars virtutis, sed tota virtus, & eius contrarium non est pars malitiæ, sed tota malitia, quamobrem à recto illius tramite non declinare, diuina potius, quàm humana requiratur præstantia; omnis namque scientia, & omnis ratio in vno capite residere nequit, integrumque iudicium est, quod plurimorum sententijs confirmatur, vt est Cœlestini III. *h* testimonium; Ideo Summi Pontifices, vt humanam imbecillitatem adiuuent, hoc Signaturæ Tribunal, quod omnibus ius dicentibus modum, & formam iudicandi præscribat, constituerunt; quisquis enim per sententiam iudicis se grauatum senserit, appellatione interposita, quandoque etiam, cum durissimum sit coram suspecto iudice litem agere, vel conuenire in prima instantia, alium ab hoc Tribunali iudicem recipiet. C D E

g lib. 2. Ethicor.

h c. prudentiam, vers. cum sicut canones, de off. iud. deleg.

i in pract. Signat. par. 1. cap. 1. nu. 17.
K Innoc. in c. ex literis, num. 3. de restit. in integ.

Constituitur autem Tribunal, de quo loquimur, ex viris doctrina, nobilitate, prudentia, quantum humana conditio patitur, ornatissimis; è quorum consessu quàm innumeri tùm priscis, tùm nostris temporibus purpurati Patres, & exinde Pontifices Optimi Maximi selecti fuerint, Marchesanus *i* referre nititur. Hi verò ab ipso munere, supplices nempe libellos coram Pontifice referendi, Referendarij dicuntur: *K* quibus vnus ex S. R. E. Cardinalibus præponitur, & Signaturæ iustitiæ Præfectus appellatur. Vt autem de hoc Cardinali Signaturæ Præfecto aliqua (iuxta nostrum

nostrum institutum) habeatur notitia, de Referendarijs primo loco, postea verò de Præfecto ipso pauca quædam enarrabimus.

A

CAPVT LVII.

De Referendarÿs.

Referendariorum originem antiquissimam esse affirmat, & pluribus probat argumentis Marchesanus, *a* quorum illud ex auth. de Referend. fact. Palat. desumptum potissimum videtur, ibi enim Iustinianus Imperator Referendariorum numerum, qui decimus quartus aliquando fuerat, ad
B octonarium redegit; hæc autem numeri diminutio Referendarios antea fuisse supponit: licèt Glossator Accursius in d. auth. quem sequitur etiam Gomesius, *b* videatur innuere, ab ipso Iustiniano institutos fuisse Referendarios; longè tamen ante, sub Alexandro Seuero, qui salutis nostræ anno 224. Imperium habuit, ex lib 8. disputationum Triphonien. cuius verba referuntur in iure ciuili, *c* Referendarios extitisse constat. Sed altiùs repetendam esse Referendariorum originem, itaut eorum munus in Romana Republica apud Consules, & Prætores in Senatu causas referendo, ex Cicerone, Liuio, & alijs probat Grauatius: *d* quamuis Petrus Andreas Gambar. *e* dicat, iura Codicis, & Digestorum Referendarios non agnoscere, sed tantùm sub Aduocatorum nomine, & titulis collocasse; Sedem verò Apostolicam ideo Referendarios reperijsse, vt libellos è diuersis Mundi partibus porrectos ad
C Pontificis aures deducant, & fideliter referant; tum quia indignum erat, vilissimum quemque, aut inexpertum Pontificis aures obtundere; tum etiam quia multi latentèr iniusta libellis ab ipso signandis occultabant, quæ non animaduersa concedebantur: Referendarij ergo precum veritatem aperiunt, & quæ concedi, quæuè negari debeant, Principi insinuant: hæc Gambar. *f*

Quale autem sit Referendariorum munus, & officium, optimè docet Cassiodorus, *g* qui licèt ad sua tempora respexerit, etiam ad ea, quæ in Aula Romana in Signaturis Gratiæ, & Iustitiæ (vt vocant) modò peraguntur, optimè faciunt; quamuis ex Gambata, Gomesio, Staphileo, Marchesano, & alijs alia multa cognoscenda sint.

Sciendum tamen est, Referendariorum duo genera esse, alterum gratiæ, iustitię verò alterum, & ab ipsa Signatura hoc nomen inditum, Tholosano teste. *h*

D Numerum non ita angustum, vt Iustiniano placuerat, nec minus vt ab Alexandro VI decem scilicet gratiæ, & iustitiæ totidem esse sancitum fuerat, sed centesimum, nec maiorem esse sanciuit Sixtus V. *i* Quàmuis Paulo V. sedente mirum in modum auctum viderimus, itaut si Iustiniani Imperaroris sententiam *K* comprobare liceat, tam numerosa multitudo nihil habebat honesti; ideo Gambar. *l* teste horum numerus virtute magnus, quantitate paruus sit.

Quo autem modo Referendariorum receptio fiat, in præcitata Sixti V. Constitutione *m* sancitum legimus: siquidem coram Signaturæ Iustitiæ Præfecto, conuocatis ex antiquioribus Referendarijs saltem sex, Candidatus examini subijcitur, & duos ad minus supplices libellos, seu commissiones ab ipso Eminentiss. Præfecto ex tempore porrectas refert, ac proponit, collectisque suffragijs tam Præfecti, quàm Referendariorum adstantium, si reperiatur idoneus, præuia relatione Summo Pon-
E tifici facta, præstitoque solito iuramento, in albo Referendariorũ iustitiæ refertur: licèt hæc formula non semper seruetur, sed in diebus, quibus plena Signatura celebratur, adstantibus quotquot Romæ, nec legitimè impediti hac dignitate decorati sunt, in ædibus Eminentiss. Præfecti de more conuocatis, ibique supplicibus libellis, seu commissionibus, vt supra, relatis, dimisso longiori pallio, epitogium, mantellettam vocant, vestem scilicet ad poplitem vsque demissam induit: Sed ante Alexandri VI. Pontificatum solo verbo Referendariorum receptionem factam

a tract. de commiss. par. 1 cap. 1. iuxta secundam impress.

b in reg Cancell. tit. vtriusque Sign. comp iuxta paruam impress. pag. 156

c l. rescriptum. ff. de distr. pignor.

d in annot ad Vestr. lib 1. cap. 3. num. 11.

e tract de legat. lib. 1. cap 4. n. 34.

f num. 35.

g lib. 6. variar. cap. 17.

h in syntag. iur. uniuers lib 15. cap fin. nu. 17. & 18.

i Const 41. Bullar. nou. tom. 2. pag. 542.

K in auth. de Referendar.

l tract. de legat. lib. 1. cap. 4. n. 46

m 41. §. 3.

fuisse testatur Gomesius loco cit. qui certam legem ab eodem Pontifice latam, & ab ipsis Referendarijs seruandam recenset, atque à nobis infra suo loco pariter referendam.

Nunc autem sciendum est, quòd qui ad Referendariatus preeminentiam extolli cupit, ex legitimo matrimonio honestis parentibus procreatus, clericali charactere insignitus, vtriusque, vel alterius iuris Doctor, in Romana Curia per biennium versatus sit; vitæ, ac morum probitate commendatus, saltem in vigesimo quinto A
suæ ætatis anno constitutus esse debet, & in bonis temporalibus, aut Beneficijs Ecclesiasticis, vnde in Curia dignitatis gradum sustinere valeat, habere; ex præd. Sixti V. Constitutione; *a* quæ quidem omnia præuia testium depositione, & in publicis documentis hodie relata seruantur.

Neque ad Signaturam Gratiæ sunt admittendi, qui saltem triennio in Signatura Iustitiæ laudabiliter versati non fuerint; excipiuntur tamen Sacri Palatij Apostolici Auditores, & Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clerici, quorum quisque ad vtramque Signaturam quouis tempore asciscì valet; quo etiam priuilegio ex Pauli V. Sanctione gaudent Abbreuiatores de maiori Parco nuncupati; Secretarijs quoque Apostolicis hoc idem indulsit Sixtus V. *b*

Neuè circa tempus cuiusuis Referendarij admissionis exoriatur dubium, literas B
Apostolicas super admissione, & concessione Referendariatus expediant.

Nec mirum, si tam exactè hac in re procedatur: qui enim iura non callet, quomodo Principi petenti de iure respondebit? si vitæ labat integritas, quam poterit apud Principem fidem astruere? si dicendo ineptus, quo pacto Principis aures obtinebit? Quò etiam respexisse videtur Vlpianus, *c* dum imperitos, infames, furiosos, mulieres, iudicio publico damnatos, & alios huius generis, ac qualitatis à postulandi officio arcendos esse dicit: Et si Leo, ac Anthemius Imperatores, *d* neminem vel in foro Præfecti Prætorio, vel in Prouinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem ad Togatorum consortium accedere permiserunt, qui Sacrosanctis Catholicæ Religionis imbutus ministerijs non esset, quantò magis hæ qualitates desiderandæ à nobis erunt in Romani Pontificis Referendarijs, quos non temporalis, & terrena Dignitas, vt est Imperatoria, sed Ecclesiastica à Cœlo dimissa Christi vices ge- C
rens præsentia illustrat; semper enim (vt Cassiodorus ait *e*) honorem suscipit, qui Principis colloquia decenter acquirit, hoc autem nemo tantum meretur, quàm qui Referendarius esse dignoscitur. Et multis propterea decoratur priuilegijs, quorum summam ex Summorum Pontificum Constitutionibus, alijsque non obscuri nominis auctoribus desumptam referre non piget.

Inter Prælatos Romanæ Curiæ digniores esse Referendarios colligit Gomesius ex regula prærogatiuarum expectantium, vbi omnium primi scribuntur Referendarij; deinde Prothonotarij participantes, tertio loco Correctores, postea Subdiaconi numerarij, deinde Auditores Rotæ, postea Clerici Cameræ, deinde Auditor Cameræ, & Abbreuiatores actu officia sua exercentes: qui verò prius nominatur, is D
magis honorari dicitur; nam ordo scripturæ, vel nominationis titulum confert prælationis, ad tradita per Cassaneum; *f* & colligi etiam potest ex lectura priuilegiorum Prothonotarijs, Auditoribus Rotæ, Abbreuiatoribus, alijsque Apostolicæ Sedis Prælatis concessorum, in quibus præter cæteras prærogatiuas Referendariatus dignitas assignatur; quòd si hæc minor esset, inanis esset etiam illius specificatio, imò diminutio, & ad inferiorem dignitatem descensus dici posset. Sed aggrediamur iam alia.

Paulus III. *g* Pont. Max. priuilegia, & prærogatiuas infra dicendas Referendarijs concessit. Sedis Apostolicæ Notarij, Comites Palatini veræ nobilitatis titulo exornati dicuntur, §. 1.

Summi illius Pontificis, àquo in Referendariorum albo relati sunt, insignibus E
vti (vulgò inquartar l'arme) valent, §. 2.

Notarios creandi facultatem habent, §. 3. Quam postea abrogauit Pius huius nominis V. *h*

Sed & Doctoratus laurea decorare poterant, §. 5. Quod etiam ab eodem Pontifice, *i* Sacri Tridentini Concilij Sanctionibus inhærendo, sublatum fuit.

Baculo, & Mitra vti, & solemniter benedicere in Monasterijs sibi commissis permissum est, §. 6.

Lite-

a 41. §. 2.

b Const. 29. §. 14 Bullar. nou. to. 2. pag. 528.

c l. 1. §. initium, ff. de postulan.

d l. fin. C. de postulan.

e lib. 6. variar. cap. 17.

f in cathal. glor. mundi par. 1. consid. 17.

g Const. 23. Bullar. nou. tom. 1. pag. 649.

h Const. 87. Bullar. nou. tom. 2. pag. 287.

i Const. 60. d. Bull. pag. 256.

Literarum Apostolicarum expeditionem pro se, & duobus famulis gratis recipiunt, § 7.

Pro sex vegetibus vini à solutione vectigalis Ripæ, aut Ripettæ sunt quolibet anno immunes, §.8.

Tam ipsi, quàm eorum familiares, & Beneficia sunt à iurisdictione Ordinarij im-
A munes, & exempti, §.9.

In quibuscumque Prouincijs, ac si in illis nati essent, Beneficia consequi, & retinere valent, § 11.

Romani Pontificis iussu, aut causa studij absentes suorum Beneficiorum fructus percipiunt, §.12.

Altaria per eos electa visitando Stationum Vrbis Indulgentias consequuntur, §.16.

Carnibus vetitis diebus de consilio vtriusque medici sine conscientiæ scrupulo vesci permissum est, §.17.

Horas canonicas etiam postposito ordine recitare, sicut Auditoribus Rotæ, con-
B ceditur, § 18.

De bonis etiam ex Beneficijs acquisitis in suprema etiam voluntate disponere valent, §.19. eaque resignandi, & permutandi facultas datur, §.20.

Referendariorum officium perpetuum, & inter eos antianitatis ordinem seruandum decreuit, §. 21. Hæc Paulus III. quæ à Sixto V. *a* confirmata leguntur; & additur

Referendarios habere Ecclesiasticam dignitatem, & sub dispositione c. statutum, de rescript. in 6. comprehensos esse, nempe causas ab Apostolica Sede illis committendas tanquam dignitatem obtinentibus.

a Const. 41. a §. 8. vsque ad 14. Bull. nou. tom. 2. pag. 543.

Et antiquitùs obseruatum fuisse, vt nihil à Romano Pontifice subscriberetur, nisi Referendarij voce prolatum esset, testatur Gambar *b* quorum etiam officium fuisse dicit ponere datã, & committere causas; & probat ex Ioanne Andrea, *c* di-
C cente, quòd quando duo habent gratiam parem in data, Referendarius gratificatur, cui vult: hodie verò non omnes supplices libelli Referendariorum voce proferuntur, sed illi tantùm, qui difficultatis aliquid habent, in cæteris autem nominis sui titulo libellum prænotant (quod vulgò Referendariar la commissione dicitur) & hoc relationis vicem obtinet. Commissiones verò causarum ab Eminentiss. Card. Signaturæ Præfecto fiunt.

b tract. de legat. lib. 1. cap 4. n. 41.
c in c. pen. in glos. ante pen. de rescript. in 6. sub n. 9.

Et quemadmodum ab Imperatore *d spectabiles* Referendarij dicuntur, ita à Summo Pontifice *Magistri* nomine decorantur, dum in committendis causis apponit. *Audiat Magister N.* quod honoris encomium est. *e* Et de familia Romani Pontificis sunt, panem honoris habent, multisque gaudent priuilegijs, vt diximus. Quorum præcipuum videtur ex eodem Gambar. num. 37. vt Christiani Monarchæ
D negocia tractent, eumque affabilem, & domesticum habeant, nihilquè, quod ad iustitiam saltem attinet, sine illis subsignetur: & venerabile semper in Romana Curiâ Referendariorum nomen fuit, modò ipsi tales sint, qui auctoritatem dignitatis ingenio, & moribus augere studeant, vt Callistratus *f* ait.

Nec absonum dicere putat idem Gambar. num. 40. hos esse, quos prisci Canones *g* Sedis Apostolicæ Consiliarios vocant, cum Cardinalis nomen tunc temporis nondum notum esset.

Sed habitum quoque decentem Referendarios habere conuenit: Clementis enim V. *h* sententia est, decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere; & Vlpianus *i* innuit, dum ex vestium qualitate acriùs, vel mitiùs delicta metitur: atque carmina quædam rudi mineruа refert Speculator. *K*

E

Vir benè vestitus pro vestibus esse peritus
Creditur à mille, quàmuis idiota sit ille;
Si careat veste, nec sit vestitus honestè,
Nullius est laudis, quàmuis sciat omne, quod audit.

d in auth. de Referend. in princip. & auth. vt litig. iur §. quia verò.
e Clem. 2. de Magistr.
f l. obseruandum, 19. ff. de off. Præsid.
g in c. in Parochia, 16. q. 1.
h Clem. 2. de vita, & honest. clericor.
i l. ict apud labeonẽ, §. si quis virgines, ff. de iniur.
K in tit. de Aduocat. vers. sequitur videre.
l in cathal. glor. mund. par. 1. consid. 23.

Chassaneus verò *l* dicit, chlamis Militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, toga Aduocatum, cuculla Monachum demonstrat. Nec ratione personæ tantùm,

 sed

sed Officij, & dignitatis vestimentorum ornatus adhibendus erit; etenim Senecam Neronis vxori dixisse ferunt, *indue te delicatè o charissima, non propter te, sed propter honorem Imperij*: & Alexandro Magno persuasisse Aristotelem, vt Regalem habitum semper indueret, testatur Mastrillus, *a* alia multa ad rem congerens. Quo verò indumentorum genere vterentur Referendarij, Leone X sedente, refert Gambar. in loco cit. de cuius fide dubitari non potest, quia loquitur in facto proprio; erat enim ipse tunc temporis Referendarius: vtebantur autem pallio desuper clauso cum capucio, quod extra Palatium tantùm gestabant; in Palatio autem, vt constaret, ipsos esse Palatinos, & familiares Papæ, sine capucio incedebant; quid autem esset capucium, non benè noui, sed pileum, quo nunc vtimur, in eius locum successisse reor; hunc enim extra Palatium, Ecclesias, & publicas functiones Referendarij, cæterique Romanæ Curiæ Prælati hodie deferunt, intra Palatium verò, alijsque locis supra narratis clericali bireto vtuntur. Insuper neque pallium hodie deferunt, sed togam nigram, nisi ex duodecim antiquioribus (quos Votantes vocant) existant; hi enim violaceam habent, cui superimponunt epitogium ad poplitem vsque dimissum, ex vtroque latere ad protendendum brachia incisum (mantellettam dicunt) vbi verò coram Sanctissimo in Signatura, quam gratiæ appellant supplices libellos referunt, supra talarem togam superpelliceum (vulgò rocchettū) cuius delationem à Paulo IV. in iurisdictionis, decidendi, declarandi, interpretandi, ac maioris honoris signum permissam fuisse testatur Marchesanus; *b* inde epitogium induunt. Sed fortè pallium, & capucium, de quo loquitur Gambar. erit illud vestimenti genus, quo etiam hac nostra ætate vtuntur in publicis equitationibus Sacræ Rotæ Auditores.

A

B

Verùm dimissa vlteriori habitus inquisitione, ad Referendariorum officium accedamus, & quæ ab Alexandro VI, sancita fuerint, refert Gomesius, *c* cuius dicta referam in summa.

Commissiones vt impolluta fide referant, iureiurando adstringantur.

Vota per ipsos in Signatura tam gratiæ, quàm iustitiæ ferenda ne pandant, priuationis, alijsque pœnis contrarium facientibus infligendis. C

Aliorum Referendariorum votum sub ijsdem pœnis ne captent.

A collitigantibus, quorum commissiones referunt, nihil omnino, etiam poculentum, & esculentum recipiant.

Aliorum Referendariorum opinionibus, vel votis contra propriam conscientiam ne faueant.

Si quid in præmissis committatur, Summo Pontifici à Collegis renunciandum erit. Hæc Gomesius ex Alexandro VI. sed alia multa ex aliorum Summorum Pontificum Constitutionibus cognoscenda sunt.

Si de Fisci, & Cameræ Apostolicæ commodo, seu interesse agatur, quid à Referendarijs agendum sit, Pius IV. *d* edixit.

In causis Cameralibus, & ad Cameram Apostolicam spectantibus Signatura iustitiæ non rescribat; ita Clementi VIII. *e* placuit. D

In causis Fabricæ S. Petri semper cum clausula, *sine praeiudicio executionis duarū conformium*, rescribatur; ex Pij V Sanctione. *f*

In referendariandis, & proponendis libellis, seu Commissionibus, quid agendū, aut omittendum sit, Pius IV. *g* legem dixit.

Verùm Marchesanus, qui in huiusmodi Tribunali consenuit, & longo rerum vsu, atque experientia multa comprobauit; plenissimum tractatum de Commissionibus & vtriusque Signaturæ practica in lucem edidit in prima sui operis parte, cap. 1. num. fin. vbi de ordine à Referendarijs in Signatura Iustitiæ seruando agens, hæc protulit.

Primò factum fideliter, ea qua potest intelligibili breuitate, ac veritate, quia omnes Domini seniores prius edocti sunt ab ipso Proponente, referatur; postea iura, & rationes pro Commissione, inde quæ in contrarium afferuntur, enarret, tandem votum ante alios, Votantes verò postea sigillarim ex ordine dicant; atque ita discussa causa, aut rescriptum adnotatur, aut preces lacerantur. E

Cur autem supplices libelli iustitiam respicientes per verbum, *Placet*, potius quā per verbum *Fiat*, signentur, ita Gomesius *h* respondit, quia scilicet verbum *Placet*, non est inductiuum gratiæ, sicut verbum, *Fiat*, sed ius, & iustitiam concernit; denotat enim hoc verbum, *Placet*, arbitrium boni viri; *i* & huiusmodi commissiones

a de Magistrat, lib. 5. cap. 2.

b in tract. signat. part. 1. cap. 1. nu. 14.

c inter reg. Cancell. vbi de vtriusque Signatura compendio agit, pag. 156.

d Const. 52. Bullar. nou. tom. 2. pag. 69.

e Const. 65. d. 38 d Bullar. tom 3. pag. 92.

f Constit. 95. d. Bull. tom. 2. pag. 197.

g Const. 59. Bull. nou. to 2 pag. 84.

h in compend. vtriusque Signatura, vers & si quæratur, pag. apud me 154.

i l. fideicommissa § quamquam, ff. de legat. 3.

nes nil aliud continent, quàm ius, quia diriguntur, vt iustitia ministretur. *a* Et adeo Signatura iustitiæ merum ius continet, vt in ea de stylo non detur decretum irritans, neque in ea Romanorum priuilegijs, nouisque Vrbis Reformationibus derogetur, cum ex hoc præiudicium inseratur, quod est contraius. Neque dat represalias, quia licèt hæ de iure videantur, cum tamen quandam gratiæ speciem
A contineant, non sunt ex rescripto iustitiæ concedendæ; ita Gomesius loco cit. Nec adest differentia, vel saltem modica, signandi Commissiones iustitiæ inter Papam, & Cardinalem Signaturæ Præfectum; ambo etenim verbo, *Placet*, vtuntur, Papa tamen, *Placet I.* apponendo scilicet primam sui nominis literam signat; Cardinalis verò, *Placet S.D.N. Papæ A Cardinalis*, addit. Sed quare Summus Pontifex in signandis iustitiæ libellis primam sui nominis literam ponat, puta S. D N. Innocentius X. è sacro Fonte Ioannis Baptistæ nomen sortitus est, ideo scribit, *Placet I.* in literis verò Apostolicis, quas Bullas vocant, nomen Pontificatus apponat? Hanc quæstionem excitat, multisque soluit rationibus Gomesius; *b* ex quibus illa mihi magis arridet, quia in literis Apostolicis Papa loquitur, vt Christi in terris Vicarius, & ideo Pontificatus nomine vtendum erit; in supplicibus verò libellis vti Princeps,
B & Rex, cui nomen proprium non immutatur: neque nouum est sub hac duplici inspectione considerari posse Romanum Pontificem, ad tradita per Nauarrum, *c* & Eminentiss. Card Belarminum. *d*

a l. fcl fr. C. de diuers. rescript.

b loco cit. vers. sed hic pulchrum dubium, pag. 149

Denique Summo Pontifice permittente si absint à Curia Referendarij (sine licentia etenim abesse nequeunt) omnibus ab ipsis Pontificibus concessis priuilegijs gaudent, ac si præsentes essent, ob labores præteritos; quod à Rota Romana apud Puteum *e* decisum fuisse legimus.

c in comment. ad Const. Greg XIII de datis, & promissis, notab 17.
d de potest. Papa in temper
e decis 103 nu. 3 lib. 3. in nou.

Non tamen ibo inficias, multis ex Referendariorum priuilegijs supra narratis vel per non vsum, vel ob nouas Summorum Pontificum Sanctiones derogatum fuisse; præcipuè quoad numeri præfinitionem, quam ab Alexandro VI. & Sixto V. factam fuisse diximus; id enim Principis arbitrio reseruari valdè consonum videtur: sicut
C etiam triennij assignatio; priusquam ad Signaturam Gratiæ asciscantur, videmus enim ferè vnico contextu vtriusque Signaturæ Referendarios creatos fuisse. Panem quoque honoris, si absint ab Vrbe, non recipiunt: à solutione verò vectigalis pro sex vegetibus vini non esse amplius immunes mihi relatum est.

Tandem, ne te Lectorem vlterius detineam, multa ad hanc rem videnda sunt in Reformatione Tribunalium Vrbis à Paulo V. edita, *f* vbi de Signatura Gratiæ, ac Iustitiæ agit. Quæ verò Cassiodorus *g* in formula Referendariorum edidit, nullo modo prætermittenda putaui; sunt autem hæc. *Quamuis tantum sit clara quæque Dignitas, quantum eam præsentię nostræ conspectus illuminat (dum semper honorem suscipit, qui nostra colloquia decentèr acquirit) nemo tamen sermones nostros tantum meretur, quàm qui Referendarius esse dignoscitur. Per eum nobis causarum*
D *ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoscimus; & ipsis responsa reddimus, vt negocia compedita soluamus. Magnum est in hoc agone principali seruire prudentiæ, & ad subditum sic dolores alienos asserere, vt conquerentium videatur vota satiare. Quale est enim in tumultuosis processionibus nostris nulla permixtione confundi, aut minimè tantis clamoribus impediri. Necesse habet à turbatis exquirere, quod nobis possit placabilitèr intimare, & distinctius referre, quàm potuisset audire. Arduum est trepidantium dicta componere, & verum dicere; non tantum interpellator formidat negotij sui casum, quantum sustinet iste in relatione periculum; si quid minus dixerit, inimicus asseritur, redemptus clamatur. Negotij dominus timoris patrocinia potest sua verba conuertere, referenti autem non licet aliquid immutare. Sententiæ verò nostra tanta memoriæ cautela tenendæ sunt, vt*
E *nihil minus, nihil additũ esse videatur. Nobis plerumq. audientibus nostra dicturus es, & difficili conditione constrictus iudicio nostro subiaces, dum alienas causas explanare cõtendis. Quapropter Referendariũ te electio nostra constituit; sed tu puritatem conscientiæ, & veritatem linguæ nostris iussionibus adhibeto; eruditionem verò mirabilem collocutio tibi nostra concedit, quæ dum per te alios ordinat, qualitatem tuę mentis exornat: sub nobis enim non licet esse imperitos, quando in vicem cotis ingenia splendida reddimus, quæ causarum assiduitate polimus. Quapropter illa cunctis vidisse nos referre, quę aut debuistis, aut potuistis accipere. Nostra sic probatis, si iusti redicitis: amate quod nos glorificat; sit velle vestrum quale videtis nostrum esse propositum. Ad summum tales vos esse cupimus, vt etiam per vos iudices corrigamus.*

f Const. 71. §. 1. Bullar. nou. to. 3. pag. 265.
g lib 6. variar. form. 17.

Pecu-

Peculiare de vobis aliquod vectigal exigimus, vt ficut vobifcum familiaritèr mifce mus affatus, ita & noftra opinio fpecialitèr à vobis mereatur affectum. Hæc Caffio. dorus de Refcrendarijs, quorum caput, vt diximus, eft vnus ex S. R. E. Cardinalibus ad vitam à Summo Pontifice delegatus.

Quàmuis antiquis temporibus, Gregorio fcilicet XI. fedente anno chriftianæ falutis 1371. fupplices libellos, quos Commiffiones iuftitiæ dicunt, Vicecancellarius fignabat, coquè, ac fuis Officialibus abfentibus, Summus Pontifex alicui alteri ex Cardinalibus hanc facultatem ad libitum demandabat, quod ex Aegidio Bellamera *a* innotefcit, dum quærit, an credendum fit refcripto in quadam Commiffione per quendam Card S Angeli adnotato, afferentem, hoc de mandato S. D. N. Gregrij XI. tunc ex Auenione difceffi Ianuæ commorantis, vt Romam peteret, fecifse, & affirmatiuè refpondit; cuius opinionem fequuti funt Felinus, *b* & Gomefius. *c* A

a decif.635.de refcript.

b in rub. de refcript num.10.

c in reg.Cancell. v triufque Signatur. comp. verf. Vicecancellarius verò.

Verùm fub Innocentio IV. qui annis fermè 128. ante Gregorium XI. Beati Petri Sedem obtinuit, Signaturæ Præfectum extitifse ex eiufdem Innocentij monumentis liquet, *d* dum ait; *& quidem libellus fupplicationem continens porrigitur Referendarijs, folus autem Princeps, vel Præfectus cognofcet de fupplicatione, &c.* Et multis ab hinc annis ita feruatum fuifse, multorum fcripta teftantur, præcipuè Gambar. *e* qui à Leone X. in albo Referendariorum adnotatus, Signaturæ Præfectum tunc temporis Eminentifs. Card. Laurentium Campegium fuifse affirmat; & nos annis plufquàm triginta, quibus Romanam Curiam fequuti fumus, plures hanc Signaturæ Iuftitiæ Præfecturam S.R.E.Cardinales geffifse vidimus. Primus fuit Cinthius Pafsarus Senogallienfis, qui ex Clementis VIII. forore natus, in Aldobrandinam familiam adoptatus, inter purpuratos Patres titulo S.Georgij relatus, hanc denique Præfecturam obtinuit. Hoc ab humanis erepto, Maphæus Barberinus, in Sacrofanctæ Romanæ, & vniuerfalis Ecclefiæ Senatorum Collegio à Paulo V. afcitus, hac etiam Præfectura donatus, eaq.'per annos fermè quindecim, ficut & alijs domi, forifquè, præcipuè tamen apud Henricum IV. Gallorum Regem Sedis Apoftolicæ Nuncij, munijs, fumma liberalitatis, prudentiæ, ac doctrinarum laude perfunctis, die 6. Augufti 1623. noua Summi Pontificis eligendi forma a Gregorio XV. prædeceffore fancita, iterato fcrutinio ad fupremam in Ecclefia Dei Dignitatem euectus, Chrifti in terris Vicarius Vrbani VIII. nomine renunciatus fuit; & in præfulgenti folio conftitutus, Eminentifs. D.Francifcum ex germano fratre, rantoque patruo, nepotem meritiffimum, quem in Referendariorum numerum ftatim adfcribi voluit, mox S.R.E. tit.S.Agathæ Cardinalem, fuum in hac Præfectura fucceforem dixit. Hic autem grauifsimis pro S.R.E. totaque Ecclefiaftica temporali Ditione folicitudinibus, & curis quotidie diftentus, vt partito in alios onere, leuius illi fieret, Eminentifs. D.Antonium Barberinum germanum fratrem, eademque Cardinalatus dignitate corufcantem focium fibi delegit, Præfecturæque locum cefsit: itaut verè dici poffit, quòd fileat Machiauellica, eiufque fectariorum dementia, dum effutire audent, Imperiū non capere duos; vera etenim Chriftiana pietas, & firma Chrifti Fides, humanæ, feu potius diabolicæ politiæ tenebris religiofi viri mentē implicari nō finunt; & ficut aurū rubigine non inficitur, ita germanus amor, in angulari lapide Chrifto Iefu folidatus difcordiarum fi mina non alit: *numquid* (vt Malachias *f* ait) *non pater vnus omnium noftrum? numquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo defpicit vnufquifque veftrum fratrem fuum, violans pactum patrum veftrorum?* & fapientifsimus Salomon *g* poft deteftata hominum diffidia, fratrum concordiā extollens ait; *frater, qui adiuuatur à fratre, quafi Ciuitas firma, & iudicia quafi vectes Vrbiū*. Quæ veritas etiam ethnicis innotuit; Antiftenes enim, teftante Laertio, *h* eandem fententiam comprobat, dum ait; *fratres concordes omni pariete fortiores funt*: & Socrates; qui fratribus præteritis, alios amicos acquirunt, ijs fimiles efse dicebat, qui relicto fuo agro alienum colunt. Sed tantorum Principum doctrinam, prudentiam, liberalitatem, religionem, pietatem, humanitatem politiori ftylo, & præftantioribus ingenij monumentis alij profequantur, imbecillitati verò meæ pauca quædam indicafse fat erit: & iam ad noftra reuertamur, poftquam dixerimus, quòd hodie non minus virtute, quàm integritate, prudentia, animique candore eximius emicat in Vrbe Signaturæ Iuftitiæ Præfectus Eminentifs. Card. Iulius Sacchettus Florentinus, Epifcopus Tufculanus. B C D E

d in c.ex literis num.3. de reftitin integr.

e tract. de legat. lib.1.cap.4.n.39.

f cap 2.

g lib. prouerb. cap.18.

h lib.6.cap.1.

Sciendum eft igitur retroactis temporibus nullam fuifse agnitam differentiam inter

ter Signaturam, quam gratiæ vocant, & de qua dictum est supra, & eam, quæ nunc Iustitiæ dicitur; Alexandrum verò VI. hanc distinctionem decreuisse, Comesio, *a* & Marchesano *b* testibus; cuius Pontificis beneficio hodie duos Eminentissimos Cardinales Signaturæ Præfectos, alterum scilicet gratiæ, iustitiæ verò alterum habemus, & sicut illa die Martis, vel Sabbati, Summo Pontifice iubente, in Apostolico Palatio, ipsoque Pontifice præsente celebratur; ita hæc die Iouis, per octo dies ante A in acie Campi Floræ, ad locum, quem Bancum Cursorum vocant, exposita tabella præscriptam diem colliticantibus indicante, in ædibus Eminentiss. Card. Præfecti conuocatur, ibique Referendarij omnes, quotquot in Vrbe sunt, nec legitimè impediti, adesse debent, vt diximus: quorum iunior flexis genibus, alta, & intelligibili voce solitam legit Orationem, à Sancto Isidoro, vt Marchesanus affirmat, compositam.

Cuius verò antiqui Magistratus hi Eminentiss Cardinales Præfecti simulachrum habeant, non satis apud me liquet, nisi dicamus, ad Magistros sacrorum Scriniorum referri posse, quorum mentio fit ab Anastasio Imperatore; *c* duplicia enim scrinia Imperatores habuisse testatur Budæus, *d* statoria scilicet, & viatoria, in B illis antiqua monumenta condita erant, nos Archiuia dicimus, in istis verò supplices libellos à postulantibus Principi porrectos, quoad subscriberentur, & expedirentur, collocabant, & qui horum scriniorum curam agebant, etiam Magistri libellorum dicti sunt, quorum officium antiquis Imperatoribus ignotum fuisse probat Gasp. Pancirol. *e* ex Tiraquello in Augustum cap. 50. dum ait, in diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis initio sphinge vsum, mox imagine magni Alexandri, nouissimè sua; qua signare insequentes quoque Principes seruauerunt: hæc Suetonius: ex Lampridio verò in vita Commodi hæc desumpsit, quòd Commodus in subscribendo tardus, ac negligens, itaut libellis vna forma multis subscriberet; ita Lampridius: sequitur Pancirolus; sed cum hoc opus Principes fastidire cœpisent, Magistros libellorum inuenerunt, & hi plures scriniarios habebant libellenses vo- C catos, *f* qui libellos supplices priuatorum, non Ciuitatum accipiebant (in quorū locum fortè Referendarij successerunt) Magister verò libellorum eos Principi oblatos legebat, ac adnotabat, dictabatquè, vt ex Zenonis responso *g* liquet, ibi, *viri spectabiles Magistri Scriniorum qualecumque Diuinum responsum dictauerint, &c.* Quæ quidem responsa duplici modo fiebant, sicut & hodie fiunt, altero scilicet ex mera voluntate, & gratia Principis, qualia sunt, quæ ex Signatura Gratiæ prodeunt, altero verò ex petitorum voto, & consilio Princeps responsa profert, & hæc ad Signaturam Iustitiæ referri possunt: cum autem omnia iura tam gratiam, quàm iustitiam respicientia Princeps in scrinio pectoris habere dicatur, hos duos Cardinales Scriniorum Præfectos (saluo tamen saniori iudicio) appellare possumus. Et quoniam Principis maiestati assistunt, & inuigilant, ab omnis indictionis onere, siue D ciuilium, siue militarium iudicum immunes extant, ex Anastasij Imperatoris responso. *h* Alijs quoque priuilegijs gaudebant non solùm Magistri Scriniorum, sed qui Proximi sacrorum Scriniorum dicebantur, ab Imperatoribus insigniti, *i* & in triplici erant differentia, memoriæ scilicet, epistolarum, & libellorum; *K* quorum simulachrum videmus etiam hodie apud Romanum Pontificem: Scriniarius enim memoriæ dici poterit Secretarius memorialium, Scriniarius epistolarum erit, qui literis Apostolicis expediendis inuigilat, & Præfectus Breuium dicitur, qui solus Annulum Piscatoris contrectare valet, & coram Pontifice literas Apostolicas, quas Breuia vulgus appellat, hoc Annulo signat, & munit; libellorum verò Scriniarios, Signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ Præfectos dicere possumus, nisi fortè dicamus Datarium, & Regentem Cancellariæ, ad quorum manus supplices libelli veniunt, Staphileo, Gomesio, Mandosio, Marchesano testibus: *l* quamuis libelli prædicti nisi post E Principis responsa ad Datarium, & Regentem non deuoluantur, & ideo hi potius libellenses dici poterunt ex Theodosij Imperatoris respōso; *m* & alia multa ad hanc rem facientia colligit Gaspar Pancirolus, *n* quem consule.

a loco supra cit. vers ex quo infertur. pag. apud me 150.
b in pract. Signat. par. 1. cap. 1. nu. 25. & par. 2. cap. 4. nu. 73.
c in l vnic. C. de Mag. sacr. scrin. lib. 12
d ad Pandect l. ne quicquam. ff. de off Proconſ.
e in comment. notit. Imper. orient. cap. 96. de Magist. libell.
f l præcipimus, §. huic, C de appellat.
g l. vlt C. de diuers. rescript.
h l. vnic. C. de Magistr. sacror. scriniorum lib. 12.
i l. 1. & toto tit. C. de prox. sacror scrin. lib 12.
K l. 1. & 6. C. eod.
l in comment. Signat. & Reg Cãc.
m l. præcipimus. §. huic. C. de appell.
n in comment. notit. Imper. orient. cap. 96. & Imper. occident. cap. 45.

CAPVT

CAPVT LVIII.

De Cardinalibus Archipresbyteris Basilicis Vrbis addictis. A

Et primò de Archipresbytero Basilicæ Lateranensis.

a de septem Vrbis Eccles. vbi de Basilica S Saluatoris, pag. 106.
b Annal. tom. 3. anno Christi 312 pag. 84. lit. C.

BAsilica S.Saluatoris (vt Panuinius *a* ait) à loco Lateranensis, à conditore Constantiniana, ab ornamentis aurea, ab apparitione S Saluatoris appellata est: vt autem hæc melius intelligantur, Lateranensis familia, è qua Plautius Lateranus auctor coniurationis contra Neronem, teste Tacito, prodijt, hìc ædes habebat, ex Baronio, *b* quæ postea in Basilicam versæ antiquam non amiserunt denominationem. Basilicæ verò conditor magnus ille Constantinus Imperator extitit, à quo Constantinianæ nomen accepit: muneribus autem ditissimis, & aureis ornamentis decorata ab eodem Imperatore, alijsquè religiosis, & pijs Principibus, aurea dicta est; verùm quia in ipsa consecratione SS. Saluatoris Imago, omnibus, qui aderant, videntibus, apparuit, adhuc Basilica S.Saluatoris à multis dicitur. Nec desunt, qui S. Ioannis, vtrumque scilicet Euangelistam, & Præcursorem designantes, nominandam velint. *c* Antequam verò in Basilicam versa esset, Palatium Imperatoris erat; & hoc ab eodem Constantino Melchiadi Pontifici donatum, in eoquè Concilium conuocasse Melchiadem contra Cecilianum, pluribus probat Baronius. *d* Anno verò 324. Syluestro I. sedente, intra Palatium suum cœptam fuisse à Constantino huius Basilicæ fabricam idem Baronius *e* narrat, vnà cum muneribus summa liberalitate ad inuidiam vsque gentilium donatis. B

c Panciról. tesori nascosti in questa Basilica.
d loco cit.
e annal tom. 3. anno 324. pag. 231.

C

Multis quoque priuilegijs decoratam affirmat inter Iurisconsultos magni nominis Paulus Castrensis; *f* & esse maiorem Basilica Vaticana, eò quia ista sit Parochialis, S. autem Petri nec Parochialis, nec Episcopalis, sed subdita Episcopo Portuensi, scribit Archidiaconus. *g* Esse autem Parochialem apparet ex Diplomate Paschalis II. vbi concessa Lateranensi Basilica Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini, designat illius Parochiæ confinia in hæc verba. *h Ab Ecclesia S. Nicolai de forma per viam, quæ venit à S Stephano in monte Cœlio, & vsque ad supradictam nostram Basilicam Saluatoris, & à porta Monasterij SS. Quatuor Coronatorum, descendente per eliuum in via maiori, & exinde per stratam ex vtraque parte vsque ad campum Lateranensem, & reuoluente supra Ecclesiam SS. Marcellini, & Petri vsque ad Ecclesiam S Bartholomei de capite Merulanei, & deinde ad S. Danielem, & exinde descendente ad portam Vrbis, & vertente ante Ecclesiam S. Nicolai de Hospitali, ad supradictam Basilicam Saluatoris &c.* Sed hanc Paschalis concessionem Canonicis Regularibus potius restitutionem fuisse indicat Panuinius, dum scribit, Gelasium Papam circa annum Domini 400. Clericos, qui ab arctiori vitæ instituto Canonici, ideft Regulares vocati sunt (hi Apostolorum, & primitiuæ Ecclesiæ more secundùm Beati Augustini regulam in communi viuebant) Laterani collocasse, quorum præcipuum munus erat, Sacramenta plebi Dei ministrandi: sed haud longè post Gelasij tempora, Monachi, qui paulò ante à Beato Benedicto Abbate in occidente instituti optimam viuendi normam acceperant, in Canonicorum locum subrogantur, causante Longobardorum nequitia, dum Cassinense Monasterium nocturno tempore Fratribus quiescentibus cæpit, illisquè expulsis, Romam sub Ioanne Papa III. confugientibus, iuxta Basilicam Lateranensem, Pontifice permittente, Monasterium ipsi construxerunt sub inuocatione SS. Ioannis Baptistæ, Euangelistæ, & Pancratij, vbi per centum, & triginta annos (quoad Cassinense Monasterium dirutum permansit) permanserunt, & laicorum loco sacras horas, & psalmos canere in Lateranensi Basilica cœperunt, Canonicis tantùm Sacra in ea facientibus, & Sacramenta administrantibus: horum Ordinem dilabentem iuxta Beati Augustini Regulam post multa tempora primus omnium Romanorum Pontificum Alexander Papa II. reformauit, sed diuturni temporis schismate paulatim denuò

f in auth. quas actiones, n. 3. C. de sacros. Eccles.
g in c. futuram, nu. 5. 12. q. 1.
h Bullar nou. to. 1. Const. 2. §. 1. fol. 16.

D

E

denuò laxatum Paschalis II. salubri studio, & prouidentia (vt vidimus in eius li-
teris supra citatis) in Lateranensi Cœnobio restituit, & correxit, ibique permanse-
runt vsque ad Bonifacij VIII. Pontificatum, qui circa annum Domini 1300 hos
Canonicos claustrales Lateranensi Monasterio expulit, & secularesClericos,qui Ca-
A nonici seculares vocantur, collocauit, singulisque ex redditibus Monasterij singu-
las Præbendas speciatim constituit. Permanseruntq. isti pacificè vsque ad Eugeniũ
IV. qui Regulares Canonicos restituit; sed Romanorum excitaro tumultu post obi-
tum Nicolai V. clerici seculares postliminio reuersi, à Calixto III. confirmantur, pa-
cificè commorantes ad Paulum vsque II. qui auunculi suo Eugenij IV Ordinatio-
nes immutatas fuisse haud æquo animo ferens, seculares exturbando, non sine
magnis Romanorum ciuium quærelis, qui dicerent, Beneficia, & Præbendas hasce
à maioribus suis institutas, Regulares Canonicos reuocauit: denique Sixto IV. se-
dente, Beatæ SS. Virginis Mariæ Templo de Pace nuncupato Canonicis Regulari-
bus assignato, Lateranensem Basilicam Clerici seculares adepti sunt, & ad hæc no-
stra tempora retinent; in triplicem ordinem distincti, Canonicorum scilicet, Be-
B neficiatorum, & Clericorum, Capitulum constituentes Inter quos ex vna, & Ca-
nonicos, Capitulumque Basilicæ Vaticanæ partibus ex altera, cum orta esset dissen-
sio, quis eorum deberet esse maior, & alijs præcedere, diuq. causa in Tribunali Sa-
cræ Rotæ Romanæ discussa, ac demum in fauorem Capituli, & Canonicorum Late-
ranensium lata sententia, san. mem. Pius V. *a* motu proprio, & ex certa scientia *a Const. 64. Bullar. no. to. 2. pag. 296.*
prædecessorum suorum Gregorij XI. *b* Martini V. Pauli II vestigijs inhærendo, ne-
dum sententiam prædictam confirmauit, perpetuumque silentium Canonicis, & *b Const. 1 d. Bullar. to. 1. pag. 220.*
Capitulo Basilicæ S. Petri imposuit, sed Basilicam Lateranensem primam Vrbis, &
Orbis esse sanciuit: quod in marmore aliàs rudi minerua sculptum supra perystiliũ *c loco cit.*
exterioris Basilicæ porticus his carminibus à Panuinio *c* relatis apparet.

C *Dogmate Papali datur, ac simul Imperiali,*
Quòd sim cunctarum mater caput Ecclesiarum,
Hinc Saluatoris Cœlestia Regna datoris
Nomine sanxerunt, cum cuncta peracta fuerunt.

Cum autem dictum sit, clericos huic Basilicæ adscriptos in triplicem Ordinem
esse distinctos, sciendum est, primum esse Canonicorum numero 18. secundum Be-
neficiatorum 22. tertium Clericorum octo: deinde sunt Cantores 8 Mansionarij 2.
Sacrista cum socio, Camilli aliquot Sacerdotibus in sacrificio Missæ inseruientes.
His omnibus præest Archipresbyter, multis ab hinc annis ex sacro Cardinalium
Romanæ Ecclesiæ Collegio assumptus: quid autem sibi velit hæc dictio, Archipres-
D byter, Petrum Gregorium Tholosanum *d* consule, qui præter alia scribit, Archi- *d in syntag. iur. univ. par. 2. lib. 15. cap. 21. in prin & nu 11.*
presbyterum esse, qui Sacerdotibus, seu Presbyteris certis quibusdam de causis
præponitur, & præst illis, quæ Sacerdotalis Officij sunt, præsertim si Episcopus
absit, quod à Leone Pontifice *e* sancitum habes in hæc verba. *Ministerium Ar-* *e c 2. de off. Archipresb.*
chipresbyteri in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium Sacer-
dotum Cardinalium, qui solemne debeant agere officium, in communicatione
Corporis, & Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi, à sacrosancto die Dominico
incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabil[illegible] *perseuerent, vt opus Dei di-*
gnè, & sanctè perficiatur ab eo, cui committitur, &c. Et infra. *Prouideat etiam*
Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium præceptis sui obtemperando Episco-
pi, ne aliquando cedant, aut scurrilitate torpeant, &c. Et infra. *Si Episcopus de-*
E *fuerit (exceptis ijs, quæ prohibita sunt) Archipresbyter prouideat cuncta, quæ in*
Sacerdotum ministerio perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere,
pœnitentem infirmum (consulto Episcopo) reconciliare, pœnitentiam cunctis alijs
Sacerdotibus iniungere. In præcipuis festiuitatibus aut ipse celebrationem Mis-
sa solemnitèr impleat, aut ad sui iussionem cui committitur peragat veneranter.
Huc vsque Leo Papa.

Sed magis ad rem nostrã, de officio, & iurisdictione Archipresbyteri Sacrosanctæ
Lateranensis Ecclesiæ, videnda est Gregorij XIII. Sanctio, *f* in qua præuia auoca- *f Bull. nou. Const 45 pag. 414.*
tione quarumcumque causarum à quocumque iudice, earum cognitionem Archi-
presbytero committit cum facultatibus necessarijs, & oportunis; Canonicos, & Ca-

Rr pitu-

pitulum; omnesq. alios in ipsa Basilica inseruientes, vel addictos citandi, & inhibendi, ab excommunicationibus, alijsq. censuris, & pœnis absoluendi; aduersus lapsum fatalium in integrum restituendi, & quatenus lapsa non sint, prorogandi; attentata quæcumque reuocandi; causas appellationum, non obstantibus ferijs, expediendi; earum cognitionem Archipresbytero commissam non aliter, quàm per rescriptum ipsiusmet Pontificis auocari non posse; cum clausula sublata, & decreto irritanti, &c. Quæ omnia Paulus V. *a* dum Scipionem Burghesium S. R. E. Cardinalem, ac suum secundùm carnem nepotem huius Basilicæ Archipresbyterũ A ordinauit anno salutis nostræ 1608. Pontif. 4. nedum confirmauit, sed auxit, cum facultate, ac iurisdictione cognoscendi, ac decidendi omnes, & quascumque causas interesse Lateranensis Ecclesiæ, Capituli, Canonicorum, inseruientium, ministrantium concernentes, cum annexis, & connexis simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, nedum per se ipsum, sed etiam per Vicarium ab eo deputatum, seu deputandum, §. 2. citandi quoque in Curia, & extra omnes; iudicibus cuiusuis dignitatis, & qualitatis inhibendi, & causas coram ipsis introductas reassumendi, & auocandi; & ad censuras, ecclesiasticasq. pœnas procedendi singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis; Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, & alios à iuramentis ad effectum agendi, alijsq. censuris, & pœnis absoluendi; clausulæ additæ sunt efficacissimæ, vt ibi latius. B

a Bull. nou. to. 3. Const. 49. alias 31 pag. 240.

Hanc Archipresbyteratus Lateranensis Dignitatẽ primus ex Cardinalibus S.R.E. adeptus est, Bonifacio VIII. sedente, Gerardus Episcopus Sabinensis, genere Blanca, patria Parmensis, à Nicolao III. ad Vaticanam purpuram euectus, de Romana Ecclesia optimè meritus, Ciaconio, & alijs attestantibus; obijt Romæ *Kal.* Martij anno 1302. sepultus in Archipresbyterio suo cum prolixiori, & barbaro epitaphio. Quis verò huic subrogatus fuerit, non liquet, quemadmodum incompertum habeo, qui spatio 130. annorum, plusuè minus, ad Eugenij IV. Pontificatum hanc Dignitatem fuer adepti; nam restituris ab eo Canonicis Regularibus, vt diximus, satis veritati consonum videtur, Archipresbyteratũ à Cardinalibus abdicatum, nec prius quàm à Sixto IV. restitutum: Opinio verò Panciroli *b* dicentis, ab ipso Gerardo ad hæc nostra tempora semper hanc Dignitatem Cardinalibus collatam fuisse, non satis arridet; siquidem Mandosius, *c* qui sub Iulio III. in regulas Cancellariæ commentarios edidit, Basilicam Lateranensem Decanum habuisse scribit; quàmuis hæc dictio, Decanus, etiam Archipresbytero conuenire dicat Tholosanus, *d* ex ijs, quæ leguntur in c. ad hæc de off. Archid. ibi, *Archipresbyteri autem, qui à pluribus Decani nuncupantur.* Sed Gregorio XIII. sedente innouatum esse nomen Archipresbyteri in personam Marci tit. *S Georgij in velabro* Card. ab Altemps nuncupati, liquet ex Bulla huius Pontificis supra relata; hoc ab humanis erepto, Ascanius Columna in eius locum succedit; eoq. defuncto, Scipio Burghesius; huic Ioannes Baptista Lenius, qui die 3. Nouembris 1627. diem obijt; eundem Franciscus Barberinus obtinet, qui ad Vaticanum translatus, Hieronymo Columnæ nunc Archipresbytero locum cessit. C D

b tesor. nascost. di Roma in S. Gio. Laterano.
c in reg. 7 Canc. de reseru. in prin.
d in Syntag. iur. pag. 2. lib. 15. cap. 21. num. 11.

De prærogatiuis, ac priuilegijs huius Sacrosanctæ Basilicæ tanquam omnibus notissimis, & à scriptoribus ferè innumeris passim relatis plura non addam.

Furtum memoratu dignum, & condigna pœna emendatum in personam cuiusdã Canonici, & duorum Beneficiatorum refert addens Ciaconio in vita Eugenij IV. anno 1437 die 10 Decembri[illegible] enim sacrilegi Capita SS. Apostolorũ Petri, & Pauli gemmis, & vnionibus spoliauerant, valoris mille, & ducentorum (seu ducentorum millium) aureorum; abstulerunt autem balassios duos, vnum 48 alterum 47. charactorum, saphirum magnum, tres adamantes ingentes pretiosissimos, singuli autem characti balassiorum 28 ducatis æstimabantur, duodecim vniones crassos, & selectissimos, & alias 48 gemmas preciosas: Quare ab Andrea Episcopo Auximano Vicario Papæ in Ecclesia Aracœlitana degradati, die 7. Septembris in Campum Floræ adducti, & publicè expositi, inde in Capitolium reducti, Canonicus Nicolai nomine super asinũ sedens, mitra papiracea in capite depicta, in qua erant duo diaboli, & duo Beneficiati sequebantur caudis equorum tracti vsque ad plateam Lateranensẽ, ibique manus dexteræ abscissæ, igne combusti sunt Beneficiati: hæc historia ad memoriam posteritatis, ac terrorem cæterorum, tantiq. facinoris detestationem in muro ipsius Basilicæ è regione Tabernaculi, vbi sunt Capita Apostolorum, depicta fuit, & perseuerauit vsque ad annum 1587. aliò translata. E

Nec

Nec prætereundum censeo, cæremonias benedicendi, seu baptizandi campanas in hac Basilica primùm institutas fuisse anno salutis 968. Ioanne XIII. Papa sedente, vt testatur Baronius a videndus.

Denique non omittendum existimo, quòd hanc eandem Lateranensem Basilicam S D.N Innocentius X. in elegantissimam formam restaurauit, itaut diuturnitati consulens vetustissimæ Basilicæ, diuerso etiam opere exornauerit, vt indicat marmorea inscriptio ibi apposita.

a tom. 10 anno 968. ad fin.

A INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
LATERANENSEM BASILICAM
CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS
LIBERALITATE ET MVNIFICENTIA EXTRVCTAM
SVMMORVM PONTIFICVM PIETATE SAEPIVS INSTAVRATAM
B VETVSTATE IAM FATISCENTEM
NOVA MOLITIONE AD VETEREM
EX PARTE ADHVC STANTEM CONFORMATA
ORNATV SPLENDIDIORE RESTITVIT.
ANNO IVBILAEI MDCL. PONTIF. VI.

C

CAPVT LIX.

De Archipresbytero Basilicæ Vaticanæ.

Post Lateranensem Basilicam, primum sibi locum ex iam dictis vindicantem, Vaticana succedit: hanc in Vaticano monte paruæ Ecclesiæ forma (Damaso Papa teste) primus ædificauit sub ipsa Beati Petri Apostoli morte Anacletus Presbyter S.R.E. ab eodem Petro ordinatus, & tertius (quartus, ex Baronio, Platina, Ciaconio, & alijs) ab eo Pontifex, iuxta viam triumphalem, Caij, & Neronis circum, quo in loco idem Apostolus iussu Neronis pedibus in sublime
D leuatis Cruci affixus fuerat: idem verò Anacletus iam Pontifex Maximus, vt reliqui Romani Episcopi eo loci sepulturæ traderentur, instituit: hinc Linus, Cletus, Anacletus ipse, Euaristus, Xistus, Thelesphorus, Hyginius, Pius, Eleuterius, Victor, Pontifices Summi, Christi Martyres à Damaso hic sepulti sunt, vt Panuinius ait: horum cineres vexasse nephandum naturæ monstrum Heliogabalum Lampridius innuit, dum scribit. *Sepulchra Vaticana, quò Elephantorum quatuor quadrigas laxiùs, & commodiùs agitaret, quæ obstabant, disiecit.* Quo tempore S. Calixtus Papa, qui B. Zephirino successit, Corpus Apostoli Petri è Cœmeterio Vaticano diruto, ad Catacumbas iuxta Cœmeterium via Appia, secundo ab Vrbe lapide à se constructum,
E cum Corpore S.Pauli transtulit, vbi sub Altari marmoreo vsque ad Cornelij Papæ Pontificatum per annos circitèr 30. iacuerunt, sedentibus scilicet Calixto, Vrbano, Pontiano, Antero, Fabiano, & Cornelio, qui (vt Damasus est author) Lucinæ Matronæ Romanæ rogatu Corpora Apostolorum Petri, & Pauli è Catacumbis noctu sublatit, & prioribus suis locis condidit: septuagesimo demum post S. Cornelium anno Constantinus Pius Imperator ad Christi Fidem conuersus, S.Syluestro Papa hortante, inter decem magnifica Templa, in hoc Caij, & Neronis circo diruto Basilicam Vaticanam centum marmoreis, nobilibusque columnis in honorem Principis Apostolorum erexit; in cuius fundamentis iaciendis pius Imperator primus omnium rastro solum effodit, duodecimq. aggeris, & glebarum sporulas inde asportauit, duodecim Apostolorum honori id tribuens; & vt Baronius b ait, debuit nè

a annal. tom. 3 anno 324. pag. 229 littera G.

Constantinus prætermisisse pro cultu veræ Religionis præstare, quod ipso maior
eiusdem familię Flauiæ illustrator pro superstitione auita officium exhibuerat. scri-
bit enim Suetonius, a Vespasianum Imperarorem (à quo Constantinus genus du-
cebat) restitutionem Capitolij aggressum, ruderibus purgandis manus primum
omnium admouisse, ac suo collo quædam extulisse.

a in vita Vespas. cap 8.

Verùm quia nullum hodie antiquæ Basilicæ vestigium extat, sed tota nostro ferè
æuo in ampliorem, & nobiliorem formam à Summis Pontificibus, præsertim Sixto A
V. Paulo V. Vrbano VIII. & Innocentio X. restituta cernitur, ne antiquitas ipsa om-
nino pereat, eius figuram ex Panuinio desumptam hic addere placuit. Ecclesia
S.Petri veteris antiquorum Basilicæ instar ædificata habuit absidem, siue tholum
musiueis signis ornatam, transuersam partem, quam Crucem vocant, quinque por-
ticus intercolumnijs distinctas, quas naues dicimus, medianam maiorem, binas ex
vtraque parte minores, amplissimo peristylio, & magnis, pulcherrimisque colum-
nis sustentatas. Innocentius III. Papa absidæ musiuum antiquum vetustate consum-
ptum restituit, Christi, Sanctorumq. figuris exornauit. Basilicæ tectum à diuersis Pon-
tificibus renouatum æreis tegulis ex Templo Iouis Capitolini translatis cooperuit
Honorius, quem collabentem refecit Benedictus XII. Pauimentum marmoreis, &
prægrandibus tabulis varij coloris strauit Symmachus, sub quibus in loculis dor- B
miunt multi Sancti Pontifices. Peristylij picturas musiueas fecit Nicolaus III. Totã
Ecclesiam picturis exornauit Formosus Papa. Gregorius IX. frontem Basilicæ supra
porticum musiueis signis condecorauit, & quosdam versiculos apposuit. In anterio-
ri parte aderant sex portæ, media omnium maior argentea vocata à laminis argen-
teis cælatis, quibus totam cooperuit Honorius Papa, quas à Saracenis direptas re-
stituit Leo IV. & ijs etiam ablatis, æneam reddidit Eugenius IV. martyrio SS. Aposto-
lorum, & rebus ab se gestis expressis: proxima porta à parte dextera vocabatur Ra-
uenniana à Rauennatibus Transtyberim incolentibus, vel quia Transtyberini Ra-
uennates vocabantur, quo nomini Thusci, & Transpadani homines comprehendũ-
tur, quia eò ingredi Ecclesiam consueuerant; tertia versus S.Mariam de febri (vul-
gò Campo Santo) dicebatur porta Iudicij, quoniam ea vita functi ad sepulturam C
inferebantur: à parte sinistra proxima post argenteam sequebatur porta Romana à
Ciuibus Romanis dicta: altera Guidonea, vulgari verbo à Guidonibus nuncupata,
qui peregrinos ad limina Apostolorum venientes per eam in Ecclesiam introduce-
bant: sexta erat Porta Sancta, quæ remansit, & vigesimoquinto quoque anno Iubi-
læo redeunte aperitur, eoq. exacto clauditur, vt inscriptiones Clementis VIII. Vrba-
ni VIII. & S.D.N. Innocentij X. desuper positæ indicant: Super his portis cernebã-
tur cathena portus Smirnensis, & vectes eius Vrbis, Xisto IV. sedente, à classe eccle-
siastica de Turcis captæ; item vexillorum aliquot hastæ ijsdem Dei hostibus ereptæ.
Ante Basilicam erat quadriporticus à Constantino facta, quam Symmacus Papa ta-
bulis marmoris strauit, & musiueis signis ornauit. Constantinus Papa sex Sancto-
rum Synodorum generalium picturam in eadem posuit, cuius atrium, siue implu- D
uium, quod Paradisus dicebatur, dominus Papa marmoreis quadris constrauit; in
cuius medio Symmachus Papa Cantharum (idest fontem) fecit, columnis octo
porphireticis ornatum, cuius operculũ æneum pauonibus ex Mole Hadriani erutis,
& delphinis inauratis aquam fundentibus decorauit, & in eius medio pineam æneã
locauit, qua per subterraneos scyphones, & plumbeas fistulas aqua ex forma Sab-
batina publicæ commoditati corriuabatur. In eodem atrio marmoreo solio iuxta
portam sepulcrhum aderat Othonis II. Imperatoris, vbi etiam Honorius, & Placi-
dius Valentinianus Augusti collocati fuerant. In eius pariete extabant è musiuo
deuotissimæ Christi, & Apostolorum in mari turbato supra Nauiculam ferè demer-
sam existentium Imagines (Ioti pictoris opera) quæ vulgò la Nauicella dicitur,
quæ à Paulo V. ferè eodem loco reposita sub aperto Cœlo, cũm aquarum, & gelu E
iniurijs in dies deformaretur, Vrbanus VIII. hanc intra Basilicam, supra maiorem
portam, fornici propinquam locandam edixit: at S.D.N. Innocentius X. ad augen-
dum Basilicæ lumen, inde Nauiculam intra Vaticanum Palatium transferri iussit, vbi
hodie conspicitur. Gradus marmoreos ante Basilicam Constantinus Imperator fe-
cit, Symmacus Papa amplificauit, Pius II. additis SS. Apostolorum prægrandibus sta-
tuis, quæ nunc etiam visuntur, restituit. Pergit Panuinius referre Altaria, Sacel-
lis, & Oratorijs partim inclusa numero viginti, partim sine ædiculis, quæue Sancto-
rum Corpora in vnoquoque illorum condita essent, & alia multa scitu digna, præ-
cipuè

cipuè de Altari maiori à Syluestro, & Constantino exstructo, vbi Principis Apostolorũ Corpus ex humiliori loco summo cum honore ita collocarunt: insignis thecà argentea, ære vndique, & cupro conclusa, ex omni latere in longum, & in latum, sursum, ac deorsum pedes quinque protensa, desuper arca deaurata constructa est, ibique conditum est Corpus, & ad loculi mensuram Crux ex auro mundo centum quinquaginta librarum cum hac inscriptione posita est.

A CONSTANTINVS AVGVSTVS ET HELENA AVGVSTA HANC DOMVM REGALI SIMILI FVLGORE CORVSCANTEM AVRO CIRCVNDANT.

Alia petenda sunt ex ipso Panuinio, *a* & ex ijs, quæ supra diximus in Congregatione Fabricæ Diui Petri; ego enim ne nimius sim, illuc te lectorem reijcio, prosequuturus quod restat de Archipresbytero huius Basilicæ, quæ præter cætera nõ
B exiguum ornamentum sortita est, vt ex ipso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio eius Archipresbyter assumatur, facultatibus, & iurisdictione tanto munere dignis decoratus, & in Summorum Pontificum diplomatibus contentis. Et primo loco se offert Pauli III. Constitutio, *b* qua sancitum est, omnes causas ciuiles, criminales, & mixtas, citra tamen sanguinis, & corporis afflictiuas pœnas, inter Canonicos, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, Capellanos ex vna, & quascũque alias personas, loca, Collegia, vel Vniuersitates, quocumque priuilegio munitas, vel inter ipsosmet motas, & mouendas, sub quibusuis rebus actiuè, vel passiuè, ab ipso Card. Archipresbytero cognoscendas, dirimendas, & fine debito terminandas esse; cum facultate citandi, & inhibendi in Curia, & extra, iuramentaq. personarum
C suæ iurisdictioni subiectarum, vt agere possint, relaxandi: & hæc omnia confirmauit Pius IV. Sixtus verò V. collationem Beneficiorũ in ipsa Basilica vacantium addidit, exceptis tamen ijs, quæ ex Cancellariæ Regulis ad Apostolicam Sedem sunt reseruata; Pontificalia, & iurisdictionem ordinariam in personas ipsius Ecclesiæ exercendi indulsit; causas ab alijs iudicibus reassumendi, & inhibendi, summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, appellatione postposita, cognoscendi concessit; Commissiones (manu Papæ minimè firmatas) reijciendas esse voluit, vt plenius in eius Constitutione *c* continetur.

Et hæc Archipresbyteri iurisdictio eò speciosior redditur, quia in Clerũ (vt Panuinius *d* ait) numerosissimũ exercetur; siquidem in multitudine, seu numero, aut qualitate subditorum consideratur eminentia iudicantis, ex Luca de Penna; *e* Sunt enim
D Vicarius (vt plurimũ Episcopus, & in prima huius mei operis molitione erat Faustus Polus Cassianus, Vrbani VIII. Pontificiæ Domus Præfectus, Archiepiscopus Amasiæ, qui ab eodem Pontifice sacra deinde Purpura insignitus, & Episcopatu Vrbeuetano auctus, gregem sibi commissum communi omnium plausu faustissimè moderatur, & ad Nestoreos moderetur annos) Canonici nu. 30. Beneficiati 26. Clerici itidem 26. Cappellani, Cantores, Camilli multi. Præterea Pœnitentiarij ex omni idiomate è Societate Iesu assumpti, qui Ecclesiæ deseruiunt, Christi fidelium peccata audiunt, & auctoritate illis tradita dimittunt; mansionem satis commodam, & refertam prope Basilicam habent: quemadmodum Archipresbyter quoque vsque ad Paulum V. habuit, à Richardo Oliuerio Normando S.R.E. Episcopo Portuensi, &
E huius Basilicæ Archipresbytero circa annum 1465. penè à fundamentis extructam; *f* Paulus enim V. vt frontem, & ferè totam Basilicam nobiliorem, augustioremq. redderet, nedum Palatium hoc, sed Datariã quoque ab Innocentio VIII. constructam solo æquauit, ita ut ne vestigium quidem hodie supersit.

Dignitatem verò hanc quatuorcentum ab hinc, & vltra annis in Cardinalium Collegio collocatam fuisse constat: Ioannes etenim Caietanus Vrsinus Romanus Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano creatus ab Innocentio IV. Basilicæ Vaticanę Archipresbyter à Ioanne XX. seu XXI. dictus est, & hic ad Beati Petri Sedem euectus, Nicolai III. nomine, Matthæo Rubeo Vrsino S. Mariæ in Porticu Diacono Card. locum, munus, & dignitatem cessit. Sed & longè ante dignitatem hanc

a de septem Vrbis Eccles.

b 35. Bullar. nou. tom. 1 fol. 671.

c 102. Bullar. nou. to. 2. fol. 678

d. loco cit.

e in l. 13. num. 5 vers. quarrò ex Comitatu, C. de dignit. lib. 12.

f Andr. Victorel in addit. ad Ciac in vita Calisti III. ad hunc Card. nu. 8.

hinc assequutum fuisse Ioannem Sutrinum SS.Ioannis,& Pauli Presbyterum Cardinalem ab Eugenio III. anno salutis 1150 creatum inuenio apud Panuinium, & Ciaconium : a & ante hunc Ioannem eadem fuisse dignitate decoratum Bernardum Cardinalem ab eodem Eugenio in prima eius promotione Viterbij anno 1145. facta, idem Panuinius, & Ciaconius loco cit scribunt : & Benedicto quoque IX. sedente anno 1035. Archipresbyter huius Basilicæ fuit Vrsus de filijs Vrsi Cardinalis, cum ante id tempus inueniatur, iurisdictionem,quam modò habent Archipresbyteri, fuisse penès Episcopum Syluæ Candidæ ; Ioannes enim XIX. concessit præfato Episcopo iurisdictionem in Ecclesia S. Petri, & annexis. Hodie autem viuit eiusdem Basilicæ Archipresbyter Eminentiss. ac Reuerendiss.Franciscus S.R.E. Cardinalis Barberinus, vir nunquam satis laudatus. A

a in vita Eugenij III. in 3. promotione anno 1150 in ordine Card. 15.

CAPVT LX.

De Archipresbytero Basilicæ S.Mariæ Maioris. B

Basilica, quæ nunc S. Mariæ Maioris dicitur, in ipsa origine circa salutis annum 355. Liberio Papa sedente, & niuis Miraculo Augusto mense è Cœlo lapsæ admonito, ab ipso Pontifice, qui prima fundamenta iecit, & impensa Ioannis Patritij viri clarissimi perfecit, Liberiana Basilica dicta est, vt ex Breuiarij Romani auctore colligitur, dum ita refert. *Liberio Summo Pontifice, Ioannes Patritius Romanus, & vxor pari nobilitate, cum liberos non suscepissent, quos bonorum hæredes relinquerent, suam Sanctissimæ Virgini Dei Matri hæreditatem vouerunt, ab ea summis precibus assiduè petentes, in quod pium opus eam pecuniam potissimùm erogari vellet, aliquo modo significaret; quorum preces, & vota ex animo facta Beata Virgo Maria benignè audiens Miraculo comprobauit; Nonis igitur Augusti, quo tempore in Vrbe maximi calores esse solent, noctu nix partem Collis Exquilini contexit: Qua nocte Dei Mater separatim Ioannem, & coniugem in somnis admonuit, vt quem locum niue conspersum viderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur: se enim ita velle ab ipsis hæredem institui; quod Ioannes ad Liberium detulit, qui idem per somnium sibi contigisse affirmauit. Quare solemni Sacerdotum, & populi supplicatione ad collem venit niue coopertum, & in eo loco Ecclesiam designauit, quæ Ioannis, & vxoris pecunia extructa est.* Postea à Xisto III restituta; varijs nominibus primùm est appellata; Basilica Liberij. Sancta Maria ad Præsepe, ob Sacellum Præsepis in ea constructum. Sed cum essent in Vrbe multæ Ecclesiæ sub nomine SS Mariæ Virginis, vt quæ Basilica nouitate Miraculi, ac dignitate cæteris eiusdem nominis præstaret, vocabuli etiã excellentia significaretur, Ecclesia S.Mariæ Maioris dicta est; cuius dedicationis memoria ex niue, quæ die 5. Augusti mirabilitèr cecidit, anniuersaria celebritate colitur. C D

Est vna ex quinque Patriarchalibus Ecclesijs ; vna ex septem, quæ solemni ritu perpetuò visitari solet; ex quatuor demum anni Iubilæi vna constituta. Hanc post Xistum III. Paschalis Papa iterum restituit, absidemque eius Basilicæ denuò construxit.

Alijs Patriarchalibus Ecclesijs haud dissimilis hæc est; tribus nauibus, mediana maiore quadraginta elegantissimis columnis suffulta constat. Altare maius marmoreo operculo ornatum est. Podia, seu mœniana duo lapidea tessellata extant; alterum pro Reliquijs Sanctorum; alterum, quod Imaginem Deiparæ semper Virginis, Honuphrij Panuinij tempore, contineret, verùm in Sacellum toto Orbe celeberrimum, à Paulo V. extructum hæc Sacrosancta Imago translata visitur, & in ipso mœniano Iesu Christi Cunabula, argentea theca inclusa seruantur : æmulatus est enim Paulus V. Dei æmulatione Sixtum Papam V qui Sacellum paritèr ornatissimũ ad Præsepe nuncupatum, in quo sacratissimum Christi Corpus dignè colitur, picturis, & statuis refertum maximo sumptu construxit; sed quoniam facile est inuentis addere, longè formosius, & magis elegans apparet, quod postea Paulus V. in honorem E

norem Deiparæ ſemper Virginis in Cœlum aſſumptæ,cum ſacrario, & manſionibus ad Sacerdotum ibidem addictorum commoditatem excitauit. Verùm non adeo in Solem oculos intendamus, vt poſtea cæcutientes, aliaſcitu, & veneratione digna non cognoſcamus, & veneremur: adſunt enim hic Reliquiæ Sanctorum plurimæ à Panuinio, & alijs ſumma fide, & diligentià relatæ; nos præcipuas afferemus. Prima eſt Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, vt diximus, Imago, ante quam S.Gregorius Papa orans peſtem extinxit, & Antiphonam illam cecinit, atque perpetuò in Eccleſia canendam edixit, *Regina Cæli lætare &c.* In Altare ad Præſepe prius, modò in Podio, ſeu Mœniano Ieſu Chriſti Cunabula. Sub Altari maiori Corpus S. Matthiæ Apoſtoli. Prope Præſepe in Sacello à Sixo V. reſtituto Corpus S Hieronymi Preſbyteri Eccleſiæ Doctoris, è Bethlem, vbi beato fine quieuit, huc circa annum 635. translatum colitur bis in anno ſolemni ritu ex Diplomatibus Pij II. in marmore ſculptis, & ibidem parieti affixis, 7. quippe Idus Maij, quo S. Corporis translatio accidit, & in vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Hæc Baſilica ritum Vaticanæ antiquitùs habuit, Clericos quippe, & Monachos, aderant enim ibi non longè ab ipſa Baſilica duo Monaſteria (quorum Monachi de mandato Gregorij Papæ II. vt Bibliothecarius ſcribit, in hac Baſilica die noctuq. Diuinas Deo canebant laudes. Deinde Clerici, poſtea Canonici cum Archipresbytero, qui nunc eſt S. R. E. Cardinalis, in ea diutiſſimè permanſerunt, vt ex antiquis eius Baſilicæ, & Bibliothecæ Vaticanæ monumentis inueniſſe teſtatur Panuinius: *a* ſed clarius hanc rem proſequutus eſt Abbas Paulus de Angelis *b* poſt hæc ſcripta viſus.

Aucta quoq. ac multis ex partibus exornata, nedum à Sum. Pontif. & S.R.E. Card ſed etiam magnatibus, & priuatis viris hæc eadem Baſilica fuit, bonis, ac redditibus quidem ampliſſimis ditata, vt latè Panuinius loc.cit. & alij multi aſſeruant. Nos quædam breuitèr percurremus. Naues ex vtraque parte minores lateritias, & fornicatas fecit Gulielmus Card. Rothomagenſis, eiuſdem Baſilicæ aliquando Archipresb. ab Eugenio IV. ſacra Purpura iure meritò decoratus ob familiæ ſplendorem (Regibus quippe Francorum ſanguine iunctus) virtutem, doctrinam, & religionem, quam maximè coluit; ſiquidem non hanc Baſilicam tantùm exornauit, ſed multos ad Cultum Diuinum reliquit prouentus, vaſa aurea, & argentea ingentis valoris donauit, imò Eccleſiam S.Auguſtini Vrbis à fundamentis conſtruxit, & ampliſſimis dotibus, veſtibuſq. precioſiſſimis ornauit, ibiq. octuagenario maior, cum vixiſſet in Cardinalatu annis triginta octo, ſepultus eſt: non modicam illi laudem attulit reſponſum ab eo Gallorum Regi Carolo Ludouici patri datum, dum ſuum vnà cum alijs Legatum elegerat: prudentiſſimus enim hic vir malens dignitati propriæ (vt Papienſis *c* ait) quàm alteriùs gloriæ inſeruire, reſpondit, nec debere, nec ſolitum eſſe Cardinalem niſi pro Romano Pontifice Legationem accipere. Sed ad Baſilicam redeamus, cuius nauem dexteram collabentem reſtituit Paulus IV. duo alia magna Sacella fabricarunt idem Gulielmus in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Federicus Cæſius Epiſcopus Card. Portuenſis S.Catherinæ dicatum, in quo ipſe, & eius Frater Paulus Cardinalis dormiunt, beatam reſurrectionis ſpem expectantes: tertium miri operis delubrum inchoauerat Guido Aſcanius Sforſia Card. S. Floræ euſdem Baſilicæ Archipresbyter, quod morte præuentus imperfectum reliquit, perfecit autem Alexander eius frater, itidem Cardinalis, & Archipresbyter, quorum corpora in eodem Sacello condita ſunt, vt inſcriptio marmorea indicat. Porticum ante Baſilicam cum columnis, & epiſtoleo marmoreo poſuit Eugenius III. Papa, vt carmina rudi minerua ibidem ſculpta demonſtrant; collabentem poſtea reſtituit Gregorius XIII. anno 1575. vt ex inſcriptione apparet. Gregorius XI. turrim campanariam erexit. Pauimentum Baſilicæ vermiculatum fecerunt duo nobiles Ciues Romani Sotus, & Ioannes eius filius Paparones ante annos 400. eodem Eugenio III. ſedente. Alexander IV. vt eius gentis inſignia demonſtrant, laquearium auratum pulcherrimum fecit. Nicolaus IV. Aſculanus ornatum è muſiuo addidit, ibiq. humili loco ſepultus, monumentum cum ſtatuis marmoreis ornatum poſuit Sixtus V. ambo Piceni. Iacobus, & Petrus è nobili Columnenſium familia geniti S.R.E. Cardinales (quorum memoriam excitauit, ſepulchrumq. ſibi, & ſucceſſoribus ſuis annis proximè lapſis elegit Franciſcus Carboniani Princeps Columnenſis in eadem Baſilica inter duo podia, ſeu mœniana ante maius Altare) faciem anterioris Eccleſiæ muſiueo opere eleganti condecorarunt, quibus ſignis primam Baſilicæ ædeficationem

a de Septem Vrbis Eccl. in hac Baſilica.
b in deſcript. huius Baſilicæ lib. 3 cap. 1.
c Epiſt. 48.

nem expresserunt: vixit Iacobus Columna ipsius Basilicæ Archipresb. sub Nicolao IV. circa salutis annum 1288 ipsi Pontifici admodum charus, quorum effigies insimul in Choro sub Imagine Dei Genitricis Assumptæ visuntur. Sixtus V. præter Sacellū, & alia, quæ ob oculos omnium sunt, obeliscum Aegypto aduectum, Augusto in eius mausoleo dicatū, euersum deinde, ac in plures confractum partes in via ad S. Rochum iacentem, in pristinam faciem restitutum, salutiferi Cruci fælicius hic erigi iussit anno 1587 Pontif 3. Paulus demum V. Sacello itidem extructo, vt diximus, & sequentes inscriptiones demonstrant. A

SANCTAE VIRGINI DEI GENITRICI MARIAE

PAVLVS PAPA QVINTVS

HVMILIS SERVVS SACELLVM OBTVLIT.

ANNO SALVTIS MDCXI. PONT. VI.

B

Et alia.

PAVLVS V. PONT. MAX.

CELEBERRIMAM DEI GENITRICIS IMAGINEM

E MEDIA BASILICA IN SPLENDIDIOREM SEDEM

A FVNDAMENTIS EXTRVCTAM TRANSTVLIT.

ANNO PONTIF. VI.

C

Columnam quoque, veteris magnificentiæ monumentum, informi situ obductam, neglectamque ex immanibus Templi ruinis, quod Vespasianus Augustus acto de Iudæis triumpho, & Reipublicæ statu confirmato, Paci dicauerat, in hanc splendidissimam Sedem, ad Basilicæ Liberianæ decorem augendum suo iussu exportatam, & pristino nitori restitutam, Beatissimæ Virgini, ex cuius visceribus Princeps veræ pacis genitus est, donum dedit, æneamq. eius statuam illius fastigio imposuit anno Dom 1614. Pontif. 9. Sed quoniam postquam huc vsque scripsimus, ad manus nostras peruenit exactissima huius Basilicæ descriptio, & delineatio à D. Abb Paulo de Angelis duodecim libris summa cura elaborata, itaut nihil vlterius addi posse videatur, vt pio, & religioso lectori satisfiat, ad hunc propterea codicem te reicimus, & ad rem nostram redeuntes, iurisdictionem, & facultates, Eminentissimo huius Basilicæ Archipresbytero concessas enarrabimus, ex Diplomate Pauli III *a* desumptas. D

a Const. 19. Bullar. nou. to. 1. pag. 642.

Omnes causas, & lites inter Canonicos, Capitulum, & Capellanos huius Basilicæ, seu eorum quemlibet ex vna, & quascumque alias personas, Collegium, Capitulum, aut Vniuersitatem partibus ex altera, super quibuscumque bonis, aut pecuniarum summis, coram quibuscumque iudicibus vertentes, & aliàs de nouo mouendas, tam actiuè, quàm passiuè, cum omnibus eorum annexis, & connexis, incidentibus, & dependentibus, executiuè, manu regia, absque alicuius telæ iudiciariæ obseruantia, quacumque appellatione remota, cognoscit, decernit, & fine debito terminat: nec ab ipso auocari possunt, etiamsi vigore obligationis in ampliori forma Cameræ procedatur. In causis per appellationem commissis, ferijs etiam non obstantibus procedit. Ad omnes habitantes in franco dictæ Basilicæ eius extenditur iurisdictio, quamuis Religiosi sint, & immunes, aut exempti. Pœnitentiarios (qui nunc Ordinis S. Dominici sunt) eligit, & amouet. Has omnes facultates, priuilegia, & iurisdictionem in personam S. Caroli Borromæi, qui tunc S. Praxedis tit. Presb. Cardinalis erat, Pius IV. *b* eius auunculus confirmauit, & auxit quoad causas criminales, citra tamen sanguinis, & corporis afflictiuas pœnas. E

b Const. 15. Bull. nou. to. 2. pag 24.

Pri-

Primus autem huius Basilicæ Archipresbyter, qui fuerit à præd. Abb. Paulo *a* re- *a lib. 3. cap. 3.*
pertus sub Eugenio III. anno 1153. Matthæus Cardinalis. Hunc sequitur anno 1166.
Paulus Scolarus S.R.E. Subdiaconus. Consequitur anno 1191. Rolandus à Lucio
III. sacra Purpura decoratus. Petrus Saxonius ab Innocentio III. anno 1206. Card.
factus. Astorres Card. fuit Archipresbyter anno 1244. Petrus Capoccius Diac. Card.
anno 1258. Ottobonus Fliscus Card. & Summus Pontifex Hadriani IV. nomine
anno 1262. Iacobus Columna Card. Diac. anno 1278. Franciscus Vrsinus Diac.
A Card. S. Luciæ in Silice anno 1298. Iacobns Columna restitutus anno 1318. Petrus
Columna Diac. Card. S. Angeli anno 1325. Alter Petrus S. Mariæ nouæ Diac. Card.
anno 1365. Marinus Vulcanus Presb. Card. anno 1381. Stephanus Palosius Romanus
Card. tit. S. Marcelli anno 1390. Ioannes de Rupescissa Gallus S. Laurentij in Lucina
Card. anno 1427. Ioannes Vitellescus Cornetanns Card. eiusdem tit. anno 1431 An-
tonius Casinus Presbyt. Card. S. Marcelli anno 1438 Nicolaus Albergatus Card.
S. Mariæ nouæ anno 1439. Gulielmns de Estouteuilla Rothomagensis Card. anno
1445. Rodericus Borgia Cardinalis, postea Alex. VI anno 1483. Ioannes Baptista
Sabellus Card. Diac. S. Nicolai in Carcere, anno 1492. Ioannes Baptista Vrsinus
B Diac. Card. S. Mariæ nouæ, anno 1498. Iulianus Cæsarinus Diac. Card. SS. Sergij, &
Bacchi anno 1503 Petrus Ludouicus Borgia Diac. Card. SS Nerei, & Achillei anno
1508. Petrus Isualles Presbyt. Card. S. Cyriaci in Thermis, anno 1510. Leonardus
Grossus de Ruuere Presb. Card. S. Susannæ anno 1511. Andreas de Valle Card. S.
Agnetis anno 1520. Paulus Cæsius Diac. Card. S. Nicolai in Carcere, anno 1535.
Alexander Farnesius Diac. Card. S. Angeli anno 1538. Guido Ascanius Sfortia Card.
S. Floræ anno 1543. Ioannes Baptista Cicada Sfortiæ absentis vices gessit anno 1564 *b lib. 3. cap. 2. in fin.*
S. Carolus Borromeus Card. S. Praxedis eodem anno 1564. quem anno 1572. sponte,
Canonicis, Capituloq. reclamantibus, dimisit, vt ex eius epistola ab ipso Abbate
Paulo *b* relata, tenoris infrascripti colligitur.

C

Reuerendi Signori come fratelli.

HO riceuuta la lettera amoreuole, che m' hanno scritta alli 23. nella quale mostrano non poco sentimento della renuntia mia dell' Arcipretato della lor Chiesa, per l'amoreuolezza, che mi portano, in corrispondenza dell'affetto mio particolare verso di loro. Veggo bene, che s'ingannano, se pensassero, ch'io habbia lasciato quel carico per alcun de' rispetti, che toccano in detta sua lettera, molto alieni e dalla deuotione mia verso la Chiesa, e dalla causa, che mi hà mosso à supplicar N. S. solleuarmene, che è stato il conoscere chiaramente, che non poteua portarlo con quiete della propria coscienza, e con sodisfatione del debito mio verso la lor
D *Chiesa, stando l'obligo principale, che ho di risiedere continuamente in questa di Milano. Ma se bene ho lasciato il luogo, non ho però lasciato l'animo, e la pronta volontà di giouare alle cose loro in quel, che potrò; si come sono pronto d'adoprarmi per conto di Salone, poiche hauerò visto il memoriale, che n'hanno dato à Monsig. l'Eletto di Vercelli, che à quest'hora non è ancora giunto. Quanto alla fabrica incominciata, sò bene, che non ho io à pigliarne pensiero, massimamente essendo toccata la cura di quella Chiesa à Monsig. Illustriss. Sforza, inclinatissimo all'ornamento di essa: mi resta pregarli, si come faccio, à tener memoria di me nelle Orationi, e sacrifitij loro. Di Milano li 7. Gennaro 1573.*

Come fratello.

E

Il Card. Borromeo.

Post S. Carolum huius Basilicæ Archipresbyteratum accepit, vt literæ eiusdem
Sancti indicant, Alexander Sfortia Presb. Card. S. Mariæ in via anno 1573. Philip-
pus Boncompagnus Presb. Card. S. Sixti anno 1581. Decius Azolinus Presb. Card.
S. Matthæi in Merulana anno 1585. Dominicus Pinellus Presb. Card. S. Laurentij in

Pane & perna anno 1587. Michael Angelus Tontus Presb. Card. S. Bartholomæi in Insula anno 1611. Ioannes Garzias Millinus Presb. Card. SS. Quatuor Coronatorum anno 1614. qui obijt Kal. Octobris 1629. Eminentiss. ac Reuerendiss. Antonius Barberinus, Vrbani VIII. ex Carolo germano fratre nepos, S.R.E. Diac. Card. die 30. Augusti 1627. creatus in quarta promotione, sed 7. Idus Februarij 1628. cum esset in scrinio pectoris reseruatus, vnà cum Hieronymo Columna inter Patres purpuratos declaratus, tit. S. Mariæ in Aquiro primùm, deinde S. Agathæ, Signaturæ Iustitiæ, postmodum gratiæ Præfectus, Prouinciæ Aemiliæ, seu Romandiolæ, Ducatus Ferrariæ, Comitatus Bononiensis, ad Italos Principes, & exteros pro pace componenda Sedis Apostolicæ de Latere Legatus, post mortem Cardinalis Millini Basilicæ Liberianæ Archipresbyter renunciatus anno 1629. Quo ab Vrbe absente, Franciscus Cardinali Maidalchinus, eiusdem Archipresbyteratus munus gessit. A

Habet etiam Eminentiss. hic Card. Archipresbyter, quemadmodum alij Patriarchalium Basilicarum, facultatem eligendi sibi Vicarium è numero Romanæ Curiæ Prælatorum, quandoque etiam Episcoporum desumptum: qui, vt Azonio *a* placet ordinariam habet iurisdictionem, priuatiuam quoad omnes alios iudices in Franco, & locis Card. Archipresbytero subiectis, etiam quoad ipsum Vrbis, & D. N. Papæ Vicarium. Ex quo limitabimus ea, quæ dicta sunt de Vicario Papæ, vt hic habeat cognitionem causarum, & facultatem corrigendi personas subditas Ecclesijs Titularibus Dominorum Cardinalium: siquidem hoc non procedit in Basilicis, seu Patriarchalibus Ecclesijs, in quibus adsunt Archipresbyteri S. R. E. Cardinales, vigore priuilegiorum, de quibus dictum est supra, & in summa relatis: & in hoc fortasse verificatur opinio Zabarellæ, *b* à Martino Laudensi *c* relati, dicentis, Vicarium Papæ non esse iudicem subditorum Cardinalium, cum isti remittantur ad Vicarios eorundem Cardinalium; hæc inquam Zabarellæ sententia verificatur tantùm in Archipresbyteris Basilicarum. B

a Inst. moral. par. 3. lib. 13. cap. 13.

b in c. ne Romani, de elect.
c tract. de Card. par. 1. q. 17.

C

CAPVT LXI.

De Basilicis Sancti Pauli, & Sancti Laurentij extra muros.

INter Basilicas à Constantino sumptu Imperatorio erectas, eodemque tempore, anno scilicet humanæ salutis 318. plusuè minus, Templum quoque in honorem S. Pauli Apostoli ædificatum fuisse constat, eo potissimùm loco quo decollatus annis fermè 300. iacuerat secundo ab Vrbe lapide via Ostiensi; quod pius Imperator centum nobilissimis columnis marmoreis refertum, multis aureis, argenteisque ornamentis, & amplissimis redditibus auxit: de quo Prudentius Poeta Christianus *d* D

d in perislephan. vbi de Passione Apostolorum Petri, & Pauli.

Parte alia Pauli titulum via seruat Ostiensis

Qua stringit amnis cespitem sinistrum, E

Regia pompa loci est; Princeps bonus has sacrauit arces

Lusitq. magnis ambitum talentis.

Bracteolas trabibus subleuit, vt omnis aurolenta

Lux esset intus, ceu iubar sub ortu

Sub-

Subdidit, & parias fuluis laquearibus columnas

Distinguit illic quas quaternus ordo;

Tunc Camyros hyalo insigni varie cucurrit arcus

Sic prata vernis floribus renident.

A

Sed eum Valentinianus Imperator hanc coarctatam limitibus viæ Ostiensis, & ripæ fluminis vidisset, in ampliorem formam redigi iussit, & Salustio Vrbis Præfecto literas dedit, quas Panuinius, *a* & Baronius *b* ex Codice Vaticano rescripserunt.

a de septem Eccles. Vrb. vbi de hac:
b in annal to. 4. sub anno 385. pag. 527.

VALENTINIANVS, THEODOSIVS, ET ARCADIVS AAA.

Sallustio Vrbis Præfecto.

B

*DEsiderantibus nobis contemplatione venerationis, antiquitùs iam sacratam
Basilicam Pauli Apostoli pro sanctimonia Religionis ornare, pro quantitate
Conuentus amplificare, & pro studio deuotionis attollere, gratum fuit tuæ sublimi-
tatis officium, quod ad inspicienda vniuersa, vt res exigebat, detulisti, & omnem situm,
locorumque faciem sermonis congrui diligentia nostræ serenitatis auribus intima-
sti; instructiores enim nos iubere decuit, quæ iubenda sunt. Quare participato
examine cum venerabili Sacerdote* (Siricio Episcopo, hoc addit Panuinius, quod
in Baronio deest) *intimatisque omnibus, & magnificentissimo ordini, & Christia-
no populo, quæ iubemus, sublimitas tua rem diligentiori tractatu, & plena
rerum inspectione discutiat; ac si placuerit tam populo, quàm Senatui, iter
C vetus, quod Basilicæ præterit dorsum, quodque ripæ Tyberis amnis adiacet, inno-
uari, vt præsens via spatio futuri operis applicetur: eatenus per architectos
futuræ Basilicæ dirige formam, quatenus se planicies extructioni amica
protulerit, ne vlla inæqualitas splendorem fabricæ amplificentioris sublimet. Sic
quidem in omnium mœnium facie decor summus est, quem seruari oportere prima
statim fronte magnarum ædificationum demonstrat intentio. Iam illud ipsa res
exigit, vt & synopsis operis construendi fideli tendatur examine, sumptuumque om-
nium, iuxta pretia rerum, quæ in sacratissima Vrbe prætextatio plenius ordinetur,*
(sequentia verba sunt apud Baronium, quæ in Panuinio desiderantur) *atque ad
nostram clementiam debita maturitate referatur, vt communi omnium consilio no-
stræ quoque serenitatis nutus accedat, quò faciliùs id, quod deuota mens statuit,
D probatæ religionis meritis explicetur: & alia manu:* Diuinitas te seruet ad multos
annos parens carissime, & amantissime. Hactenus Valentiniani literæ. Multas de-
inde instaurationes, & restitutiones à Sum. Pontif. factas fuisse constat ex carminibus,
& inscriptionibus ibidem existentibus, & à Panuinio relatis. Quinque portæ adi-
tum, & ingressum præbent, quarum quatuor obstructæ sunt, sinistra posterior me-
ridiem versus Porta Sancta vocatur, quæ anno Iubilæi aperiri solet: Et quoniam
hæc Basilica Archipresbyterum Cardinalem non habet, sed Abbatem Ordinis S. Be-
nedicti Congregationis Cassinensis, seu S Iustinæ, à Martino V. Gabriele Condul-
merio Card. Monastici nominis amantissimo constitutum, & adhuc perseuerantem,
hæc aperitio Portæ solemni ritu eodem tempore, quo Summus Pontifex Vatica-
nam, Cardinales Archipresbyteri Lateranensem, & Liberianam, ab ipso Sacri Col-
E legij Card. Decano celebratur, prout anno Iubilæi 1625. à Francisco Maria Card. de
Monte nuncupato factum fuisse scimus, & anno 1650. à Marcello Card. Lantes De-
cano seruatum fuisse audiuimus. In atrio adhuc extat antiquo, & eleganti marmo-
reo pilo sepulchrum Petri Leonis nobilissimi Romanorum, qui ante annos quingen-
tos obijt, ex quo Austriacæ fœlicissimæ gentis initia manasse ferunt. Antiquitùs
erat porticus à porta Vrbis vsque ad hanc Basilicam pertingens, cuius adhue ve-
stigia supersunt, & ex Procopio *c* liquet ibi. *Extra S. Pauli Apostoli Templum;*

c de bello Gothico lib. 11.

Romanis procul à mœnibus stadijs 14. iuxta quod Tyberis fluit; porticus eòdem ab Vrbe pertinent, &c.

Alia multa petenda sunt à Panuinio, & Pancirolo, nos ad rem nostram satis diximus. Quemadmodum nihil occurrit de Patriarchali Ecclesia S. Laurentij extra muros, præterquam quòd Monasterium hoc licèt vetustissimis temporibus Clerici tenuissent, postea Monachi cum Abbate ibidem addicti sunt, quorum disciplina exolescente, Agapeto II. Papa sedente, & Alberico Romano Principe auctore, circa annum Christi 900. Cluniacenses Monachi succedunt: è cuius Monasterio Gregorius VII. & Paschalis II. Summi Pontifices prodiere: sed hac etiam Congregatione deficiente, Monasterium Cardinalibus commendari cœpit, & ad hanc vsque diem perseuerat, in qua Cardinalis Commendatarius est. Ne Patriarchalis Ecclesia sine Ministris, & Sacerdotibus, qui Diuinas canerent laudes, essent, Canonici Regulares S. Saluatoris Bononiæ, Scopettini vulgò dicti, eam obtinuerunt, & adhuc possident. A

CAPVT LXII. B

De Sacri Collegij Cardinalium Decano.

Fecimus supra mentionem de sacri Collegij Cardinalium Decano nedum in Basilica S Pauli, dum ad ipsum spectare diximus, recurrentibus annis vniuersalis Iubilæi aperire ibi Portam Sanctam, eandemque elapso anno claudere, sed etiam alibi, verùm quia adhuc nonnulla dicenda supersunt, hic addere placuit: C

Et nomen hoc, quasi decem viris præsit, ex Vegetio *a* constat; sed translatione facta à perfectione, & præstantia denarij numeri, Decanus dicitur præcipuus inter aliquos eiusdem ordinis, vel status. *b* Ita Ecclesiæ Cōstantinopolitanæ Canonici tanquam digniores Decani dicti sunt ab Honorio, & Theodosio Imperat. *c* & inter Rotæ Romanæ Auditores honorabilior est Decanus propter ministerium Mitræ, quam ipse defert, & custodit in Capellis Papæ. Et in sacro Cardinalium Collegio tres assignantur Decani: inter Diaconos prior receptione: inter Presbyteros, qui prior in eum ordinē cooptatus est, & diximus supra in prima parte: tertius Decanus, de quo nunc loquimur, senior est inter Episcopos Cardinales; atque hanc dignitatem, & preeminentiam assequuntur, si præsentes in Curia, vel ab ea ex causa publica à Summo Pontifice permissa absentes fuerint, vt est Pauli IV. Sanctio, *d* ea potissimùm de causa ab ipso edita, vt Cardinales absentes ad residendum in Curia aliquibus vberioribus fauoribus, & prærogatiuis alliciantur, prout ipse propter continuam in eadem Curia residentiam ante alios Cardinales sibi in Cardinalatu antiquiores, sed à Curia absentes, ad Decanatum peruenisse ait. D

a de re milit. lib. 2. cap 2.

b glos. in rub. de Decan. lib. 12. C. & ibi Alciat

c l. non plures, la 4. C de sacros. Eccles.

d Const. 5. Bullar. nou. tom. 2. pag. 722.

Sed oritur hic pulchra quæstio. Cardinalis antiquior erat in via, & ad Vrbem properabat, quando mortuus est Decanus, numquid obtinebit iste Decanatum? & negatiuè decisum fuit, dum hæc quæstio exagitata fuit inter Card. Senensem in Curia præsentem, & Card. Auxitanum venientem ad Vrbem pro electione Summi Pontificis, quæ in personam Alexandri Farnesij Cardinalis, Pauli III. nomine, successit, ob cuius promotionem vacauit Episcopatus Ostiensis, qui Decanus dicitur, & Cardinali Senensi in Curia adiudicatus fuit, vt ex sacri Consistorij actis die 17. Octobris 1534 & 26. Februarij 1535. apparet, à Cherubino iuniore *e* relaris. Prædicta tamen decisio limitatur, quando Cardinalis antiquior esset infra quadragesimum ab Vrbe lapidem tantummodò distans: tunc enim præsens dicitur: *f* & ita fer- E

e ad prædic Const. Pauli IV. schol. 1.

f c. præsenti, 34. d e praben. in 6.

seruatum fuit ad fauorem Cardinalis Ioiosa prope Ciuitatem Tiburtinam degentis, dum per obitum Dominici Card. Pinelli Decanatus vacauit, ex eodem Cherubino iuniore; *a* & cum anno 1533. die 26. Septembris Clemente VII. sedente Portuensis Episcopatus vacasset, & ad illius optionem instarent Card. Senensis per duas dietas ab Vrbe distans, & Card. Tranensis in Curia præsens, Senensis obtinuit, teste eod. Cherubino. *b*

a loco cit. schol. 2.

b d. schol. 2.

A Prærogatiuæ autem, quibus sacri Collegij Decanus decoratur, sunt, vt Episcopus Ostiensis efficiatur, qua Dignitate (Papa tantùm excepto) nulla maior est in Ecclesia Dei, vt Alexander Pontifex huius nominis IV. dicere solebat, Iacobatio teste, *c* & nos quoque diximus supra. *d* Secunda prærogatiua est, quòd si ad Apostolicam Sedem euectus fuerit Cardinalis, qui non sit Episcopus, eius consecratio celebratur ab ipso sacri Collegij Decano; ita post multos à Platina, Ciaconio, & alijs relatos, Clementi VIII. contigisse narrant Petramell. & Filiuccius his verbis. *Episcopus non erat Clemens VIII. eum ad Petri Sedem fuit euectus: anno eodem* 1592. *die Dominico Purificationis SS. Virginis Mariæ Dei Matris celebri, à Card. Gesualdo Episcopo Ostiensi, & sacri Collegij Decano, Ptolomæo Gallio Tusculano,* B *Gabriele Galeotto Sabinensi Episcopis, Nicolao Pelleueo tit S. Praxedis Presbytero, Francisco Sfortia S. Mariæ in via lata, Alexandro Peretto S. Laurentij in Damaso, Odoardo Farnesio S. Adriani Diaconis Cardinalibus præsentibus, Episcopali consecratione initiatus est.* Et fusiùs hanc rem pertractat auctor Romani Cæremonialis *e* videndus. Tertia est prærogatiua, quòd si celebranda sit Coronatio Imperatoris, prout pluriès celebratam fuisse demonstrant historici, & vltimo loco Carolus V. anno salutis 1530. Bononiæ à Clemente Papa VII Imperialem obtinuit Coronam, quo casu Imperator in solium à latere dextero Pontificis recipitur, Cardinalis verò Decanus à sinistris sedet, itaut Summus Pontifex in medio consistat, ex Flauio Cherubino; *f* antequam verò coronetur, sedet electus Cæsar post Cardinalem Decanum, & si quis Rex adsit, hic sedet post primum Presbyterum Cardinalem; C cū verò Cæsar coronatus erit, tunc sedebit in sede sibi parata inter Papam, & primū Episcopum Cardinalem, post quem locum habebit Rex: ita in Cæremoniali Romano *g* legitur; quæ verba videntur contraria ijs, quæ leguntur in Bulla Clementis VII. *h* ibi; *quibus ritè peractis, ille in solium Imperiale dextero lateri nostro* (Papa loquitur) *penè contiguum sese recepit, &c.* Sed hæc Bulla loquitur, quando Imperator est in solio, Cæremoniale verò antequam ad solium accedat, & in cœtu Cardinalium Pontifici adstantium sedet.

c de Concil. lib. 2. art. 1. n. 96.

d par. 1. cap. 5. de Card Episcop.

e lib. 1 sect. 2. cap. 1. & 2.

f in compend. Bull. 28 Clem. VII. schol. 1.

g lib. 1 sect. 5. cap. 3. vers & notandum.

h d. Bull. 28. §. 2

D

E

CAPVT

CAPVT LXIII.

De Cardinalibus Regularium Ordinum Protectoribus,

A

ANtiquum Ecclesiæ Militantis institutum est, vt Regularium Ordinum Protectores ex Cardinalium sacroCollegio desumantur, vt qui mundanis abstracti cogitationibus in Dei famulatu Cœlestibus inhiant, ita prouidè, ac iustè gubernentur, vt quocumq. remoto impedimento, in via mandatorũ Domini recto tramite dirigantur. Quibus (ni fallor) rationibus adductus pauperum ille Seraphicus Patriarcha Franciscus, qui signa redẽptionis nostræ in corpore suo ab ipsomet humanæ salutis Auctore Seraphini formã exprimente, meruit accipere, & qui neglectã ab omnibus paupertatem, assiduò sectando, dilectam sibi sponsam elegit, sanctoq. coniugio copulauit, inter præcepta Fratribus suis præscripta, & ab Honorio Papa III. *a* suo Diplomate cõfirmata, hæc cap. 12. & vlt. seruanda sanciuit. *Per obedientiam iniungo Ministris, vt petant à Domino Papa vnum de S.R.E. Cardinalibus, qui sit Gubernator, & Protector, & Corrector istius Fraternitatis, vt semper subditi, & subiecti pedibus S. Ecclesię, stabiles in Fide Catholica paupertatem, & humilitatem, ac sanctum Euangelium D.N Iesu Christi, quod firmitèr promisimus, obseruemus.* Quod & ipsum Seraphicum Patrem, dum in terris penetralia Cœli percurrens mortalitatis exuuias gestabat, præstitisse patet ex suprema eius voluntate, quam testamentum vocauit, ibi; *b coram Domino Hostiense, qui est Dominus, Protector, & Corrector istius Fraternitatis:* hic autem, vt Hieronymus Platus *c* refert, erat Hugolinus Card. Ostiensis, qui postea Summus Pontifex renunciatus, Gregorij IX. nomen habuit, & primum huius familiæ Protectorem anno circitèr 1216. extitisse ferunt. Nec multos post annos Alexander IV. vllum eis alium Protectorem dare voluit, quàm semetipsum, quod non solùm dixit, sed etiam factis præstitit cum magna illius Ordinis vtilitate, & solatio. Anno postmodum 1279. in generali Conuentu Assisiensi cũ esset creatus Magister generalis nomine Bonagratia, eoque tempore Pontificiam Sedem teneret Nicolaus III. vir magnus, Franciscanæq Familiæ iampridem addictissimus, ad eum accesserunt ex hac familia præcipui quique vnà cum ipso Generali, petentes, vt vel ipse, quemadmodum Alexander, eorum Protector esse vellet, vel certè vnum ex Cardinalibus daret; tunc Pontifex explorata eorum Patrum voluntate, assignauit eis Matthæum Rubeum Card. S. Mariæ in Porticu consobrinum suum, ad quem conuersus, hæc verba fecisse dicunt. *Ex omnibus Beneficijs, siue quæ ad honorem, siue quæ ad vtilitatem pertineant, atque ex omnibus adiumentis ad promerendam Cœlestem Beatitudinem, nihil charius, aut vtilius, vel aptius tibi dare possumus, quàm vt te Protectorem, & Adiutorem instituamus huius sacri Ordinis: quare hunc tibi commendamus, vt super alia omnia cordi habeas, eumque paterna cura quàm studiosissimè tuearis.* Hæc adeo ex corde loquutus fuit, vt lachrymas cõtinere nõ valuerit, & paulùm silere coactus, resumpto sermone, addidit; se ei Ordinem illum in fidem, & quasi in manum tradere; sed ita vt sciret, non indigere eius gubernatione, aut correctione, sed quia cũ pauper, & imbecillis esset, & à multis immeritò pateretur iniurias, & offensiones, alicuius potentioris præsidio, qui omnem ab eo iniuriam propulsaret, suaque auctoritate, ac patrocinio in omnibus incidentibus casibus eum protegeret, indigere. Et hic respexisse videtur Gregorius Papa XI. qui dum Cardinalis erat, huius familiæ, seu Ordinis Protector fuerat, dum peculiari Sanctione *d* declarauit Protectoris facultatem in hunc, qui sequitur modum. Statuta Ordinis immutandi facultatem ademit. Prælatos, aut Officiales Ordinis ponere, vel amouere, aut ab Officio suspendere negauit. Ad Lectoratum, aut quamcumque Lecturam, seu Studium Fratres promouere, de loco ad locum mittere, aut mutare, pœnas, vel gratias augere, aut quouis modo facere, vel tollere, cameram, cellam, libros, vel quid simile concedere, iussus Prælatorum mutare, & Fratrum recursum audire penitus interdixit.

B C D E

a Const. 5. Bull. nou. to. 1. pag. 46.

b testam. S. Francisci §. 17. in fin.

c de Cardin. dignit. & offic. cap. 33.

d Const. 4. Bull. nou. tom. 1. pag. 281.

Et

Et Sixtus huius nominis IV. in hac familia à puero educatus, quique ob virtutes, ac merita huius Ordinis Generalis Præpositus curam, & administrationem gessit, ad Beati Petri Sedem euectus, cum expertus esset, vt ipsemet fatetur, vidissetquè, quanta pax, quies, & vtilitas, quantaq. commoda præfato Ordini, & Fratribus ex firma, atque inconcussa dictarum Gregorij XI. literarum obseruantia prouenisset, quæ, & quantæ perturbationes, iacturæ, incommoda, damna, & grauia scandala in
A d. Ordine suscitata sunt, quoties d. Ordinis Protectores suæ auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus d. Ordinis, & Fratrum eiusdem causis, & negotijs se intromittere, & vsurpata sibi auctoritate, ea videre, cognoscere, iudicare, & discernere voluerunt, nedum literas præfati Gregorij XI. prædecessoris sui confirmauit, sed cum vacaret per obitum Cardinalis Bessationis hoc Protectionis Officium, omnibus, qui ad illud assumi contigerit, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo inhibuit, ne vltra prædictos articulos, & casus in regula contentos, & expressos, quoque modo se ingerere præsumant, sed curent, Ordinem hunc in quieto, tranquillo, & pacifico statu conseruare, atque augere, & ab impugnantibus, ac molestantibus, seu perturbantibus defendere, & tueri, vt in dictis Sixti IV. Lite-
B ris *a* plenius continetur; quas etiam Iulius II. Sixti nepos die 18 Octobris Pontificatus sui anno 4. confirmauit; & pluribus exornauit Hieron. Platt. *b* ad fratrem suum Flaminium S.R.E. Cardinalem scribens. Sed cum hic Ordo maximum recepisset incrementum, itaut non omnes Fratres sub vno Ministro Generali contineri possent, diuisiq. fuerint in eos, qui Conuentuales, & qui de Obseruantia nuncupantur, & ambo Prelatos, Ministrosq. peculiares habeant, fuerunt etiam duo S.R.E. Cardinales Protectores constituti Et quod attinet ad Conuentuales, Paulus Papa V. Marcellum tunc SS. Quirici, & Iulittæ Presbyterum Cardinalem, deinde Episcopum Ostiensem, Lantem nuncupatum, ad ipsius Cardinalis vitam horum Protectorem constituit, & deputauit, eundemq. monuit, vt Superiorum eiusdem Ordinis auctoritatem conseruaret, nec se in eorum gubernio, aut administratione, nisi requisitus,
C ingereret: Quòd si aliquibus in casibus eius opera, vel auctoritas necessaria foret, tunc loco Notarij aliquem ex Fratribus d. Ordinis ad scribendum adhiberet, vt plenius in literis *c* continetur: & hoc etiam indicat Plat. *d* dum ait. *Si alicubi ita religio, & disciplina langueat, aut prostrata iaceat, vt quod mali est. non satis intus sanari queat, tunc sanè quærenda est foris medicina, idq. sine dubio ad Protectorem pertinet, sed ita, vt tunc quoque nihil ad suum arbitrium, sed ex ipsius Ordinis institutis, ac præscriptis omnino moderetur:*

a Const. 4. Bull. nou. to. 1. pag. 334
b loco cit.
c Const. 43. alià 34 Bull. no to. 3. pag. 243.
d loco cit.

Immo verò quoniam nullus erit vnquam Ordo tam perditus, & corruptus, in quo, vt ait Scriptura *e* in re simili, non sibi Dominus aliquos relinquat, qui genua non curuent ante Baal, hoc faciendum est Protectori, vt ex illis ipsis optimos quosque, & optimè sentientes eligat, quorum opera, & consilio ad reliquos corrigendos, & restituendos vtatur. Nec iurisdictionem affectare, Cardinalibus minimum quid
D honoris, vel amplitudinis addit, at verò Religiosis maximum affert detrimentum, & ideo vitandum omnino erit. Quemadmodum etiam summopere detestandum est, ne quid Protector accipiat, neuè à suis quoque aulicis accipi permittat, sciens, hoc suum munus esse in eos, quorum patrocinium suscepit, vt eorum saluti, & commodis inuigilet, ab externis inimicis tueatur, ne fiat illis iniuria, prohibeat, si negocium apud Pontificem contingat, id libenter complectatur, strenuè, ac fideliter exequatur; si quid ab alijs etiam Principibus petatur, quod ijs damnatum sit, nulla ratione cedere debet, licèt aliqua sibi subeunda sit offensio. Deinde si quid intus perturbationis nascatur, ei occurrere studeat, si qui insolentiùs se gerant, ad eos comprimendos auctoritatem suam superioribus accommodet. Denique nihil omittat, quod eorum rationibus conferre posse videatur, quosuè semel in suam fidem, & clientelam receperit, non deserat.

e 3. Reg cap. 19.

E Et hoc, quod in protegendis Religiosis Ordinibus dictum est, ad alia loca pia, aut alios hominum, & mulierum Cœtus, ac Sodalitia, quibus S.R.E Cardinales Protectores dari solent, adaptari potest: etenim qui huiusmodi Protectiones suscipiũt, ita sibi persuadere debent, se tutelam quandam orphanorum, ac pupillorum gerere, ac proinde nefas esse, vt eam ad proprium commodum, vel oscitantèr gerant; eorum

corum tantùm sibi vtilitates proponentes, quorum se Protectores appellant, vt nomen ipsum indicat.

Sed tutelam quoque, & patrocinium Prouinciarum, Ciuitatum, & Regnorum, Cardinales habent, non secus ac ab omnipotenti Deo nedum hominibus, sed Ciuitatibus, Prouincijs, ac Regnis constituti sunt, & assignati Angeli tutelares, vt in sacra Pagina Persarum Angelus, Smirnæ, & Laodiceæ appellatur; ita sanè Eminentiss. Cardinales Angelicum munus exercere sciant, & in hoc potissimam nauare operam debent, vt in Prouincijs, & Regnis sibi commissis Episcopi tales eligan- A
tur, quales Paulus requirit ad Timotheum, *a* Titumque *b* scribens; quas quidem qualitates latè, & satis elegantèr examinat, commentarijsq. exornat Augustinus Barbosa *c* videndus: vsu namq. receptum est, vt hæc cura instituendi processum, idest inquirendi de qualitatibus eius, qui ordinatus est, & ad Pontificem referendi, Protectoribus committatur; quod quidem si oscitantèr, ac negligentèr, motisq. seruandi gratia dumtaxat agatur, perinde est, ac si nihil agatur, & in re maxima peccatur, nimirum quia ab hoc salus populorum pendeat. Et ne posset in hoc aliqua afferri excusatio, Gregorius XIV. qui dum in minoribus constitutus erat, tanquam Episcopus Cremonensis œcumenico Tridentino Concilio interfuit, in executionem eorum, quæ ibidem edoctus apprehenderat; peculiarem edidit San- B
ctionem *d* super forma promouendi ad regimina Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum Dignitatum, quarum prouisio Consistorialitèr ficri solet: qua de re cum a nobis satis dictum fuerit supra, *e* ne bis idem canamus, illuc, si placet, recurre lector: videre etiam poteris Augustinum Barbosam *f* virum summoperè commendandum.

a par. 1. cap. 3. ad Timoth.
b cap. 1 ad Tit.
c de Episcop. tit. 2 per tot. 17. glos. continen.
d Const. 6. Bull. no to. 2. pag. 691.
e par. 1. Congregat. 7
f tract. de Episc. offic. & potest. tit. 1. cap. 5. n. 4.

LAVS DEO,
ac Deiparæ semper Virgini. C

D

E

INDEX

INDEX RERVM SELECTARVM

Quæ in hoc opere continentur.

A

ABBREVIATORES de Parco maiori antiquitùs erant laici, & vxorati. pag.208.litera c.215 e.
Abbreuiatores vnde dicti. 212.d.e. 214. c. Quando fuerint instituti. 214 a.b.
Abbreuiatores alij de Parco maiori, alij de Parco minori, in totum septuaginta duo. 212.e.213.a.
Abbreuiatores tam de Parco maiori, quàm de Parco minori comprehenduntur sub generali dispositione Papæ de Abbreuiatoribus loquente.213.a.
Abbreuiatores de Parco maiori in quo differant ab illis de Parco minori 213. a. b.c.d.e.
Abbreuiatorum munus quale; ac de ipsorum priuilegijs. 213.214.215.
Abbreuiatores de Parco minori à quo instituti.213.c.d.
Abbreuiator quomodo sit in dicto Collegio recipiendus.214.c.
ADRIA confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore. 119.a. ab Othone Imperatore. 120. c. à Rodulpho Imperatore. 141. c.
ADVOCATIS à Clemente Papa III. presbyteria promittuntur. 135.b.
Aduocatorum, & Iudicum iuramentum quale fuerit tempore Innocentij II. 271 b.
ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM Syllabus. remissiuè. 15.a. 109.b. 270.e.271.e.272.a.
Aduocati Consistoriales instant in Consistorio secreto pro traditione Pallij fauore Archiepiscoporum.15.b.
Aduocati Consistoriales orant in publicis Consistorijs. 24.d. 42.d.
Aduocatorum Consistorialium Collegio concessit Sixtus V. Officium Rectoratus Studij Vrbis. 109 a.
Aduocati Consistoriales creant in Vrbe Doctores in iure canonico, & ciuili priuatiuè quoad omnes alios 109.a.
Aduocati Consistoriales instant in Consistorio pro dimissione Cardinalitiæ Dignitatis 163.b.
Aduocatorum Consistorialium ius præseruatur à Sixto V in priuilegijs ab ipsomet cõcessis Prothonotarijs Apostolicis circa facultatem creandi Doctores. 200. e. 202. a.
Aduocati Consistoriales interesse debent, & arguere in publicis Disputationibus Auditorum Rotæ.203.b.

Aduocatorum Consistorialium Collegium potitur ab immemorabili Aduocationis pauperum munere.279.e.
Aduocatorum Consistorialium in Collegio residet ab immemorabili Officium Aduocati fisci, & Cameræ Apostolicæ.271. e 272 a.
Aduocatorum Consistorialium indumentum quale.273.b.
Aduocati Consistoriales præcedunt Fiscalem generalem, & Commissarium Cameræ Apostolicæ.275.c.
ADVOCATI PAVPERVM in Vrbe, ac alibi ære publico emolumēta recipiunt. 269.e.
Aduocati decem publici apud Athenienses pro reorum defensione substituebantur 269.e.
Aduocati, Procuratoris; & Solicitatoris pauperum munus in quo versetur. 270. per tot.271.a.b.
Aduocati, & Procuratoris pauperum munus in Vrbe quale debeat esse. 270. d. e. 271.a.b.
Aduocati pauperum munus in Vrbe residet ab immemorabili in Collegio Aduocatorum Consistorialium.270.e.
Aduocati Fisci, seu Triumuiri Regij debēt in Gallia pauperibus officium gratuitū exhibere.270. a. Quid in Regno Hispaniarum. ibid.
ADVOCATVS FISCI ab Hadriano Imperatore primùm institutus. 271. d. 272.c.
Aduocati fisci officium differt ab officio Procuratoris fisci.271.d.
Aduocati fisci officium olim annale erat, deinde à Leone Imperatore prorogatum.271.e.
Aduocati fisci officium in Vrbe perpetuū est, & Ordinis Aduocatorum Consistorialium.271.e.
Aduocati fisci officium in Vrbe conceditur ab immemorabili vni ex Aduocatis Cōsistorialibus 271.e 272.a.
Aduocati fisci preeminentiæ quales, quæq. ipsius munus.271.e.272 a.
Aduocatus quidam Fiscalis à Paulo III. reprehensus.273.e.274.
AEGIDIANAE CONSTITVTIONES ab Aegidio Card. Cariglio promulgatæ; ac de earum robore.143.a b.
AEGIDIVS CARIGLIVS S.R.E. Cardinalis, & Legatus de Latere Innocentij VI. in Italiam cum amplissimis facultatibus, quid egerit. 143 a b.c.d.
AEMILIA confirmatur S R.E. à Ludouico Imperatore. 118.e ab Othone Imperatore.120.c.
Aemiliæ Prouincia restituitur S R E à Rodulpho Imperatore, 140 d. 141.c.
AESIVM confirmatur S. R.E. à Ludouico Imperatore. 119.a. ab Othone Imperatore.120.d.
AETAS quænam requiratur in Senatore, & in Magistratibus.20 e.
AGENTES VNIVERSITATVM. Vide in verb. Vniuersitas.
AGRICVLTVRA quāmaximè necessaria: ac de priuilegijs Agriculturam exercentibus concessis.100.d e 101.289.per tot. 290.a.
Agricultura nobilitati non derogat. 101.e.
ALATRIVM confirmatur S. R.E. a Ludouico Imperatore.118.e.
ALBANI ab Innocentio II. deficiunt. 131 b.
ALBERTVS Imperator confirmat Bonifacio VIII. omnia priuilegia ab Imperatoribus prædecessoribus concessa S.R.E. 141.c.
ALIENATIO bonorum Ecclesiæ. Vide in verb.bona.
ALMVS de iure S.R.E. 120.d.
ALPES COTTIAE à Taurinis Montibus vsque ad Lygusticum Mare. 116.b.
Alpium Cottiarum donatio ab Ariperto Longobardorum Rege Ioanni Papę VI. facta. 116 a.b.e
Alpium Cottiarum donatio facta fauore S R.E. confirmatur à Luitprando Longobardorum Rege. 116.c.
ALVMINIS thesaurus apud Tulpham tempore Pij II. repertus 231.c.
Aluminis prædicti cura Militibus S. Petri demandata.231.d.232 a.b.
AMERIA confirmatur S. R. E à Ludouico Imperatore.118.e. ab Othone Imperatore.120 c.
Amerinæ Ciuitatis muri à Leone IV. restituti.119.c.
AMICVS nullus certior, quàm nummus. 99.d.
AMITERNVM donatur S.R.E. ab Othone Imperatore 121.a.
Anagnia confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore. 118.e.
Anagnia à Paschali II deficiens 127.c.
ANCHONA velut cardo superioris Maris 101 c.
Anchonitanum Patrimonium donatur S.R.E.117.a.
Anchonitani iurant fidelitatem S. R.E. 117 d.
Anchona confirmatur S R.E. à Ludouico Imperatore 119.a. ab Othone Imperatore.120.d
Anchonitanos rebelles Clemens VII. pristinæ

ſtinæ S.R.E. ſubiectioni reſtituit. 147.b.
ANGELVS ANDROSILLA 212.a.
ANGLIAE Regnum S.R.E. tributariũ conſtitutum ab Aſidulpho Rege. 119.c.
Anglia tempore Innocentij III. vectigalis S.R.E. facta. 137 b.
ANGVILLARIAE Comites contra Romanos Pontifices 144.c.d.e 145 a.b.
Anguillariæ Comitum Dirio qualis fuerit. 145.a.
ANNATAE poſſunt à Pontifice ex cauſa Principibus laicis concedi. 210.b.
Annatas Beneficiorum quis Pontificum inſtituerit & de Annatarum materia. 209. b.c.d e, 210.a b.
Annatarum inſtitutionẽ Coſma Guymyer perperàm reprehendit. 211.a b.
ANNONAE vbertati à Principibus inuigilandum eſt. 99.a.b.
Annonæ Congregationem Sixtus V. inſtituit. 99. b. illiuſque facultates recenſentur. 99. 100. 101.
Annonæ extractio prohibita. 99.c. 100.e.
Annonæ vbertati certa pecuniarum ſumma nedum à Romanis Imperatoribus, ſed à Summis quoque Pontificibus aſſignata. 99.d.e. 100.a.b.
Annona quid ſignificet. 282.d.e.
Annonæ Præfectus à tutelis, & curationibus excuſabatur antiquitùs. 287.c
de Annonæ materia quis ſcripſerit. 288 e. 289.a. Reliqua vide in verb. Præfectus Annonæ.
ANNVLI ſignatorij etiam apud antiquos, & gentiles fuere. 227.c.
ANTONIVS BARBERINVS S.R.E. Card. Legatus de Latere Vrbani VIII. 170. b. Præfectus Archiuij Vrbani in Vrbe. 291. b. S.R.E. Card. Camerarius. 299.b. Prorector in Vrbe Puellarum diſperſarum 302 c. Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ, 310. c. aliaque ipſius munia recenſentur. 322.a.
ANTONIVS LAMBARDVS. 274.c.
APOCA in Archiuio reperta, nullo ſuffulta teſtium adiumento, an probet. 292.e. 293.a.
APOSTOLI quando electi. 2.c.
APVLIA, & Calabria conceduntur à Nicolao II. Roberto (Guiſcardo.) 124 b. 125.a.
Apuliæ Dux creatus Rogerius ab Honorio II. 130.d.
Apuliæ Ducatus conceditur ab Innocentio II. filijs Rogerij Regis Siciliæ, recepto fidelitatis iuramento. 131 a.
Apuliæ Dux ab Hadriano IV. VVillelmus Siciliæ Rex comprobatur. 132.b.
Apulia reſtituitur Cœleſtino III. 136.b.
APPELLATIO à ſuperiore ad inferiorem non interponitur. 172.b.
AQVAE quales antiquis Romanis in vſu eſſent 92.d.
Aqua Virgo, vulgò di Treui, in Vrbe antiquiſſima, & ſaluberrima, ab Hadriano I. Nicolao V. & Sixto IV. reſtituta. 92.e. 93. a. b
Aqua Claudia ab Hadriano I. in Vrbe reſtitura. 93 a.
Aqua Felix à Sixto V. in montem Quirinalem ex agro Columnæ adducta. 93. c. d.
Aquæ Felicis Viſitatores Ciues Romani quid peragere debeant. 95. b.c.
Aqua Paula à Paulo V in ſummum Ianiculum, & in Vrbem Leoninam perducta. 93. e 94.a.b.c.
Aquarum, viarum, & pontium Congregatio à Romanis Pontificibus inſtituta, & aucta; ac de illius facultatibus. 94. d. e. 95.96.97 98.
Aqua ſi aliqui concedatur, reſcriptum huiuſmodi Congregationi aquarum infra menſem exhibendum erit; & quare. 95.d e.
de Aquarum materia quis pertractauerit, remiſſiuè 96.a b.
Aquarum deriuationes ex fluminibus publicis inter Regalia connumerantur. 96. b.
AQVA PVTRIDA de iure S.R.E 138.c.
AQVILANI à Ferdinando Rege Neapolitano diuexati, ad Innocentium VIII. accedunt. 145.d
AQVINVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore. 119 a. ab Othone Imperatore 120.e.
AQVIPENDIVM reſtituitur Cœleſtino III 136 b.
Aquapendens de iure S.R.E. 138.e.
ARAGONIAE Regnum tempore Innocentij III. tributarium S.R.E. 137.a.b.
ARCES in Campania confirmat S R.E. Ludouicus Imperator, 119.a. Otho Imperator. 120.e.
ARCHIPRESBYTER quid ſignificet. 313. d.e. 314.c.
ARCHIVII Scriptorum priuilegia. 221. 222. 223.
Archiuium vnde dictum. 290.c.
Archiuium eſt locus publicus. 290.c.
Archiuia ſcripturarum ſtare debent in Palatijs Magiſtratuum. 290.c.
Archiuiorum claues à Conſulibus Ciuitatum retinendæ ſunt. 290.c.
Archiuiorum claues duo ad minus, & diuerſæ debent eſſe. 290.c.
Archiuiorum Cuſtodes, an hæredes notariorum prædefunctorum debeant retinere

a 2 nere

Baronum Bullæ interpretatio,264.c 265.a.
BASILICA Lateranensis diuersimodè appellata,312.a.b.
Basilica Lateranensis à Constantino Magno ædificata,312.b.
Basilica Lateranensis præcedit cunctas Vrbis Basilicas, 312.c.&13.b.c.
Basilica Lateranensis est Parochialis;eiusq. confinia designantur, 312.c.d.
Basilica Lateranensis Canonicis Regularibus, Monacis, Canonicisq. secularibus vario euentu assignata, 312. e. 313. a. b. c.
Basilicæ Lateranensis Archipresbyter quas facultates,ac preeminentias habeat,313. d.c.314.
Basilicæ Lateranensis furtum memoratu dignum recensetur,314.d.e.
Basilica Lateranensis ab Innocentio X. restaurata, 315.a b. Reliqua vide in verb. Lateranensis Basilica.
Basilica Vaticana à quibus ædificata, ampliata, restaurata,& exornata.315 c.d.e. 316.
Basilica antiqua Vaticana describitur, 316. per tot.317.a
Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteri preeminentiæ, facultatesq. recensentur,317. b.c.d.e.
Basilicæ Vaticanæ Archipresbyter habuit mansiones prope dictam Basilicam vsque ad Pontificatum Pauli V. 317.c.
Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteri describuntur,317.e.
Basilicæ Vaticanæ iurisdictio, quam modò Archipresbyter habet,fuit penès Episcopum Syluæ Candidæ, 318.a. Reliqua in verb. Vaticana Basilica.
Basilica Liberiana, seu S. Mariæ Maioris Miraculo niuis ædificata, 318.b.c.
Basilica Liberiana diuersimodè nuncupata, 318.d.
Basilicæ Liberianæ ædificium, preeminentiæ, quiuè eam exornauerint, recensentur, 318.d.c.319.per tot.320. a.b.c.
Basilicæ Liberianæ Archipresbyter quibus facultatibus gaudeat,320.d.c 322. b.c.
Basilicæ Liberianæ Cardinalium Archipresbyterorum elenchus, 321. per tot. 322. a. b.
Basilicarum, seu Patriarchalium Ecclesiarum Vrbis Cardinales Archipresbyteri quam iurisdictionem habeant in personis subditis iisdem Ecclesijs,322.c.
Basilica S.Pauli extra Vrbem à quo ædificata, & à quibus restaurata,322 d e.323. per tot.
Basilicæ S.Pauli descriptio,323.d c.
Basilica S.Laurentij extra muros Vrbis vni ex S. R. E. Cardinalibus Commendata,324.a.
BENEFICIORVM collatio antiquitùs Episcopis attributa fuit, 73. b. Papa tamen multò maiorem penes se retinuit, d.
In Beneficialibus prohibita est transactio, 157.c.
Beneficia non sunt cōferenda ob compensationem famulatus,175 d. Reliqua vide in verb Cardinalis.
BENEVENTVM tempore Leonis IX. ab Henrico Imp. S R.E traditum, 123.a c.
Beneuentũ à Paschali II recuperatũ,127.b
Beneuentanum Patrimonium confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore,119.a. ab Othone Imperatore,120. d.c.
IN BERCETO iura S.R.E. 120.d.
BERNARDINVS PISCINA, 274.b.
BERTINORVM (aliàs Susulianum) cum rota terra sua licèt ab antiquo iuris Beati Petri fuerit, à Comite Bertinori sine filijs decedente, S. R. E. tempore Alexandri III donatur,134 b.
Bertinorum à Friderico Imperatore occuparur,134.c.
Brictinori Terra de iure S.R.E. 136.a.b.
Brectenôrij Comitatus confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Berrinorum restituitur S R.E. tempore Pauli II. 145. b.
BIBLIOTHECAE antiquorum celebres, 111.c.
Bibliotheca Vaticana toto terrarum Orbe celeberrima à Benedicto III.Martino V Nicolao V Pio II.Sixto IV.Sixto V.Paulo V. Gregorio XV.& Vrbano VIII. extructa, & aucta,112 e.113.a.b.
Bibliotheca Comitis Palatini, à Maximiliano Bauariæ Duce Gregorio XV. dono data, & in Vaticanum translata,113.b.
BIBLIOTHECARIVS idem ac Vicecancellarius antiquitùs,194.b e. eiusque munus quale,195.a.
BIZANTINAM INSVLAM recuperat Vrbanus IV.139 d.
BLEDA confirmatur S. R. E à Ludouico Imperatore,118.c. ab Othone Imperatore,120.b.
Bledæ Castrum Vrbanus IV. recuperat, 139.d.
Bleda in potestate Comitum Anguillariæ, 145.a.
BOBIVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 118. c. ab Othone Imperatore, 120.c.
Bobium confirmatur Nicolao III.à Rodulpho Imperatore,141.c.
BOHEMORVM obedientia erga S. R. E. tem-

tempore Honorij III. 137. e.
BONA ex delicto deuoluta ad Sedem Apostolicam, an comprehendantur sub dispositione Constitutionum de nō infeudandis, &c 149. a. b Quid de locis iurisdictionalibus, quæ Camera Apostolica emit à Baronibus in vim Constitutionis Clementis VIII. ibid. Quid si agetetur de deuolutione feudi inter particulares personas, ibid.
Bonorum S. R. E. alienatione comprehenduntur etiam Guberniorum concessiones, quæ vltra triennium fiunt, 149. c.
Bona ad Sedem Apostolicam nondum deuoluta an comprehendantur sub dispositione Constitutionum de non infeudandis, &c. 149. d. e. 150. a. 153.
Bona stabilia existentia in confinibus Status Ecclesiastici an possint sub hasta vendi extraneo, 153 a.
Bonorum ecclesiasticorum (præcipuè Sedis Apostolicæ) alienatio à Romanis Pontificibus prohibita, eorumque recuperatio vigili cura demādata fuit, 115 & pag. seqq. Vide 142. c. d. 144. a. b. 145. b. 146. a. 148. c. d. e. 149. a. c. d. e. 150. a. d. e 151. 152. 153.
BONONIA mater studiorum. 110. d.
Bononia confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. c. a Rodulpho Imperatore, 141. e.
Bononia recuperata à Bonifacio VIII. 141. e.
Bononia à Bentiuolis occupata recuperatur à Iulio II. 146. d.
Bononiensis arx à Iulio II. extructa, Pauli IV. iussu diruta, 148. c.
BREVIA appellantur Literæ Apostolicæ, 222. e. De huius dictionis significatione, 223. c. d.
Breuium Apostolicorum Magistri officium quale, 217. a.
Breuia falsificans punitur ac si falsificasset Bullas; & affertur exemplum, 222. e.
BRVSIN. de iure S.R.E. 138. d.
BVLLAE varia significatio, 226. d. e. 227. a.
Bulla, in qua ab vna parte Imago, & nomen S. Petri, ex altera nomen Pontificis cernitur, S. Leo Magnus primò vsus fuit, 227. b.
Bullæ nomen vnde effluxerit, 222. a. 225. e. 226. d. e. 227. a.
Bullarum Apostolicarum obsignatio cum plumbo quando incœpta: & cur plumbeo sigillo vtantur Pontifices, 226. c. d.
Bullatorum, seu Plumbatorum Literarum Apostolicarum Officium quale, 225. 226. 227.
Bullatorum taxata merces recensetur, 226. b. c.
BVLSENVM, cum tota Valle lacus de iure S. R. E. 138. c.

C

CABALLVM à Desiderio Rege Longobardorum redditur S.R.E. 117. b.
CAEREMONIARVM sacrarum institutio, ac vtilitas, 54. d e.
Cæremoniarum, & sacrorum Rituum Congregatio à Sixto V. instituta, 54. e. Eiusdem facultates quales, 55. a. b. c.
CAESAR RACCAGNVS, 274. c.
S. CAESAREI Castrum à Tusculanis inhabitatum, 135. d.
CAESENA confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. c.
Cæsena ad obsequium S.R.E. à Syluestro II. reuocata, 122. d.
Cæsenates ad auctoritatem S. R. E. ab Innocentio III. iterum reuocati, 136. e.
Cæsena confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imp. 141. e.
Cæsena restituta S. R. E. tempore Pauli II. 145. b.
Cæsenam à Venetis detentam Iulius II. recuperat, 146. d.
CAIETA de iure S.R.E. 120. e.
CALABRIAE inferioris, & superioris Patrimonium confirmatur S.R.E. à Ludouico Imp. 119. a. ab Othone Imperatore, 120. e.
Calabria, & Apulia conceduntur à Nicolao Secundo Roberto (Guiscardo) 124. b. 125. a.
Calabriæ Dux Vvillelmus Siciliæ Rex cōprobatur ab Hadriano IV. 132. b.
Calabria restituitur Cœlestino III. 136. b.
CALCVLATORVM, siue Ratiocinatorū Cameræ Officium quale, 266. d. e.
CALLES confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperat. 120. d.
CAMERA APOSTOLICA cur sic dicta, 253. a.
Camera recipit censùs a feudatarijs Sedis Apostolicæ in Vigilia, ac Festiuitate Principis Apostolorum, 253. a. b.
Cameræ Apostolicæ Tribunal quare Festum S. Laurentij præcipuè celebret 260. a.
Camerales Officiales prohibentur partem habere in contractibus rerum, & bonorum Cameræ, sub grauissimis pœnis. 267. a.

Ca-

Camerales quo ordine sedeant in Tribunali Cameræ, 260.b.
Cameralibus in causis non rescribit Signatura Iustitiæ, 254. a. Reliqua in verb. Clerici Cameræ.
CAMERARII nomen vnde dictum, 252.b.
Camerarij S.R.E. Dignitas magna est in Vrbe, ab Eugenio IV. aucta, 252.a. 255.b.
Camerarius antiquitùs S. R. E. Archidiaconus dicebatur, 252.b.c.
Camerarius sub nomine Archidiaconi fuit S.Laurentius, 252.b.c.295.a.b.
Camerarij munus quale antiquitùs, 252. d. e.
Camerarij Officium, mortuo Pontifice non expirat; & quare, 252. d. 254. e. 255.a.
Camerarius hodie eleemosynas Papæ non distribuit, sed Eleemosynarius; at pecuniæ ad hunc vsum destinatæ recipiuntur vigore mandati subscripti ab eodem Camerario. 252.d.
Camerarius recipit iuramenta à Gubernatoribus Status Ecclesiastici, 253.a.
Camerarij preeminentiæ, & facultates recensentur, 252.253.254.255.
Camerario quænam sint interdicta, 254. b. c.d.255.a.
Camerarij iurisdictio in quo versetur tempore Sedis vacantis, 254. e. 255.a.b.c
Camerarius an teneatur obedire Cardinalibus Sede vacanre, 255.b.
Camerario an possit aliquis adiungi à Cardinalium Collegio Sede vacante, 255.c.
Camerarij Tribunal est maius Auditorio Rotæ, 255.c.
Camerarius interesse potest in Camera, etiamsi in ea agatur de interesse coniunctorum ipsius, 267.a.
Camerariorum S.R.E. copiosa nomenclatura ab anno 257. vsque ad annũ 1653. 295.296.297.298.299.
Camerariatus S. R. E. aliquando non fuit perpetuus, 297.e.
Camerariatus S. R. E. aliquando ingenti pecunia emptus, 297.d.e.
Camerario S.R.E. ab Vrbe absente, Cardinalis alter, Procamerarij denominatione, munus exercuit, 299.b.c.
CAMILLVS PAMPHILIVS S. R. E. Card. Superintendens Ditionis Ecclesiasticæ, 180.e.
CAMPANAS benedicendi, seu baptizandi cæremoniæ in Basilica Lateranensi primùm institutæ, 315.a.
CAMPANIA à Gisulpho Beneuentano Duce occupata, 115.e.
Campania confirmatur S. R. E. à Ludouico Imp. 118.e. 119.a.
CANCELLARIAE Regulas quis Pontificum primus introduxerit, 196.c.209.b. 210.c.
Cancellariorum officium antiquissimum, etiam apud Cæsares fuit, 209.a.
Cancellaria vnde dicta, 209.a.
Cancellaria Apostolica vetustissima, 209. a. b.
Cancellariæ Officiales cum per mortem, vel resignationem tales esse desinant, ideo assignationes redditưum Cameræ huiusmodi officijs factæ nō dicũtur propriè alienationes, sed potius contractus locationis ad breue tempus, 244.d.e.
Cancellariæ Officialis an perdat officium vacabile, si ciuili tantùm morte moriatur, 244.e.
Cancellariæ Officialis si emat officium vacabile in personam Caij, reseruato sibi dominio, si Officialis moriatur, an officium sit hæredum ipsius, an Caij, 244.e. 245.a.
Cancellariæ Officiorum resignatio an fieri possit sine consensu, & licentia Papæ, 345. a. Quid de resignatione facta per minorem, b.
Cancellariorum, & Vicecancellariorum S. R. E. copiosa nomenclatura ab anno 370. vsque ad annum 1653.245.246.247 248.249.250.251.
Cancellaria Apostolica multũ debet Ioanni Papæ XXII. 249.c.
De Cancellariæ Regente. Vide in verb. Regens.
De Cancellariæ Custode. Vide in verb. Senescalcus.
Cancellariæ quomodo sint à Communitatibus locandæ, 294. c.d.
Cancellarius Vrbis Petrus Fregepanis contra Gregorium IX.138.b.e.
CANONICI aliquando dicti Cardinales, 3.d. At à Pio V. prohibentur sic nuncupari, ibid. vide e.
Canonici quomodo domos optent, 26.a.
CAPRANICA in potestate Comitum Anguillariæ, 145.a.
CAPRAROLA in potestate Comitum Anguillariæ, 145.a.
CAPVLATORES quinam apud Romanos dicerentur, 285.e.
CAPVA confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119.a. ab Othone Imperatore, 120.e.
Capuæ Principatus conceditur ab Innocentio II. filijs Rogerij Regis Siciliæ, recepto fidelitatis iuramento, 131.a.
Capuæ Princeps ab Hadriano IV. Vvillelmus Siciliæ Rex comprobatur, 132.b.
CAR-

CARBONIANVM in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.
CARCEREM priuatum exercens læsæ Maiestatis crimen incurrit, 176. a. Quando autem excusetur, a. c.
Carcer priuatus Cardinalibus permissus, 176. a b.c.
Carceratorum visitatio necessaria est, 280. a b. Idq. seruatū fuit apud antiquos, a.b.c.
Carceratorum visitatio spectat aliquando in anno etiā ad Principē ipsum, 280 c.d.
Carceratorum visitatio quando, & à quibus in Vrbe peragatur, 280. d.
Carcerum visitatio à quo instituta, 281. c.
Carcerum Præses. Vide in verb. Præses carcerum.
CARDINALATVS Dignitas quàm sublimis sit; Et de ipsius preeminentijs, 16. per tot. 17. b. 18 b. c. Et ipsorum Cardinalium attributa, 17. c.
Cardinalium ordo à iure Diuino originem duxit, 1. c. d. e. 2. a b.
Cardinalium officium à Christo Saluatore nostro institutum, 1. e.
Cardinalium nomen quando inuentum, 2. c. d. e. 3. per tot. 4. per tot. 5. a. b.
Cardinare, seu Cardinalem constituere, quid significet, 3. b. c.
Cardinalis dictio quid significet, 4. b.
Cardinalium numerus olim incertus, 5. a. c. d. e. Sed Sixtus V. septuaginta esse Cardinales decreuit, 6. a. 21. b.
Cardinalium numerus septuagenarius potest à Romano Pontifice, non obstante Sixti V. Constitutione, superari, 6. b.
Cardinalium Ordo triplex ad similitudinem Ordinum Angelorum; nempe Episcoporum Seraphin significantium; Presbyterorum Cherubin designantium; Diaconorum Thronos repræsentantium 6. d.
Cardinales septem Episcopi antiquitus erant, qui in præstantioribus Vrbis Ecclesijs singulis diebus Diuina celebrabant Mysteria, 7. b Hi fuere Ostiensis, Syluæ, Candidæ aliàs SS Rufinæ, & Secundæ, S. Hippolyti aliàs Portuensis, Sabinus, Prænestinus, Tusculanus, Albanus, 7. c. Vide, 17. e. 18. a.
Cardinalium Decanus, qui est Episcopus Ostiensis, Pallio vtitur, Papam consecrat, & Imperatorem vngit, 7. d. e. Die Dominico Missam Laterani celebrabat, d 30 d.
Cardinalis Decanus anno Iubilæi reserat, & claudit Portam Sanctā Basilicę S. Pauli extra Vrbem, 323. e. 324. c.
Cardinalis assequitur Decanatum Collegij, si præsens in Curia sit, vel ab ea absens ex causa publica à Summo Pontifice permissa, 324. d. Quid si Cardinalis antiquior erat in via ad Vrbem properans, quando Decanus obijt, e. 325. a.
Cardinalis Decani prærogatiuæ quales sint 325. a. b. c.
Cardinalis Episcopus Syluæ Candidę tam in Basilica S. Petri, quàm in Vrbe Leonina, absente Pontifice, actus Episcopales exercebat; die Lunæ in Basilica Lateranensi Sacra faciebat, 7. e. Hæc Sedes vnita est Portuensi à Calisto II ibid.
Cardinalis Episcopus Portuēsis iurisdictionem Episcopalem trans Tyberim exercebat; die Martis in Basilica Constantiniana celebrabat, 8 a.
Cardinales Episcopi Sabinus, Prænestinus, Tusculanus, Albanus diebus Mercurij, Iouis, Veneris, & Sabbati in Ara maxima Laterani Sacra peragebant, 8 a.
Cardinales Episcopi ad inferiorem Dignitatem non eliguntur, sed postulantur, 8. a.
Cardinales an inferiores Dignitate, ac Ordine Episcopis, 8. a. b. c. d. 15. b. 16. a b. 17 c. d, 18. b. c. d 164 d. e.
Cardinales Presbyteri latinè seniores interpretantur, 8. e.
Cardinalium Presbyterorum Tituli varijs temporibus immutati, 9 10. 11. & 12: per tot.
Cardinales cur pauci à nonnullis Pontificibus fuerint creati, 10 c.
Cardinalibus quomodo fiat Titulorum assignatio, 11. e. 12. a. 25. c.
Cardinales annulum gestare non debent, priusquam illum à Pontifice recipiant, 12. a. 25. c.
Cardinalium iurisdictio in suis Ecclesijs Titularibus remissiuè, 12. a.
Cardinalium Presbyterorum Tituli quinquaginta, & vnus; & quare, 12. d.
Cardinales Diaconi quando, 14. a Septem numero, ibid. Deinde quatuordecim Regionarij, 14. a. Additi alij quatuor Palatini, 14 a. Ipsorum munus quale, 14. a. d.
Cardinalis Diaconus, siue Archidiaconus antiquior Diaconorum vocatus, 14. a.
Cardinales Diaconi non amplius Regionarij dicti, sed ex villis, ac prædijs primùm, deinde ex Titulis nomen sortiti fuere, 14. b. c. Et horum Titulorum diuersitas, ac immutatio, 14. b. c d.
Cardinalis Diaconus debet saltem in vigesimo secundo suæ ætatis anno esse constitutus, 14. d. 20. c. Aliquando dispensatur à Pontifice, 15. a. Et exempla

h

pia afferuntur, 21. e. 22.a.
Cardinalis, qui saltem non sit Diaconus, ab electione Romani Pontificis repellendus est 14 e.15.a.20.c Aliquando à Pontifice dispensatus. 15. a Vide 38. c.
Cardinalium exempla, qui è sacro Purpuratorum Collegio ad seculum redierūt. 15. a.
Cardinalium Diaconorum vnus induit Archiepiscopos Pallio 15.b.
Cardinales Subdiaconi antiquitùs fuere. 15.c.d..
Cardinales sunt Coadiutores Pontificis in executione Sacerdotalis officij. 16.c.
Cardinales constituunt vnum corpus cum Papa. 16.c.d.
Cardinales duplici modo creantur per Summum Pontificem. 18.e.
Cardinalium creandorum qualitates requisitæ. 18 e. 19. pertot. 21 c.
Cardinales ex omni Natione sunt eligendi; & quare. 19.c.d.
Cardinalis non est creandus, qui sit frater germanus alterius Cardinalis viuentis. 20.a. vide b Contrarium seruatum fuisse apparet. 21-d
Cardinalis non est promulgandus, qui saltem in quatuor minoribus Ordinibus non sit constitutus, & per annum habitum, ac tonsuram clericalem non gestauerit 20. c.
Cardinalium Senatui non sunt adscribendi illegitimè nati. 20. d Aliquando tamen per Summos Pontifices dispensatum fuit. 22.d.
Cardinales non sunt creandi corpore vitiati, vel ad sacros Ordines inhabiles 20.e
Cardinalis ille esse non valet, qui filios ex legitimo matrimonio, siue nepotem, aut neptem ex filijs habeat. 20. e. Contrarium seruatum fuit. 22.b.
Cardinales creandi in quatuor Temporibus mensis Decembris. 21. a. Contrarium de consuetudine seruatum, 21.d.
Cardinales non sunt creandi absentes à Romana Curia, nisi conditione adiecta, quòd intra annum accedant. 21. a.
Cardinali absenti non traditur biretum rubrum, nisi iuret, se intra annum ad Romanam Curiam accessurum. 21.a.
Cardinales debent assistere Pontifici. 21.b, 39.d. 40.d 158.d.
Cardinales olim à Summo Pontifice creabantur de voto aliorum Cardinalium; sed hodie non seruatur. 22.c.
Cardinales aliquando à Pontifice creati, instante Collegio eorundem Cardinalium. 22.c.
Cardinalium in creatione quæ verba à Pontifice proferantur. 22.d.
Cardinales in secreto Consistorio pronunciati, pro talibus habendi non sunt, quousque Cardinalatus insignia receperint. 22.e. Contrarium ab aliquibus asseritur. ibid. & 23 ab Vide 163.d.
Cardinalis, cui os apertum non fuerit, in electione noui Pontificis vocem actiuam non habet. 23 a Contrarium deinde sancitum. 23. a. b. Vide 38.d
Cardinales à Summo Pontifice electi, dum Concilium habetur, an sint veri Cardinales, & in Conclaui admittendi. 23. c.
Cardinalis per promotionem ad hanc Dignitatem amittit omnes Ecclesias, Beneficia, & Officia Romanæ Curiæ vacabilia 23.c. Plerumque tamen à Summis Pontificibus dispensatur, dummodo Beneficia Cardinalitiæ Dignitati non repugnent. 23 c.d.
Cardinalium in Vrbe præsentium receptio quomodo fiat in publicis Consistorijs. 23 e.24. per tot.
Cardinalium ab Vrbe absentium receptio quomodo fiat. 24.e 25.a.
Cardinalibus de recenti creatis quomodo claudatur os, & quomodo aperiatur. 25.b.
Cardinalis vltimò receptus, si maior sit Ordine, præfertur alijs Ordinem illum non habentibus. 25. d. Quid in optione. d.e.
Cardinales quomodo Titulos optent. 25. d.e 26-27.a.
Cardinales à Curia absentes non optant. 26.b.
Cardinalium optio quando exordium habuerit. 26 b. 27.a.
Cardinali ab Vrbe absenti, propter eminentiam, & sublimitatem ipsius viri ad sacram Purpuram promoti, pura si fuerit filius, aut frater Imperatoris, vel Regis, nedum biretum, sed etiam galerus per Nuncium à Pontifice mittitur. 27.a.
Cardinales, aliiquè Clerici initio nascentis Ecclesiæ indumentis non distinguebantur. 27. d.
Cardinalibus à Constantino Imperatore ornamenta quædam concessa. 27.d.e.
Cardinales Senatoribus, & Consulibus æquales esse sanciuit Constantinus Imperator. 28. a
Cardinalibus Purpuram concessam à Constantino Imperatore dicendum. 28. a. Licèt forsan tunc in vsum non deducta. ibid. Vide b.c.d.
Cardinalibus galerus rubeus ab Innocentio IV. concessus. 28.b.138.c.
Car-

Cardinales Regibus æquiparantur, 28. d. 159. e.
Cardinalium Purpura quid significet, 28. d. e.
Cardinalium propria vestimenta, ac ornamenta quæ sint: & de horum significatione, 28.e 29.30.31.a.b.
Cardinalis si creatur aliquis ex aliqua Monastica, seu Regulari disciplina, color Religionis in habitu non immutatur, 29. d. Conceditur ipsi biretum rubrum, 29. d. e.
Cardinales Monachi, vel Religiosi, dum vltra mare tãquam Legati de latere versantur, habitum mutant, purpureoque vtuntur pallio, 29.e.
Cardinalium Legatorum prærogatiuæ, 29. e. 30. a. b.
Cardinalibus pauperibus nuncupatis emolumentum quoddam (vulgò il piatto) à Camera Apostolica menstruatim persoluitur 31 b. Quod quando cesset, ibid.
Cardinalium munus, ac mores quales esse debeant, 31.c. & per tot. 32. 40. b.
Cardinales viuente Pontifice de electione alterius Pontificis agentes læsæ Maiestatis crimine inuoluuntur, 32.d.
Cardinalium munus, ac officium Sede vacante, 33 & seqq.
Cardinalium munus in electione Pontificis, 33. & seqq.
Cardinales maiori nexu, quàm quilibet alius, erga Summum Pontificem sunt obnoxij, 33.c.
Cardinales antequam nouum eligant Pontificem, debent defuncti Pontificis sepulturæ, & exequijs incumbere, 33. c.d.
Cardinalium auctoritas Sede vacante, qualis, 37.a b.c.d.e.39. a.
De tribus Cardinalibus in Conclaui, quos Capita Ordinum nuncupant, 38. c.
Cardinalium nullus in Conclaui existentiũ ab electione, & suffragijs excluditur, 38. c. Limita in Cardinalibus schismaticis, qui in Conclaui non sunt admittendi, ibi.
Cardinalium conuentiones in Cõclaui firmatæ an seruandæ sint à Pontifice postea creato, 38. e.
Cardinales Sede vacante reos è carceribus liberant; affertur exemplum de Card. Soderino, 39. a. b. Hodie tamen excipe inclusos in Arce S. Angeli, c.
Cardinalium vota apud Summum Pontificem sunt consultiua, non diffinitiua, 39.e.40.a.
Cardinalium in Curia residentium priuilegia, 40, d.
Cardinales licèt ad Episcopatus promoti, ex Mandosij sententia adhuc in Vrbe residere debent, 40. d. Contrarium decreuit sacrum Concilium Tridentinũ, e.41 a
Cardinales quomodo à Romana Curia abesse valeant. remissiuè, 41. a.
Cardinales debent secundùm Deum, & conscientiam liberè, ac impunè loqui coram Summo Pontifice, si ab eo ad consilium adhibeantur, 41.b.
Cardinales tenentur ad Consistorium accedere, si audiuerint in eo aliquid proponendum fore contra S.R.E. bonum, vel honorem; nec sine peccato acquiescere possunt, sed tenentur aperta fronte impugnare, 41.b.74 a.
Cardinales multa silere debent, in Consistorijs pertractata, 41.b.c.
Cardinales quo ordine sedeant in Consistorio, 43 d.
Cardinales summoperè honorandi, 154. a. b. c.
Cardinales tantùm eligunt Summum Pontificem, 154.d 155.156 157.
Cardinalis quis creandus est, antequam ad Pontificatum promoueatur, si quando Pontifex fuit idem electus, Cardinalis non erat, 156 a. A quo autem Cardinalis creandus is erit. ibid.
Cardinales si duo supersint, aut vnus tantùm, electio Pontificis à quibus celebranda erit, 156,a,b Quid si nullus Cardinalium supersit, c d.
Cardinales ad quid compelli possint circa electionem Pontificis, 156,d,e.157. a.b. Reliqua in verb. Pontifex.
Cardinalium consilio Pontifex in administratione vniuersalis Ecclesiæ vti debet, 158.a. Vide latè de hac conclusione ead. pag. 158. per tot.
Cardinales ab Vrbe absentes fructus Beneficiorum, officiorumque amittunt, 158. d Nisi de Summi Pontificis licentia absint, vel in Ecclesijs, quibus præpositi sint, resideant, e. Quomodo autem probanda sit hæc licentia, e.
Cardinales in locum Senatorum subrogati fuere, 159. a.b.
Cardinalium preeminentiæ æquiparantur prærogatiuis Romani Senatus, 159. b.c. d. In aliquibus tamen differunt, e. 160. a.
Cardinales ex auctoritate Mascardi non tenentur iurare fidelitatem Papæ, 160 c. At contrarium seruant, ibid.
Cardinales excusantur à iuramẽto calumniæ, 160. c.
Cardinales iuratoria cautione vtuntur loco fideiussionis in iudicio præstandæ à priuatis viris, 160. c.
Cardinales solemni iuramento deuincti sũt

ad effundendum sanguinem pro Christi gloria, & Christianę Reipub. salute, 160. d.
Cardinalis testimonio creditur sine iuramento, 160. d. e. Etiamsi dicat in sententia, fuisse solemnitèr processum, ibid.
Cardinali asserenti, se esse Legatum, & viuæ vocis oraculo fuisse sibi à Papa aliquid commissum, credendum est, 160. e. Intellige, vt ibi.
Cardinalium literis fides adhibenda est. 161 a.
Cardinalis fides de re solita concedi viuæ vocis oraculo Papæ, quando fidem faciat, 161. a.
Cardinalis vnius testimonio an, & quando plenè credendum sit, remissiuè, 161. a.
Cardinalis liberatur à patria potestate per assumptionē ad Cardinalatū, 161. b. c. d.
Cardinalatus Dignitas Archiepiscopali maior, 161. c. Quid antiquatis temporibus, d.
Cardinalatus Dignitas alicui collata an reuocari possit, 162. a. Et quomodo per Papam facienda sit huiusmodi reuocatio, 162. b. c d. e. 163.
Cardinalis vt deponatur, & condemnetur, qualis testiū numerus requiratur, 163. a.
Cardinalis à Papa creatus, sed non declaratus, & in pectore (vt aiunt) reseruatus, an à solo Papa reuocari possit, 163. c. d.
Cardinalis affertur exemplum, qui à Pontifice creatus, sed in pectore reseruatus, ante declarationem vendidit officium Abbreuiatoris de Parco maiori, cum aliqua Cardinalis Vicecancellarij controuersia, 163. e.
Cardinalis creatio an dicatur perfecta, quousque sequatur publicatio. 163. e.
Cardinales etsi excommunicati, adhuc Papam eligere valent, 164 a.
Cardinales vti speciali nota digni non cōprehenduntur in generali excommunicatione, 164. b.
Cardinali in totum assurgit Imperator, ab ab eodem salutatus, 164. e. 165. a.
Cardinalibus honor magnus exhibendus, maximaq. reuerentia, 164. e. 165. a. 174. per tot.
Cardinalis Legatus de Latere Iulij II. sedit medius inter Reges Galliæ, & Hispaniarum, 165. a.
Cardinales non possunt honori sibi debito renunciare, 165. a. 166. b.
Cardinales an Ordines conferre possint, & quales; & an Episcopalia insignia deferre valeant, 165. b. c.
Cardinales quænam Beneficia conferre possint, 165. d. e. 166. a. b. 175. c. Et quid de Cardinalibus habentibus indultum, ibid.
Cardinales conferre possunt Beneficia vacantia in Ecclesijs Titularibus, 167 b. c. Limita, si Cardinales absint ab Vrbe, quia tunc veniunt sub reseruatione Apostolica, d. Vide e.
Cardinales etiam non residentes in Beneficijs sibi collatis, fructus eorundem percipiunt. 166 c.
Cardinales an plura Beneficia retinere possit; & quid de incompatibilibus Beneficijs, 166. d. e.
Cardinalibus conferenda non sunt Beneficia, valorem ducatorum ducentorum Cameræ non excedentia, 166. c.
Cardinali inseruiens, & à residentia absens an fructus Præbendæ, quotidianasque Distributiones percipere possit, 166, e.
Cardinales quam habeant iurisdictionem in Ecclesijs Titularibus, 167. 168. 302. c. d.
Cardinales quam habeant iurisdictionem in Ecclesijs Titularibus, quæ habent Cōuentus, & Monasteria Religiosorum annexa, 167. e 168. a. b
Cardinalis Titularis iurisdictio in quo differat à iurisdictione Cardinalis Protectoris, 168 a.
Cardinales petere possunt charitatiuum subsidium ab Ecclesijs, & Titulis sibi assignatis, 168. e.
Cardinalium potestas nunquid sit in toto Collegio, vel in singulari cum iurisdictione, 168. e.
De Cardinali, qui est in possessione conferendi Beneficia alicuius Ecclesiæ, cuius sit Titularis alius Cardinalis, 168 e. 169. a
Cardinalis in administratione adiungitur Pontifici, si hic reddatur inhabilis, 169. b. c. d. Quid si Pontifex capiatur ab hostibus, ibid.
Cardinalium Collegium tempore Hadriani VI. qui absens electus fuit, vicem Papæ gessit; & quomodo, 169. c. d.
Cardinalem Legatum in Vrbe relinquit Pontifex, si ab ea discedat, 169. d.
Cardinales tantùm eliguntur *Legati* de latere, 170. 171. *R*eliqua in verb. Legatus de Latere.
Cardinales nomine alicuius Principis laici Legatione perfungi non debent, 171. e. Adducuntur exempla, ibid. & 319. c.
Cardinalium lites solus Pontifex appellatione remota dirimit, 172. a b. c.
Cardinales sunt Deo dicati, & ab omni terrenorum Principium potestate exēmpti, 172. b.

Car-

Cardinales solum Pontificem iudicem agnoscunt, 172.b.c.
Cardinales per tormenta examinari non debent, 172.b.
De Cardinalium facultate testandi, 172. d. e. 173. per tot.
Cardinales non possunt testari, nisi præcesserit licentia Summi pontificis, 172. d. Et hæc prohibitio extenditur etiam ad pias causas, ibid. Quid si reperiatur testamentum antiquum Cardinalis, & de licentia Pontificis non appareat, e.
Cardinalis testari potest de stipendio illo, à Summo Pontifice Cardinalitij galeri intuitu illi concesso, 172.e. 173.a. Vide d. Immo hæredes succedunt ab intestato in hoc stipendio, ibid.
Cardinalis hæres, habentis à Papa facultatem testandi, cum clausula, *non obstantibus, &c* an succedat in fructibus Beneficiorum maturatis, sed non exactis tempore obitus Cardinalis, 173.b.
Cardinalis habens facultatem testandi poterit etiam codicillare, 173.b. Item donare causa mortis, c.
Cardinales si habeat facultatem testandi, an hæc per vnicum actum extinguatur, 173.3.
Cardinalis habent priuilegium testandi iure militari, 173 c.
Cardinales possunt legare Archieonfraternitati Cōfalonis in Vrbe pro redemptione Captiuorum, vsque ad summam scutorum 300. 173. d.
Cardinalis funus an, & quando impensis hæredis faciendum sit, 173.e.
Cardinalis familiari, qui de mandato Domini scripsit testamentum, & in hoc legatum ad sui fauorem, an obstet dispositio Codicis tit de his qui sibi in testam. adscripser. remissiuè. 173. e.
Cardinales studere debent in sacræ Purpuræ maiestate sustinenda, 174 c.d e.
De numero familiarium, & inseruientium Cardinalitiæ Dignitati necessario, 175. per tot. Et de qualitatibus dictorum familiarium, ibid. e.
Cardinalibus permissus priuatus carcer, 176.a.b.c.
Cardinalium familiares hodie non sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum, 176. d.
Cardinalium Palatia an gaudeant immunitate, 176. e 177.a.b.
Cardinalium Palatia etiam tempore Cōclauis inuadentes, eorumq. bona diripientes qua pœna plectendi sint. remissiuè, 177 b.
Cardinalem offendēs læsæ Maiestatis reus efficitur, 177.d.e. Etiamsi offendens esset Imperator, ibid. Limitatur in offendente ad sui defensionem, 178. a. Limitatur quoque, si Cardinalis efficiatur rebellis Sedis Apost. & affertur exemplum a. b.
Cardinalis familiares si quis offendat, qua pœna puniatur, 178.b.
Cardinalem offendēs iniuria verbali quomodo puniatur, 178.b.
Cardinalem offendens an gaudeat immunitate ecclesiastica, 178. b c.
Cardinales an possint expellere intrusum in Papatu, & deponere Papam simoniacum, ac hæreticum; & quomodo, 178 d. e. 179
Cardinalium Collegium famæ restituere potest, 180. 181.a.
Cardinales tanquam speciali nota digni non sunt comprehensi sub generali dispositione; & quare, 181, 267.a.b.
Cardinales non tenentur ad Decimas, etiā apposita clausula. *quocumque priuilegio non obstante*, 181.b.c.
Cardinales non sunt comprehensi in Regulis Cancellariæ, 181.c. De Regula, de exprimendo valore, vide e.
Cardinales an comprehendantur in dispensatione quantumcumque generali loquēte in materia prohibitiua, 181.c.e.
Cardinales an teneatur contribuere in solutione charitatiui subsidij impositi à Sede Apost. contra infideles, 181.d.e.
Cardinalis occursus an liberet ductos ad supplicium, 182 a.b.
Cardinalibus solus Pontifex causarum cognitiones committit, 182.c.d e. 183.a.
Cardinalis assertioni standum est in causis sibi commissis, 183.b.c.
Cardinales committere possunt Auditoribus suis terminorum obseruantiā, 183.e.
Cardinales non citantur per edictum, nec inhibetur illis sub Censuris, 183.d.e.
Cardinalis quocumq. crimine inculpatus per procuratorem auditur, 184. a. b. c. Quid in crimine hæresis, ibid.
Cardinalibus nō prohibetur feudi successio, 184.d.e. 185.a.
Cardinales retinent priora Beneficia, quæ ante promotionem habebant, Cardinalitię Dignitati non repugnantia, 185. e. d.e. Etiam Archiepiscopalem, seu Episcopalem Dignitatem, ibid. Intellige ex dispensatione Pontificia, ibid. & 186.a.
Cardinalibus Episcopis an, & quando permittatur collatio Ordinum in aliena Diœcesi, 186.b.c.d.
Cardinalium vnus honori sacro Collegio concesso renunciare non potest, 187.a.b.

Car.

Cardinales quibus clausulis in Commissionibus causarum appositis non comprehendantur, 187. c. d.
Cardinales an scripturas recipere possint in Conclaui, 187. e.
Cardinalis legatus si in legatione moriatur, sumptibus cuius sit patentandus, & in quo loco, 188. 189. a. b c.
Cardinalis non Legatus, sed habens Ecclesias, ac Dignitates, cuius sumptibus sit funerandus, 188. per tot.
Cardinalis in quo loco sepeliendus erit, si absque electione sepulturæ decedat, 189. a. b. c.
Cardinales qua forma sepeliendi sint, 189. c. Vide 191. & 192.
Cardinalium mortuorum memoriæ, ac famæ à Summis Pontificibus consultum, 189. d. e.
Cardinales promittunt Summo Pontifici munera non recipere, 81. d.
Cardinalium familiares prohibentur bona Cardinalium defunctorum occupare, 189. e. 190. a.
Cardinalitius Annulus (seu valor,) & ornamenta Capellæ quibus consignari debeant, sequuto Cardinalis obitu, 190. a.
Cardinalium creditoribus quo ordine sit satisfaciendum post illorum ibitũ, 190. b. c d. e. 191. a. b. c.
De Cardinalium funere, 191. d. e.
Cardinalium parẽtationi quadraginta dies assignantur; & quare, 191. d. e. 192 a. b. c.
Cardinalium familiares sustentantur pet quadraginta dies in Palatio Cardinalis defuncti, 191. e.
Cardinales optãt Titulos Episcopales, Presbyterales, & Diaconales, 192. d.
Cardinalis optans nouum Titulum si exegit pensiones domus spectantes ad Titulum dimissum, diuidere debet pro rata temporis cum successore, 192 d.
Cardinalium Cœtus, nullo deficiente ex Pœnitentiarijs, an possit illorum augere numerum, 301 c.
Cardinales Protectores Ordinum Regularium quam facultatem, iurisdictionemque in eosdem Regulares habeant, 326. 327. 328.
Cardinales habent tutelam, patrocinium que Prouinciarum, Ciuitatum, & Regnorum, 328.
Cardinalis Vicecancellarius. Vide in verb. Vicecancellarius.
Cardinalis Camerarius, Vide in verb. Camerarius.
Cardinalis Pœnitentiarius. Vide in verb. Pœnitentiarius.
Cardinalis Vicarius. Vide in verb. Vicarius.
CARIANVM in potestate Comitum Anguillariæ, 145 a.
CARMELITARVM Discalceatorum Seminarium in Vrbe à Paulo V institutum, ad hæreticorum, & infidelium quorumcunque conuersionem, 48. d.
CARNIVM curam quis gereret apud Romanos, 283. a. 284. a. b c. d.
Caro bubala olim apud Romanos in pretio erat, 284. d. e.
Carnium vsus parcissimus apud antiquos Romanos, 285. a.
CAROLVS GVALTERIVS, 270. e
CAROLVS MAGNVS Imperator confirmat donationes suorum Antecessorum fauore S R. E 117. c 122. d. 123. a
CASTELLANI ad Innocentij III. obediẽtiam redeunt, 137. a.
CASTRA si à Camera Apostolica emantur, Bullæ Pij V. de non infeudandis &c. minimè subiciuntur, 264. c.
CAVAS Oppidum, quod Petrus à Columna Ecclesiæ eripuerat, Paschalis II. recuperat, 127. a. b.
CENCII Camerarij liber Apostolicæ Sedi vtilissimus quando exaratus, 35. e. Eiusdem Cencij laudes, 249. a. 255. d.
CENSVS vendi non possunt à subditis Status Ecclesiastici Principibus, & Communitatibus exteris, ex Pontificijs Constitutionibus, 152. b. c. & quare, c. d. e. 153. a. b.
Census inter immobilia collocantur, 152. b
CENTVMCELLIS fuit Traiani Imperatoris Villa pulcherrima, 88 d. e.
Centumcellæ à Gregorio III. Pontifice restauratæ, 116. e
Centumcellæ confirmantur S R E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. b.
Centumcellæ à Pio IV. munitæ, 148. d.
CEPERANVM confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141 c. De Ceperano vide, 136. a.
CERE confirmatur S. R E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120 b.
CERETE in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.
CERVIAM à Venetis detentam Iulius II. recuperat, 146. d.
DE CESIS ROCCA in Ducatu Spoletano de iure S. R. E. 138. c.
CHARITATIS Archiconfraternitas in Vrbe instituta. Et de pijs ipsius operibus, 281. c. d. e. 282. a. b.
S. CHRISTINAE Ecclesia posita prope Papiam iuxta Padum de iure S. R. E. c. 120. e.
CHRI-

CHRISTIANORVM duo sūt genera, 51. b.
S. CHRISTINAE Ecclesia posita prope Papiam iuxta Padum de iure S R E 120. e.
S. CRISPINA restituitur Cœlestino III. 136 b.
CISTERNA de iure S. R. E. 138. c.
CIVITAS CASTELLANA à Paschali II. recuperata, 127. b.
CLASSIS pro decem triremibus contra Turcas parandis, & conseruandis Congregationem Sixtus V. instituit: & eiusdem Congregationis facultates recensentur, 202. d. e. 203. Reliqua in verb. Nauis.
CLERICI à Diuo Petro instituti. 8. e.
Clerici ad fecularia iudicia non protrahēdi, 49. b. c. d. 51. e.
Clericatus cur magis eximat à potestate temporali, quàm Baptismus, 51 a. b.
Clericorum consanguinei an illis succedant ab intestato in quotidianis distributionibus remissiuè, 173. e.
Clericorum bona pauperum esse dicuntur, 269. e.
CLERICI CAMERAE Apostolicæ ad numerum septenarium præfiniti ab Eugenio IV. 260. b. 276. c. Quos deinde Sixtus V. numero duodenarios esse fanciuit. ibid.
Clerici Cameræ interesse non possunt in Camera, in qua de ipsorum coniunctorum interesse agitur, 267. a.
Clerici Cameræ etiam Præsidentes ipsius Cameræ dicuntur, 269. a.
Clericorum Cameræ Statuta confirmauit Leo X. 269. b.
Clericorum Cameræ Collegium simulachrum Collegij Quæstorum; & quare, 276. a b 277. d.
Clericorum Cameræ preeminentiæ, ac facultates recensentur, 276 277.
Clericorum Cameræ Collegium olim numero indeterminato constitutū, 276. b.
Clericis Cameræ quænam sint prohibita, 277. c d. e.
Clericorum Cameræ iurisdictio Sede vacante non expirat, 277. d.
CLOACAE antiquitùs in Vrbe mirabiles, 98. b. c.
Cloacarum cura maxima apud priscos Romanos, Summosque Pontifices semper fuit, 98. b. c. d. e.
CLVSIVM declaratur Imperio subiectum à Ludouico Imperatore, 119. a.
Clusium à Cœlestino Tertio recuperatum, 135. e.
COLLEGIVM tres faciunt, 156. a.
Collegiorū priuilegia sub generali priuilegiorum derogatione non comprehenduntur, 72. d.
COLVMNAE Castrum Paschalis II. Petro à Columna ademit, 127. a. b. Et Columnensis Prosapiæ tunc prima mentio ex Baronio, ibid.
COMACLVM occupatum à Desiderio Rege Longobardorum, 117. c.
Comaclum confirmatur S R.E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. c. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
COMMISSARII à Sacra Congregatione Boni Regiminis transmissi ad exigendum credita residuata Communitatum, quando decimas percipere debeant: & de qualitatibus dictorum Commissariorum remissiuè, 293. c. d.
Commissarij Spoliorum quid seruare debeant, remissiuè, 263. d.
COMMISSARII Cameræ Apostolicæ Officiū in Vrbe quale fuerit antiquis tēporibus, qualeque sit de præsenti; ac de ipsius preeminentijs, & facultatibus, 274. 275.
Commissarij Cameræ Officium graues viri exercuerunt, quorum nomina recensentur, 274. b. c.
Commissarius Cameræ si sit Prælatus, quē locum habeat in Camera, 274. d.
Commissarij Cameræ Officium quādo institutum, 274. d. e. 275. a. c.
Commissarius Cameræ an, & in quo differat à Fisco, 275. d. e.
COMMVNE quod est, communitèr negligitur; & quare, 79. b
COMMVNITAS. Vide in verb. Vniuersitas.
COMPVTORVM Cameralium Congregatio habetur in ædibus Thesaurarij, 265. a. b.
Computorum Cameralium redditio quomodo facienda sit, seriosa instructio, 265. c. d. e. 266. 267. a 269. b c.
Computorum redditio facienda quoque est ab ipsomet Thesaurario, & ab alijs Summi Pontificis, Romanæque Curiæ Magistratibus. 266. d.
CONCILIVM Tridentinum quando indictum, & quando completum, 55. d. e.
Concilij Tridentini Congregationem Pius IV. instituit. 55. e. Eandem Sixtus V. confirmauit. 56 a. Eiusdem Congregationis facultates. 55 a b c.
Concilij Tridentini declarationes à propria Congregatione emanatæ, an dicantur doctrinales, seu diffinitiuæ. 56. c.

Con-

Concilia à Romanis Pontificibus antiquitùs frequentèr conuocata.39.d.
CONCLAVE quid sit, remissiuè, 254.e.
Reliqua in verb.Pontifex.
CONFINIVM Congregatio ab Vrbano VIII. instituta, ac de illius facultatibus, 151.152.153.
CONFISCATIO inter regalia Principum connumeratur,272.b. Et est de maximo imperio,ibid.
Confiscare sine Principis licentia non licet, & quare,272.b.
Confiscatio quomodo antiquitùs fieret, 272.c.
CONSILIARII Romanæ Sedis quales, 2.d. 3. a.
De Consilio Ciuitatum possunt esse pater, & plures filij, ac fratres.21.d.
Consiliarius debet Principi etiam non petenti ministrare consilium,dummodo eo indigere videat,74.a.
CONSISTORIANI COMITES quales, 42.b.c.d.43.e.
CONSISTORII publici cæremoniæ explicantur vberrimè,quibus noui Cardinales recipiuntur,23.e.24.
Consistorium quid sit, 42.a.b.c.d.e.44.a.
Consistorium duplex,publicum, & secretū, 42.e. Quid autem in altero, alteroque pertractetur,42.e.43.
In Consistorio quo ordine Cardinales sedeant,43.d.
Consistorialia Beneficia quæ dicantur, 60.c.
CONSTANTINVS Imperator extruxit Basilicas plures in Vrbe, præcipuè Lateranensem, & Vaticanam, 57.b. 62.c.d.
Constantinus Imperator genus duxit à Vespasiano Imp.65.d.
Constantini Magni Imperatoris munificentia erga S.R.E.146.b.c.d. Ab aliquibus tamen hæc Constantini donatio impugnatur,sed malè, 114.e.
CONSVLTATIONIS negociorum Status Ecclesiastici Congregatio instituta à Paulo IV. & ab alijs confirmata: ipsius facultates quales,75.76.77. Hæc delictis intra Vrbis mœnia, eiusq. in suburbijs occurrentia non cognoscit,77.c.
CONTRADICTAE quid sint,204.c
Contradictarum Auditoris iurisdictio in Vrbe olim magna, 204 b. c. Reliqua in verb.Correctør Cancellariæ.
COROLANVM, aliàs Coranum Castrum ab Hadriano IV. emptum 133. a.
CORE de iure S.R.E.138 c.
CORRECTOR CANCELLARIAE hodie Auditor Contradictarum appellatur, 208.b.
Corrector Cancellariæ locum habebat in Parco maiori post Vicecancellarium, 208.b.
Inter Correctorem Cancellariæ, & Abbreuiatores de Parco maiori fuit olim controuersia circa præcedentiam, 208. b c. d.
CORREGII loca benè potuit Fridericus Imperator à iurisdictione Ducum Mediolanensium eximere,quàmuis in inuestitura Ioannis Galeatij Vicecomitis cōprehensa,73.d.
CORSICA confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imp. 117. e. à Ludouico Imper. 119.a. ab Othone Imperatore, 120.d. à Rodulpho Imp.141.c.
Corsicam à Saracenis occupatam Ianuenses recuperant, sibiq. retinent, Ioannis XVIII. permissu,122. d.
CRESCENTIVS NOMENTANVS Vrbem occupat contra Pontificem,122.b.
CRVCIATA cur ita dicta, 137. c.
CVBICVLARII duo secreti assistunt in Consistorio Papæ,43.c.
Cubicularij in Vrbe instituti à Leone I. ad custodiam Sepulchri Apostolorum Petri, & Pauli,65.e.228.c.
Cubiculariorum duo sunt genera, nempe secretorum, vel honoris Papæ inseruientium, & Cancellariæ,228.d.
Cubiculariorum Cancellariæ munus quale; ac de illorum priuilegijs, 228. 229. 230.231.
Cubicularij Cancellariæ à Leone X. instituti, 228.c.229.a.b c.

D

DANTES ALIGERIVS post eius mortem secundùm aliquos tanquam hæreticus damnatus; alij hoc negant,51.e. 52.a.113.e.114.a.
DATARII Officium quale,242.
Datarij Officium quisnam exerceret antiquitùs, 242.b.
Datarij munus aliquando S.R.E.Cardinales exercuerunt,242.b.
Datarij Officiales quinam sint, 242.c.
Datarius dictus à datando,242.c.
Datæ sunt in duplici differentia, aliæ dicuntur paruæ, aliæ maiores, 242 c.
Datæ quanta sit efficacia,242.d.
Datarij Officium concernunt omnia, quæ sunt gratiæ,242.d.
Datarij munus excelsum, ac sublime, 242. d. e.
Datarij munus expirat per obitum Pontificis,242.c.
DE-

DECANVS quid significet, 324. c.

Decanus Collegij Cardinalium. Vide in verb. Cardinales.

DECRETVM IRRITANS quid operetur, 294. c.

DIACONI consecrati à Diuo Petro, 9. a Ipsorum munus quale, ibid. Vide 13. 6.

Diaconus quid significet, 13. a.b.

Diaconorum numerus antiquitùs septenarius, 13. c.d. Et dicebantur Diaconi Regionarij, 13. d. e. Ipsorum munus quale, 13. d.e.

Diaconi Cardinales. Vide in verb. Cardinales.

DICTIO, *quomodolibet*, quid importet, 149. d.

DIGNIOR ille reputatur, qui proximior est domino, 7. d.

Dignior, ac maior ille reputatur, quantò pluribus, ac dignioribus præest, 175. a. 198. c.

DIGNITATVM ordo seruandus est; præsertim in Ecclesia militanti, 199. a.

Dignitates propter numerum vilescunt, 199. e 200. a

DISTRICTVS VRBIS quadraginta milliaria continet, 256. a.

DOCTORATVS laurea quis decorari non debet, nisi Catholicæ Fidei professionem emiserit, 109. a.

Doctores in iure canonico, & ciuili creantur in Vrbe ab Aduocatis Cōsistorialibus priuatiuè quoad omnes alios, 109. a.

Doctores in philosophia, ac medicina creantur in Vrbe à Phisicorum Medicorum Collegio priuatiuè quoad omnes alios, 109. b.

DOMINATVS genera tria, Regalis, politicus, & œconomicus, 176. d.

DOMORVM venditiones factæ irrequisito vicino non sunt nullæ ipso iure, sed tantùm vicino volente, 253. c. Amplia; etiamsi Bulla dicat, *eò ipso, & ipso iure sit nulla*, ibid. Et de forma in hoc seruanda, d.

DONATIONES factæ à Papa sine subscriptione Cardinalium, non carent falsitatis suspicione, 158. e. 159. a.

E

ECCLESIAE in Vrbe præstantiores quinque, 7. a.

Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ à Principe defendendæ sunt, 49. b.

Ecclesiarum priuilegia confirmarunt, & in contrarium inducta sustulerunt Valentinus, & Martianus Imperatores, 49. d.

Ecclesiarum, & Altarium consecrationem solemni ritu faciendam quis Pontificum primus instituerit, 55. c.

Ecclesia duplex, spiritualis nempe, ac materialis, 56. d.

Ecclesias quis primus ædificauerit inter Hebræos, Græcos, Latinos, aliasuè barbaras Nationes, remissiuè, 56. e.

Ecclesias quis primus inter Christianos ædificauerit, 56. e 57. 58.

Ecclesia vbi primùm Seruatori nostro fuerit ædificata, 57. a. b. 58. a.

Ecclesia idem quod Memoria, 57. e.

De Ecclesiarum erectione in Cathedrales seculares, vel alium statū remissiuè, 60 e.

Ecclesiarum libera electio permittitur ab Henrico Imperatore, 129. d.

Ecclesia Romana mater est omnium, & magistra, 166. c.

Ecclesia Dei vtriusque gladij habet potestatem, 193. c.

De Ecclesijs, vide in verb. Immunitas Ecclesiastica.

ELECTIO non potest fieri de ipso, 156. b. c.

Electores Regis Romanorum, in Imperatorem postea promouendi, à Gregorio V. constituti, 122. c.

EPISCOPI dicti aliquando Cardinales, 8. d.

Episcopi septem ex vicinioribus Oppidis à Romano Pontifice in Vrbem vocati, qui singulis hebdomadæ diebus Diuina celebrarent Mysteria, 7. b.

Episcoporum eligendorum requisita, 19. a. b. c. e. 59. 60. 328.

Episcopalis residentia procedit à Iure Diuino, 41. a.

Episcopi quam facultatem habeant in procedendo contra hæreticos, 44. c.

Episcopus si deregatur hæreticus, contra ipsum non inquirunt Inquisitores, sed Apostolicæ Sedi illum denunciant, 44. e. 45. a. 46. c.

Episcoporum eligendorum diligens inquisitio habenda est, 58. d. e.

Episcopus promouendus examinari debet, 59. b. c. 60.

Episcopi promouendi processus, & inquisitio formatur, & quid sit probandum, 59. d. e. 60. Quid in Regularibus, 59. e. 60. a.

Episcoporum postulata in Congregatione à Sixto V. instituta, vel innouata, cognoscuntur, 60. c. 61. a. b.

Episcoporum domos, & bona inuadentes excommunicantur, & interdicuntur Leonis IX. Sanctione, 123. d.

Episcopi debent iurare fidelitatem Papæ 160. b

c Epi-

Episcopus iureiurando an teneatur tangere sacra, 164. d.

Episcopus in alterius Diœcesi Pontificalia exercere non potest, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, 186. b Amplia etiam ad Abbatias, quæ nullius Diœcesis existunt, e.

Episcopis expoliatis, vel eiectis omnia restituenda esse Eusepius Pontifex præcipit, 115. a.

Episcopi præcedere debent Prothonotarios, 200. b.

Episcopi locum tenent Apostolorũ, 200. c.

Episcopi Cardinales Vide in verb Card.

EPISTOLAE, quæ mittuntur ad absentes, an fidem faciant contra scribentem, 294. d.

EVGVBIVM occupatur à Desiderio Rege Longobardorum, 117. c.

Eugubium confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore. 119 a. ab Othone Imperatore, 120. d.

Eugubini ad Innocentij III. obedientiam redeunt, 137. a.

Eugubium recuperatum à Bonifacio VIII. 141. e.

EXACTORVM temeritas, & concussiones sunt reprimendæ, 77. e. In hoc inuigilauit Sixtus V. & Congregationem grauaminum tollendorum instituit, 78. At à Paulo V. Congregatio hæc vnita fuit Cõgregationi Boni Regiminis, 79. a.

Exactorum inhonestati Imperatorum quoque leges consuluerunt, 78. b. c.

Exactor superexactionis crimine confutatus quomodo puniendus, 78 c.

Exactor negligens tributa recipere à soluere volentibus, debitor liberatur, & exactor duplum Fisco cogitur inferre, 78. d. e.

Exactores Camerales quid agere debeant in ipsorum munere exercẽdo, 281 a. b. c.

EXCOMMVNICATI, & Censuris Ecclesiasticis innodati à quocunque actu legitimo excluduntur, 164. a. Limita in Cardinalibus in electione Papæ, ibid.

EXHARCATVS RAVENNAE ademptus S. R. E. 117. b.

Exharcatus Rauennæ à Carlo Magno Imperatore declaratur de iure S. R. E. 117. e 118. e.

Exharcatus Rauennæ confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. c.

Exharcatus Rauennæ quæ loca comprehenderet, 118. e. 119. a.

Exharcatus Rauennæ restituitur S. R. E. à Rodulpho Imperatore, 140. d. 141. c.

F

FABRICAE S. Petri quinam Pontifices consuluerint: & de facultatibus eidem Fabricæ concessis, 68. 69. 70. 71. 72.

Fabricæ S. Petri Congregatio habetur in Palatio senioris Cardinalis in Vrbe existentis; 72. b.

FAMILIARIS Papæ si quis asseratur per attestationem ipsius Papæ factam lite pendente, an tollat alteri ius quæsitum, 234 b.

FANVM confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperat. 119. a. ab Othone Imp. 120. c.

FAVENTIA à Desiderio Rege Longobardorum redditur S. R. E. 117. b. occupatur ab eodem Rege, 117. e.

Fauentia confirmatur S. R. E. à Ludouico Imper. 119. a ab Othone Imp. 120. d. à Rodulpho Imperatore, 141. c.

Fauentiæ, ab Ordelapho, ac socijs occupatæ, recuperationi Clemens V inuigilat, 142 a.

Fauentiam à Venetis detentam Iulius II. recuperat, 146. d.

FAVSTVS POLVS S.R.E. Cardinalis, Episcopus Vrbeuetanus, 317. d.

FELICITATIS CASTRVM confirmatur S.R.E. à Carolo Magno Imp. 117. e. à Ludouico Imp. 119. a. ab Othone Imp. 120. d.

FELIX CONTELORIVS, 77 b. 274. e.

FERENTI CASTRVM confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.

FERENTINVM confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e.

FERRARIA à Desiderio Rege Longobardorum redditur S. R. E. 117. b. Occupatur ab eodem Rege, c.

Ferraria confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a ab Othone Imperatore, 120. c. a. Rodulpho Imperatore, 141. c.

Ferraria, sequuto Comitissæ Mathildis obitu, ad Ecclesiam Romanam rediit, 127. e.

Ferraria à Venetis occupata, ab ijsdem restituitur S.R.E. tempore Clementis V. 142. b.

Ferrariæ Dux Alphonsus cum Hadriano VI. transigit ratione dicti Ducatus 147. b.

Ferrariæ Dux Alphonsus in ius à Clemente VII. vocatur ob dicti Ducatus deuolutionem. 147. c.

Fer-

Ferrariæ Ducatum recuperat Clemens VIII. ob Alphonsi Estensis obitum, 150. a. b.
FEVDATARII Sedis Apostolicæ teneutur soluere canones in Vigilia, aut die Festiuitatis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, 146. a. b.
Feudi successio an prohibeatur Cardinali, vel Episcopo, 184. d e 185. a.
Feudi successio cur prohibeatur personis ecclesiasticis. 184. e. Quid in feudo ecclesiastico. ibid.
In Feudo an succedat Monachus, 185. a.
FIDES Catholica totius spiritualis ædificationis fundamentum est. 44. c.
Fides Catholica propaganda est, 47. e. 48. a.
Fidei propagandæ Congregationem Gregorius XV. in Vrbe instituit, 48. a. b. Licèt prædecessores Pontifices in Catholicæ Fidei propagatione anteactis sæculis semper inuigilauerint, a. b.
Ad Fidei propagationem linguæ variæ addiscendæ 48. b.
Fidei propagandæ Congregatio quibus facultatibus sit communita, 48 c. d. e. 49. a.
FIRMANI iurant fidelitatem S. R. E. 117. d.
FISCVS in Curia Romana est ipsa Sedes Apostolica. 271. c.
Fisci Aduocatus. Vide in verb. Aduocatus Fisci.
Fisci Patronus olim dictus Quæstor Parricidij, 271. d. 272. b.
Fiscales causæ quæ dicantur, 272. b.
Fisci Procuratoris, & Procuratoris Cæsaris differentia, 272. c. d.
Fisci Procuratoris in Vrbe qualitates quenam esse debeant, 272. e. 273. c. Et de ipsius munere, 273. a. b. c.
Fiscus vnde dicatur. remissiuè. 273. c.
Fiscus accipitur etiam pro tributis, alijsque debitis, & oneribus. 273. d.
Fisci Procurator præcedit Commissarium Cameræ. 275. c. Reliqua in verb. Confiscatio.
FLAMINIAE PROVINCIA restituitur S. R. E. à Rodulpho Imperatore. 140. d.
Flaminiæ Prouincia tempore Pauli II. restituta S. R. E. 145. b.
FLORENTIA declaratur Imperio subiecta à Ludouico Imperatore. 119. a.
FLVMINA nauigabilia inter Regalia connumerantur. 96. b.
FORENTINI CASTRVM recuperatum ab Vrbano IV. 139. c.
FORVM LIVII confirmat S.R.E. Ludouicus Imperator. 118. e. Otho Imperator. 120. c. Rodulphus Imperator. 141. c.
Foroliuiensi è Ciuitate Ordelaphi eiecti à Legato Pontificis Innocentij VI. 143. b.
Foroliuienses à Pontifice Gregorio XI. deficiunt. 143. e.
FORVM POMPILII confirmat S. R. E. Ludouicus Imperator. 118. e. Otho Imperator. 120. c. Rodulphus Imperator. 141. c.
FORVM SEMPRONII confirmat S. R. E. Ludouicus Imperator. 119. a. Otho Imperator. 120 d.
FRANCISCVS ALIDOSIVS S.R.E. Cardinalis quare à Francisco Maria Duce Vrbini interfectus. 41 c.
FRANCISCVS BARBERINVS S. R. E. Cardinalis Triclinij Leoniani in Laterano restaurator. 118. a b. c. d Legatus de Latere Vrbani VIII 170. b. Vicecãcellarius eximius, 521. d. Protector Archiconfraternitatis Charitatis in Vrbe. 282. a. Signaturæ Iustitiæ Præfectus. 310. c. Archipresbyter Basilicæ Lateranensis 314. c. deinde ad Vaticanam translatus ibid. & 318. a.
FRANCISCVS BARBERINVS Vrbani VIII. patruus Abbreuiator de Parco maiori absque solito examine creatus, 214 c.
FRANCISCI DANDALI Veneti facinus eximium, 142. b.
FRANCISCI SODERINI S.R.E. Cardinalis dictum improbatur, 40. c.
FRANCISCVS MARIA BARANZONIVS Locumtenens in ciuilibus Auditoris Cameræ, 268. b.
FRATRVM concordia commendatur, 310. d e.
FRIDERICVS IMPERATOR stratoris officio fungitur erga Hadrianum IV. 132. c. Vide eiusdem Imperatoris obsequium erga Alexandrum III. 133. 134. a.
FRVSINONVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 118. e.
FVLGINEVM restituitur S. R. E. à Conrado occupatore, 136. e. 137. a.
FVMONIS Castrum de iure S R. E 138. c.
Fumonis Arx recuperatur ab Eugenio III 132. a.
FVNDVM de iure S.R.E. 120. e.
Fundanus Comitatus S.R.E. donatus, seu restitutus à Friderico II. Imperatore, 137. b.

FVRCONEM dicit de iure S. R. E. Otho Imperator, 121 a.

G

GABELLVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. c. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
GALERIA ab exercitu Pontificio direpta, 124 c
GALLESII CASTELLVM confirmatur S. R.E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. c
GALLIAE Rex Chilperius Regno priuatur à Zaccharia Pontifice, & Pipinus inauguratur, 117 a.
Galliæ Regnum semper tutum refugium Romanis Pontificibus, 128 e.
S. GEMINI CASTRVM de iure S. R. E. 138. d.
S. GERMANVS occupatus à Rogerio Siciliæ Rege, 131. a.
GIBERTVS BORROMAEVS, 77. b.
GRASCIA quid significet, 282. c. d.
Grasciæ Præfectus à tutelis, & curationibus excusabatur antiquitùs, 287. c.
Grasciæ Præses. Vide in verb. Præses.
GRATIAE EXPECTATIVAE quando originem habuerint, 73. b. c.
Gratiæ expectatiuæ abrogatæ per Concilium Tridentinum, 73. c.
GREGORIVS sanctissimus Pontifex huius nominis primus bona Ecclesiæ temporali gladio tutatus est, 115. c.
Gregorius XV. instituit Congregationem de propaganda Fide, 32. b.
GVALDVS acquisitus S.R.E. à Gregorio IX. 138. c. De iure S.R.E ex eiusdem Gregorij Sanctione, ibid.
GVBERNATOR VRBIS appellatur etiam Vicecamerarius, 252. d. Quare, 256, a.
Gubernator Vrbis quare sic dictus, 256, a.
Gubernatoris Vrbis preeminentiæ, ac facultates quales sint; & de ipsius officialibus, 256. 258 259.
Gubernator Vrbis Præfecti Vrbi similitudinem gerit, 256. b. c. d. e. 257. 258. 259.
Gubernator Vrbis antiquitùs militaribus indutus vestibus, 256. d.
Gubernatoris Vrbis baculus quid significet, 259. b c.
GVLIELMVS BARCLAIVS reprobatur, 51. d.
GVLIELMVS ROTHOMAGENSIS S. R. E. Card. laudatur, 319. c.

H

HAERES, qui non confecit inuentariũ, an excusetur à legatorum prҿstatione, sub prætextu, quòd hæreditas non sit soluendo, 72 b.
Hæres ob inuentarium non confectum, an in foro conscientiæ teneatur vltra vires hæreditarias, 72. c.
HAERESIS Patarenorum quando viguerit, 45. c.
Contra hæreticos edita Statuta subijciuntur Congregationi S. Inquisitionis, 45. c.
De hæreticorum fautoribus, 46. e.
Hæretici non gaudent immunitatҿ Ecclesiarum, 46. e 47. a.
Hæreticales libros retinens an de hæresi condemnari possit remissiuè, 65. a.
Hҿreticæ prauitatis Inquisitores cogere possunt quascunque egregias personas, vt coram eis se sistant, & in causis Religionis testimonium perhibeant, 184. a.
De hæreticis vide in verb. S. Inquisitio, in verb. Episcopi.
HEBRAEI an comprehendantur in facultatibus Visitatorum carcerum, 281. a. b. Vide in verb. Iudæi.
HENRICVS IMPERATOR confirmat donationes Pipini, Caroli, Ludouici, Othonum patris, & filij Imperatorum fauore S R.E. 123 a
HETRVRIA recuperatur à Gregorio IX. 138. b.
Hetruriæ Vicariatu priuatur Carolus Rex Siciliæ à Nicolao III. 140. c. Reliqua in verb. Thuscia.
HIBERNIA tempore Innocentij III. vectigalis S.R.E facta, 137. b.
HIERONYMVS COLVMNA S.R.E. Card. Archipresbyter Basilicæ Lateranensis, 314. c.
HIERONYMVS GRIMALDVS S. R. E. Card. laudatur, 252. e.
HIERONYMVS PAMPHILIVS S. R. E. Card. & SS. D. N Innocentij X. patruus, Papæ Vicarius, 303 c
HIEROSOLYMA de tyrãnide Saracænorũ recuperata à Christianis, Gottifredo Bugliono Ductore, 126. a. b. c. d.
HONOR cunctis rebus prҿferendus est, 198. b
HONVPHRIVS PANVINIVS nimis mordicus in Leonem X. 229. a. b.
HVMANA confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.

IAN-

I

IANNIZERI CANCELLARIAE. Vide in verb Solicitatores.
IANVAE CIVITAS continetur in Alpibus Cottijs donatis ab Ariperto Longobardorum Rege Ioanni Papę VI. 16. b. c.
IDOLATRIA quomodo exorta, remissiuè, 54. b. c. d. Et de antiquorum ritibus, ac sacrificijs, ibid.
IMAGINVM SACRARVM persequutor Leo III. Imperator à Concilio Lateranensi damnatur, 116. d.
IMMVNITAS ECCLESIARVM, & Ecclesiasticarum personarum summoperè obseruanda, 49. b c. d.
In immunitatem ecclesiasticam edita Statuta ipso iure nulla edixit Fridericus Imperator, 49. d.
Immunitas Ecclesiarum nedum apud nos Christianos ab antiquissimo tempore viguit, sed etiam apud hebræos, ethnicos, barbarasque gentes, imò etiam apud bestias, 49 c. 50. & per tot. cap.
Immunitas Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum à iure Diuino originem habuit, 50. c. d. e. 51. 52.
Immunitas Ecclesiarum, à nullis oppugnata, defenditur, 52. d. e. 53. a. b. c.
Immunitate Ecclesiarum quinam sint indigni, Gregorius XIV. sua Sanctione declarauit, 53. c. d.
Immunitatis Ecclesiasticæ Congregationem instituit Vrbanus VIII. 53. d. 61 b.
Immunitas conceditur cōfugientibus quoque ad Crucis Signum etiam in via positum, 53. e
Immunitate Ecclesiarum an gaudeant iudæi ad illas confugientes, 54 a.
Immunitate Ecclesiastica gaudent confugientes ad Ecclesiam, & Palatium Episcopi, si cohereat Ecclesiæ, nec distet vltra quadraginta passus, vel saltem habeat Oratorium, 176. e. 177 c.
Immunitate an gaudeant Palatia Cardinalium, 17. b. c. 177. a. b Quid de Domibus Oratoris, seu Legati Principis, c.
Immunitate ecclesiastica an gaudeat offendens Cardinalem, 178. b. c.
IMOLA confirmatur S. R. E à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. c. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
IMPERATORVM ad statuas confugientes tuti apud Romanos fuere, 50. c.
Imperium dependet ab Ecclesia, 51. c.
Imperatores tres coronati à Ioanne Papa VIII. 119. d.
Imperiali Dignitate priuatur Fridericus II, ab Honorio III. 137. d.
Imperator Carolus V. coronatus Bononiæ à Clemente VII. 157. b.
Imperator, & Rex potest à Papa deponi, 162. e
Imperator salutatus à Cardinali in totum assurgit, 164. e 165 a.
INNOCENTIVS X Vaticanam Basilicam exornauit, 68. a. Basilicam Lateranensem restaurauit, 315. a. b.
S. INQVISITIONIS contra hæreticam prauitatem Congregatio à Paulo III. instituta, 44 c. Licèt semper Romani Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi contra hæreticos inuigilauerint, 44. d. 45.
S. Inquisitionis Tribunalia instituta à Nicolao IV. in Venusino Comitatu, in nonnullis Galliæ Prouincijs, Venetijs, in Syria, & Palestina, 45. d
S. Inquisitionis contra hæreticam prauitatem Congregatio in Vrbe instituta, quas facultates habeat, 45. e. 46. 47. a. b. c.
Inquisitores quomodo procedant contra hæreticos, 44. e.
Inquisitor generalis in Vrbe ab Vrbano IV. primùm creatus, & quare, 45. a. b.
Inquisitio contra hæreticos nedum viris ecclesiasticis, sed temporali quoque dominatu præfulgentibus quandoque a Romanis Pontificibus commissa, 45. b. c.
INTERAMNA de iure S. R. E. 121. a.
Interamna restituitur S. R. E. à Conrado occupatore, 136. e.
IOANNES I. Pontifex Episcopos in suis bonis reintegrandos esse sanciuit, 115. a.
IOANNES IV. Pontifex Gisulphum Ducem Beneuentanum increpat, quòd bona Romanæ Ecclesiæ occupauerit, 115. e.
IOANNIS XXII. Pontificis laudes, 210. c. Ipsi multum debet Cancellaria Apostolica, 249. c.
IOANNES VITELLESCVS S. R. E. Card. Legatus Apostolicus Patrimonium Beati Petri recuperat, 144 c.
IOANNES BENINVS, 274. c.
IOANNES BROCCHVS Imolensis, 274. a
IOANNES GHINVS, 274. c.
IO BAPTISTA PLATINA cur in carcerem detrusus fuerit, 213. c.
IO BAPTISTA SPADA senior, 77. b.
IO. BAPTISTA SPADA iunior, 77. b.
IOFFREDVS LOMELLINVS, 275. c.

IO-

IOVIVM in potestate Comitum Anguillariæ, 115. ...
IN ISTRIA ... S.R.E. 120.d.
ITALIAE, seu occidentalium Regionum Prouinciæ Loca, & Ciuitates donantur S. Syluestro Papæ, ac successoribus Romanis Pontificibus à Constantino Imperatore, 114 b.c.
IVDAEI an gaudeant immunitate Ecclesiarum, si ad illas confugerint, 54. a. Vide in verb. Hebræi.
IVDICES quænam munera prohibeantur recipere, 81.c.82.a.Vide 83.e.84.a.
Iudicibus à Clemente III. Presbyteria promittuntur, 135.b.
IVLII CLARI lapsus, 52.d.e.53.a.b.
IVLII LAVORII lapsus, 36.a b.
IVLIVS MONTERENTIVS, 274. c.
IVLIVS SACCHETTVS S. R. E. Card. & Præfectus Signaturæ Iustitiæ, 310.c.
IVRIS CIVILIS laudes, III. a.
IVS CONGRVI. Vide in verb. Domus.

L

LAESIO inspicitur solùm tempore initi contractus, 254.a.
Læsiuus contractus contra Cameram quãdo præsumatur, 254.a.
LAMBERTVS IMPERATOR donationes Ecclesiæ Romanæ à Regibus antecessoribus factas confirmauit, 119.e.
LARIANI CASTRVM de iure S. R.E. 138.c.
LATERANENSIS BASILICA à Constantino ædificata dicitur prima Vrbis, & Orbis, 57 b. Reliqua in verb Basilica Lateranensis.
LAVRENTIVS IMPERIALIS, 253 a.
LAZARVS BOTTVS, 274.d.
LEGATI DE LATERE Ethimologia, 32.d. 170.a. Vide 171. b.
Legatorum Cardinalium prærogatiuæ, 29. e.30.a b Vide 171.c.d.
Legati de latere ex Collegio Cardinalium tantùm eliguntur, 170.a.c.
Legati de latere quomodo eligantur, 170. a.b c.d.
Legatorum triplex species, 170. d. e. 171. a. b. c.
Legatorum qualitates, 170 e. 171. a.
Legati de latere iurisdictio non expirat per mortem Pontificis, 171. c. Quare. ibid. Limita si ab Vrbe nondum discessit, d.
Legatus de latere quibus ornamentis vtatur, 171. d.
Legatione nomine alicuius Principis laici perfungi Cardinalis non debet, 171. e. Adducuntur exempla, ibid.
Legatus si in Legatione moriatur, sumptibus cuius sit parentandus, & in quo loco, 188. 189 a.b.c.
LEGATVM factum pro construendis, & reparandis vijs, ac pontibus, an dicatur pium, 70. c 96. b.
Legatum factum Petro tanquam pauperi, qui tamen sit diues, an dicatur pium, 70. c.
Legata pia intra quantum tempus sint exequenda, 70.e.71. a. Reliqua in verb. Hæres.
LEGITIMA quando filio debeatur, 241. e.
LEO I. pro conseruandis Ecclesiasticis bonis Sanctionem edidit, 115. a. Quam Leo, & Antemius Imperatores pro rebus immobilibus Ecclesiæ Constantinopolitanæ confirmarunt, ibid.
LEO FRANGIPANIVS vir potens in Vrbe, 33. d.
LEVITAE quando à Deo electi, 2. c.
LIBERIANA BASILICA, seu S. Mariæ Maioris. Vide in verb. Basilica Liberiana.
LIBRI improbatæ lectionis etiam ab ethnicis damnati, 62.c.d.e.
Libri contra Legem Diuinam, ac Religionem iure sunt prohibendi, 62. e.
Librorum hæreticorum combustio initio nascentis Ecclesiæ obseruata, 63. a.
Librorum hæreticorum lectionem, ac retentionem quis primus Pontificum prohibuerit, 63.b.c.
Librorum hæreticorum, vel de hæresi suspectorum, aut bonis moribus aduersantium Index Pij IV. iussu conficitur, 63.d.
Librorum expurgationem, ac recognitionem Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. mandant. Ac de facultatibus Congregationi Indicis attributis, 63.e 64.
Libri imprimi non possunt in Vrbe absque Vicarij, & Magistri sacri Palatij, extra Vrbem sine Episcopi, vel Vicarij, & Inquisitorum approbatione, 64.e. 111 e.
De librorum varia lectione, apud Tholosanum remissiuè, 64.e.65.a.
Libros hæreticos retinens an de hæresi cõdemnari possit, remissiuè, 65.a.
LINGVIS omnibus Deus est laudibus cumulandus, 48.b.
Linguæ variæ addiscendæ ad Catholicæ Fidei propagationem, 48.b.d.e.
Linguæ Hebraica, Arabica, & Chaldæa in Studijs Romanæ Curiæ, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salamantino

ex Pontificia Sanctione edocendæ sunt, 48.d.e.Et iisdem Linguis Regulares operam dare, Paulus V. præcepit, e.
Linguæ Hebraica, Græca, Latina, & Arabica ex Pauli V.Sanctione à Regularibus edocendæ sunt, 108.b.c.
LITERAE APOSTOLICAE quomodo expediantur,226 à.b.
Literæ Apostolicæ non prius censentur expeditæ, quàm sint plumbatæ, 227. c.
LOCA MONTIVM inter immobilia collocantur, 152 b.
Locorum montium erectio facienda non est, nisi magna subsit necessitas,& publica suadeat vtilitas, 152. d.
Loca mótium Romanæ Curiæ magni momenti res; ac de ipsorum materia cotà circumspectis viris agitur, 264 a.
LOMBARDIAM Comitissa Mathildis donat S.R E. 127.c.
LORIN. de iure S.R.E. 138.d.
LOTHARII IMPERATORIS iuramentū fauore S.R.E. 130.c.
LVCA declaratur Imperio subiecta à Ludouico Imperatore,119 a.
LVCEOLAS confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore,119 a. ab Othone Imperatore. 120.d.
LVDOVICVS IMPERATOR confirmat donationes suorum prædecessorum Imperatorum fauore S.R.E. 118. d. e. 119. 122.d.123.a.

M

MAGISTRI VIARVM. Vide in verb. Via.
IN MANTVA iura S.R.E. 120 d.
Mantua in Ditione Comitissæ Mathildis. 124.c.
Mantua, sequuto obitu Comitissæ Mathildis, ad Henricum Imperatorem peruenit, 127. e.
MAPHAEVS BARBERINVS S.R.E.Card. (deinde Vrbanus VIII) Signaturæ Iustitiæ Præfectus, 310,b,c.
MAPVLA, seu Mappa quid sit, 28.a.
MARCELLVS MELCHIORIVS Locütenens in ciuilibus Auditoris Cameræ, 268. b.
MARCHIA ANCHONAE de iure S. R.E. 136.a.b,
Marchia ab Innocentio III.ad Ecclesiæ authoritatem adducta, 137 a.
Marchia Anchonitana confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Marchia Thuscana, vulgò Maremma,confirmatur S.R.E. à Carolo Magno Imperatore, 117.e.
MARESCIALLI VRBIS Curiæ Sabellorum Dignitas qualis. 257. e.
MARSIM de iure S.R.E. dicit Otho Imperator, 121.a.
MARTHA confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. ab Othone Imperatore, 120. d.
Marthanam Insulam recuperat Vrbanus IV.139.d.
MARTIVS GINETTVS S.R.E. Card. Pontificis in Vrbe Vicarius, 77.a, 303.d. Legatus de latere Vrbani VIII.170.b,
MARTVRIANVM confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118.e.ab Othone Imperatore, 120.b.
MASSA TRABARIA confirmatur Nicolao III à Rodulpho Imperatore,141.c.
MATHILDIS COMITISSA contra hostes Romanæ Ecclesiæ inuicta mulier, 124.d. e. 125.a.e 127.d.e. 128.a.b c.
Mathildis Comitissæ donatio fauore S. R. E.127. d. e.128.a.
Mathildis Comitissæ Terra restituenda S. R. E. ex dispositione Henrici Imperatoris,136.a
Mathildis Comitissæ Terra cófirmatur Nicolao III à Rodulpho Imperatore, 141.c.
MAVRITIVS IMPERATOR veniam petit à Gregorio I.Sāctissimo Pontifice,115.d.
MEDICINAE laudes, 111.a.
Medicina, ac Medici an sint necessarij, 190. e.191.a.b.
DE MEDISINA quid disposuerit Henricus Imperator,136.a.b.
MILITES S. Georgij creati à Paulo III. ad litus Hadriatici Maris custodiendum, 202.c.Vide 237.d.238.b.d.
Milites S. Petri à Leone X.instituti, 231.c.
Militum S. Petri munus quale; ac de ipsorum priuilegijs, 231. 232.233.234.
Militum S. Petri annui prouentus in quibus Cameræ effectibus sint assignati, 233.d.e,234.c.d.
Militum S.Petri, eò quia sunt familiares, & continui commensales Pontificis, Beneficia an dicantur affecta Sedi Apostolicæ,234 b.
Milites S.Petri an debeant exhibere priuilegium coram iudice ad hoc electo, in translatione pensionis, iuxta eorum facultates, 234.b.
Milites S. Petri pensiones vsque ad quam summam transferre valeant, 232.c.234. d. e.
Milites S. Pauli à Paulo III. instituti. De ipsorum munere,ac priuilegijs,235.236.
Militum S. Pauli annui prouentus vnde exigendi, 236.
Mi-

Milites Pij à Pio IV. instituti. De ipsorum munere, ac priuilegijs, 237.
Militum Piorum annui prouentus vnde exigendi, 237.
Milites Lauretani à quo instituti; & de ipsorum prærogatiuis, 238. a. b.
Milites de Lilio à quo instituti; & de eorundem præeminentijs, ac priuilegijs, 238. d. e. 239 a. b. c.
Militum de Lilio annui prouentus vnde exigendi, 239. a. b. c.
MIRANDAE CASTRVM tanquam facinorosorum asylum Gregorius IX. illius Regulis eripuit, 138. b.
Mirandæ Castrum de iure S. R. E. 138. d.
Mirandæ Castrum Vrbanus IV. recuperat, 139. d.
MISERABILES personæ præferuntur in concursu creditorum, 190. c.
MOLARIAE CASTRVM à Tusculanis inhabitatum, 135. d.
MONETA quomodo falsificetur, 279. a. b.
Monetam falsificans crimen læsæ maiestatis incurrit, 279. a.
Moneta si falsificetur à Clerico, quis hunc punire debeat, remissiuè, 279. b.
Monetarum antiquarum pondera quænam essent apud antiquos. 279. b.
In moneta quænam sint consideranda, 278. e. 279.
Monetam cudere solius Principis est, 279. a
Monetam quis primus signauerit, 279. b. c. d.
Monetales Tresuiri apud antiquos fuere; ac de ipsorum munere, 278. a. b. Vide 279. e.
MONIALES comprehenduntur sub nomine Regularium, 62. a.
MONOPOLIVM quid sit, 288. d.
MONS ALTVS de iure S. R. E. 138. c.
IN MONTE BARDONIS iura S. R. E. 120. d.
MONTIS CASINI Abbatia, bona, & Castra illius ad libitum Pontificis, 145. e.
MONSFERETRVS confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imp. 120. d. a. Rodulpho Imp 141. c.
MONS FLASCONVS restituitur S. R. E. ab Henrico Imperatore, 136. a. b.
Montis Flasconis Arx à Gregorio IX. munita, 138. c.
Mons Flasconus de iure S. R. E. ex Gregorij IX. Sanctione 138. e. 139. c.
MONS FORTINVS dimittendus S. R. E. ex dispositione Henrici Imperatoris, 136. a.
MONS POLITIANVS à Cœlestino III. recuperatus, 135. e.
MONS ROSEVS qui hodie dicitur, forsan antiquitùs Baccanas dicebatur, 88. b.
IN MONTE SILICIS iura S. R. E. 120 d
MONTERANVM in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.
MONTICELLVM in potestate Comitum Anguillariæ, 145 a.
MORS communis omnibus, 33. b.
MVTINAM ab Imperatore emit Leo X. 147. a.

N

NARNIENSE Patrimonium donatur S. R. E. 117. a.
Narnia confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. c.
Narnia recuperatur ab Eugenio III. 132. a.
NAVEM quis Romanorum primus conscenderit, 102. a.
Nauigandi ars quomodo apud Romanos incœpta, 102. b. c.
De nauibus, reque nautica qui scripserunt, referuntur, 103. b. c. d. e 104. a.
Nauium construendarum exemplar vnde Romani sumpserint, 103. e. Reliqua in verb. Classis.
NEAPOLITANVM Patrimonium confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore 119 a. ab Othone Imperatore. 120 c.
Neapolitani Regni ad Ecclesiasticam Ditionem spectantis Rogerius inuasor, 131. b.
Neapolitanum Regnum dare, vel adimere ad Papam spectat. 142. a.
Neapolitani Regni census qualis esset antiquitùs, 145. d.
Neapolitani Regni Rex Ferdinandus pactiones firmat cum Innocentio Octauo ratione d. Regni, 145. e. Reliqua vide in verb. Sicilia.
NEPET confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e ab Othone Imperatore, 120. c.
NOMENTANI à Pontifice rebellantes domiti, 124. c.
NOTARII describendi sunt in Archiuio, & Matricula Notariorum, 294. b. Limita in Notario conficiente instrumenta tempore magnæ pestilentiæ. ibid.
Notarij non possunt allegare non vsum Bullæ Sixti V. qua cauetur, deferendas esse scripturas ad Archiuium, quamuis per multos annos non detulerint, 294. c.
NVRSIA de iure S. R. E. 121. a.
NYMPHA de iure S. R. E. 138. c.

OFFI-

O

OFFICIALES Papæ, Curiæ, & Cancellariæ recensentur, qui in solemnitate sacratissimi Corporis Christi processionalitèr incedunt, & de ordine ipsis a Gregorio XIII.circa præcedentiam statuto, 243, 244. Reliqua in verb.Cancellaria.

OLEI vsus creber apud Romanos fuit,285, b.c.d e.

ORCHESTRÆ locum Hadrianus IV. muris ac turribus muniuit, 133. a.

ORIELE de iure S.R.E. 138. c.

ORTA cõfirmatur S.R.E.a Ludouico Imperatore,118. e. ab Othone Imperatore 120. c. d.

Ortanæ Ciuitatis muri a Leone IV. restituti, 119. c.

OSTIA de iure S.R.E. 138. c.

Ostia a Pio IV. munita, 148. d.

OTHONIS II. Imperatoris donatio fauore S.R.E. 120.121.122.123.a.

OTHO III. Imperator confirmat donationes Pipini, Caroli, & Ludouici Imperatorum fauore S.R.E. 122.d. 123 a.

OTRICVLVM confirmatur S.R.E a Ludouico Imperatore,118.c.ab Othone Imperatore,120 c. Vide 138.d.

P

PALIANI CASTRVM de iure S.R.E. 138. c.

PALLIO vtitur Episcopus Card. Ostiensis 7.d.30.d.

Pallio induitur Archiepiscopus ab vno ex Diaconis Cardinalibus,15.b.

Pallium quid sit,30 c.31.a.

PAPATVS est Beneficium, 157.c. Reliqua in verb. Pontifex.

PARCVS in Cancellaria Apostolica quid sit,212.d.

IN PARMA iura S.R.E. 120. d.

Parma, sequuto obitu Comitissæ Mathildis,ad Henricum Imperatorem peruenit, 127. e.

Parma ecclesiasticæ Ditioni adiecta tempore Iulij II. 146.e Vide 147.a.

Parma restituitur a Iulio III. Octauio Farnesio,Vrsino reuocato, 147.c.

Parmæ Dux nullum intra mœnia externi Principis præsidium admittere valet inconsulto Pontifice, 147.c. Quod nouissimè quoque obseruatum fuit tempore Vrbani VIII. d.

PAROCHIA quid significet, 9.a.

PATRICIVS, celsioris fastigij Magistratus a Romanis institutus, 131, c.Abrogatur. 132, c. 135 a.

PATRICVM confirmatur S.R.E. a Ludouico Imperatore, 118.c.

PATRIMONIVM recuperatur S.R.E.117.a.

Patrimonium B. Petri in Thuscia in parte alienatũ recuperatur tẽpore Ioan. XXI L 145 c. Item tempore Clementis VI. d.

PAVPERVM cura ab omnibus habenda, est. 269. d.

Pauperum bona dicuntur esse bona clericorum, 269. e.

Pauperibus Constantinus Imperator consuluit, 269. e.

Pauperes in Vrbis carceribus detenti quomodo excarcerentur, 280. e. 281 a.

Pauperum Aduocatus. Vide in verb. Aduocatus pauperum.

PAVLVS V. Sacellum ornatissimum in Basilica Liberiana extruxit,318.e.320.a.b

PAVLVS DE ANGELIS, 310. c. (a.

PAVLVS IOVIVS reprehẽditur a Lipsio,90.

PAVLVS AEMILIVS ZACCHIAS, 274. b.

PENTAPOLIS recuperatur S.R E. 117. a. Vide b.

Pentapolis a Carolo Magno Imperatore declaratur de iure S.R.E. 117.c.

Pentapolis confirmatur S R.E. a Ludouico Imp. 119.a.ab Othone Imperatore,120. c.a Rodulpho Imperatore, 141. c.

Pentapolis quæ loca contineret, 119 a.

PERVSIVM, cum tribus Insulis suis,& lacu confirmatur S R.E.a Ludouico Imperatore, 118. e. Vide 119 a Confirmatur ab Othone Imperatore, 120.c.

Perusini ad Innocentij III. obedientiam redeunt, 137. a.

Perusini a Gregorio XI.deficiunt, 143.e

Perusinos ab Ecclesiæ imperio deficientes Paulus III. perdomuit, 147. e.

PETRVS DONATVS CAESIVS S. R. E. Cardinalis,89 a.

PETRVS FRANCISCVS DE RVBEIS,172 a

PIPINI Francorum Regis promissio fauore S.R E. 117.120.121.a.122.d.123.a.

PISA declaratur Imperio subiecta a Ludouico Imperatore,119 a.

PISAVRVM confirmatur S R.E.a Ludouico Imp.119.a.ab Othone Imp. 120. c.

PISTORIVM declaratur Imperio subiectum a Ludouico Imperatore 119.a.

PLACENTIA Ecclesiasticæ Ditioni adiecta tempore Iulij II.146.e. Vide 147. a.

DE PLORAGO ROCCA de iure S.R.E. 138. d.

PLVMBATORES.Vide in verb Bullatores

PEONITENTIARIORVM Decani munus antiquitus quale, 205. c.

Pœnitentiariæ officium in primitiua Ecclesia institutum, 299.d.

Pœnitentiarij olim quindecim, & hi Card. erant, 299.d.

d Pœ-

Pœnitentiarij Summi Officium vni tantùm Cardinali fuit commiſſum, penès quem aliorum Pœnitentiariorum, & Confeſſorum cura reſidet, 299.c.
Pœnitentiarij Summi Officium quale; ac de ipſius preeminentijs, facultatibuſq; 299.c.300.301.a.b c.
Pœnitentiarij Summi Officium, nec eius iuriſdictio expirat Sede vacante, 299. e. Declara, 300.a.
Pœnitentiariæ officiales quales eſſe debeant, 300.c d.e.301.a.b.c.
Pœnitentiariorum nullo deficiente, an Cardinalium Cœtus poſſit illorum numerum augere, 301.c.
POLIMARTIVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore. 118, e. ab Othone Imperatore. 120.c.
DE PONTE BAYLE Terra dimittēda S.R.E. ex diſpoſitione Hērici Imp. 136.a.
PONTIVM conſtruendorum forma quando adinuenta, 89 b.
Pontes ſublicij ex lignea ſola materia cōpacti, 89.c.d.
Pons à Traiano in Danubio conſtructus admirabilis, 89.d.90.a, Hadriani Imperatoris iuſſu demolitur, 90.a.
Pons Arcis S.Angeli, ſiue AElius in Vrbe ab Hadriano Imp. extructus, 90.b.c.
Pons Sixtus à Sixto IV. in Vrbe reſtitutus, 91.a.
Pons Senatorius in Vrbe à Gregorio XIII. reſtitutus, 91.b.
Pons Felix ſupra Tyberim prope Malleanum à Sixto V. inchoatus, & à Clemente VIII. perfectus, 91.c.
Pontes in Vrbe Miluius, Sublicius, Fabricius, Ceſtius, Probus, AElius, Aurelius, Ianiculēſis, Salarius; ac de illorum extructoribus, reſtitutoribuſq; 91. e. 92.a.b.c.
Pontium, aquarum, & viarum Congregatio à Romanis Pontificibus inſtituta, & aucta; ac de illius facultatibus, 94 d. e. 95.96.97.98. (b.
De pōtiū materia quis pertractauerit, 96.a.
PONTIFEX in præſtantioribus Vrbis Eccleſijs celebrabat, 7 b.
Pontificem inter, Imperatorem, ac Reges tanta eſt differentia, quanta eſt inter Solem, & Lunam, 16.c.17.a.
Pontifici lex indicari poteſt, ſeruandi verò neceſſitas nulla imponitur, 21.c.
Pontifex poteſt prædeceſſorum Pontificum Conſtitutionibus abrogare, 21.c.
Pontifici defuncto nouemdiales celebrantur exequiæ; & quare, 33.d.e.
Pontifices triplici modo creati fuere, nēpe per inſtitutionem, ſubſtitutionem, electionem, 34.a.
Pōtificis inſtitutio ſemel tantū à Redēptore noſtro IESV Chriſto ſeruata fuit, 34.a.
Pontificis ſubſtitutio ſecundum aliquos aliquando obſeruata. 34 b. Sed hæc ſubſtituendi forma in Pontificatu penitùs ſublata fuit, 34.c.d e. 35.a.
Pontifex an poſſit ſibi ſucceſſorem eligere, 34 b.c.d.e.35.a.154.e.155.a.
Pontificis electio triplicitèr facta, nempe per inſpirationem Spiritus ſancti, per viam compromiſſi, per viā ſcrutinij, 35 b
Pontificis electio per inſpirationem, quomodo, 35 b.c d.
Pont. electio per cōpromiſsū qualis, 35.e.
Pontificis electio per ſcrutinium, quomodo habeatur, 36.c.d. Et de Acceſſu, ad eum Cardinalem non habendo, qui in ſcrutinio vnum ſaltē ſuffragiū non receperit, d.
Pontifices aliquando creati per adorationem; ſed hæc ſpecies vel ad inſpirationem, vel ad acceſſum refertur, 36. e.
Pontifex ſi abſens à Conclaui eligatur, an Cardinales poſſint ad ipſum deſtinare Legatos ſumptibus Cameræ, non obſtante Pij IV. Conſtitutione, 37.c.d.
Pontificis electio vt ſit valida, requiritur clauſura Conclauis, 38 a.b.
Pont. Ius Diuinum immutare nequit, 41.a.
Pōtifex priuat Imperatorem, ac Reges, 43. b.c Et aliquando eoſdē promouet, ibid.
Pontifex duplicem habet gladij poteſtatē, ſpiritualis nempe, ac temporalis, 113.e. 193.c d Contrarium autem aſſerere, hæreticum eſt, 114.a.
Pontifices ſummoperè inuigilare debent, ne bona Eccleſiæ occupentur, vel vltra licitos modos alienentur, ac vt occupata recuperentur, 115.a. Et exēpla Pontificū referuntur, qui, eueniente caſu, hoc egregiè peregerunt, per tot. Congreg. 21.
Pontifex ſi à Concilio propter hæreſim deponatur, ad quem ſpectet noui Pontificis electio, 254.e.
Pōt. aliquādo electi ab Imper. ac Regibus, & quomodo, 155 a. Hodie autem nil penitus iſti in electione ſe ingerūt, b.c.d.e.
Pontifex licèt extra Collegium Cardinalium eligi poſſit, nihilominus potius de Collegio eligi debet, 155.e.
Pontifex ſi quis eligatur, qui non ſit Cardinalis, priuſquam promoueatur, efficiendus erit Cardinalis, 156.a.
Pontificis electio à quibus celebranda erit, ſi duo ſuperſint Cardinales, aut vnus tātùm, 156. a. b. Quid ſi nullus Cardinalium ſuperſit, c.d.
Pont. electio debet eſſe libera, 156.e.157.a.
Pontificis electio, quæ per ſortem dicitur, an Cardinalibus permittatur, 157. c.

Pon-

Pontificis electio quandoque à Clero, Populoque Romano celebrata, 157. d.
Pontifices ante Clementem IV. eligebantur à Cardinalibus, intra Conclaue nequaquam inclusis, 157. d. Quomodo autem antiquitùs ad Pontificis consecrationem procederetur, remissiuè. ibid.
Pontifex si reddatur inhabilis, Cardinalis in administratione adiungitur, 169. b. c. d. Quid si capiatur ab hostibus, ibid.
Pontificis familiares si quis offendat, qua pœna puniatur, 178. b.
Pontificem simoniacum, & hæreticum, ac in Papatu intrusum an possint Cardinales deponere, & expellere; & quomodo, 178 d. e. 179.
Pontifex ab Vrbe discedens, Vicarium, seu Legatum in ea relinquit, 303 b. e.
Pontifex præ cæteris Regibus, ac Principibus iustitiæ se debitorē esse asserit, 304. b.
Pontifex quare in signandis iustitiæ libellis primam sui nominis literam, in Bullis verò nomen Pontificatus apponat, 309. a. b. De Pontifice Romano reliqua in verb. Cardinales.
Pontificum potestas qualis vetustissimis Romanæ Reipublicæ temporibus, 55. a.
Pontificum Romanorum nomen etiam à pontibus testituendis deductum secundùm Dionysium, 91. a
POPVLONIVM confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.
PORTIONARII Ripæ. Vide in verb. Præsidentes Annonæ.
PORTVGALLIAE Dux Alphonsus Ducatum suum vectigalem Romanæ Ecclesiæ constituit, 131. c.
Portugalliæ Dux Alphonsus ab Alexandro III titulo Regis decoratur, 134. e.
Pro Portugalliæ Regno Alphonsus Rex offert S. R. E. annis singulis loco censu duas auri marcas se soluturum, 134. c. d.
PORTVS confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e. ab Othone Imperatore, 120. b.
Portuensis Ciuitas, deductis è Corsica, Sardiniaq. Colonijs, populo frequentior reddita à Leone IV. Pontifice, 119. c.
PRAECEPTORES probatæ vitæ quærendi, 104. e.
PRAEFECTVS ANNONAE à tutelis, & curationibus excusabatur antiquitus, 287 e.
Præfectus Annonæ etiam apud antiquos maximo in honore habitus est, 287. d. e.
Præfecti Annonæ in Vrbe munus quale sit: ac de illius facultatibus, & preeminentijs, 287 d. e. 288 289. 290 a. b.
PREFECTI ARCHIVIORVM munus quale sit in Vrbe: & copiosè de ipsius facultatibus, ac preeminentijs, 290. e. 291 292 293 294.
PRAEFECTVS VRBIS Petrus tanquam Ecclesiæ, & Pontificis perduellis ab Othone Imperatore punitus, 122. a.
Præfectus Vrbis à Romanis restituitur, qui Pontificis arbitrio eo munere fungeretur, 132. a. 135. a.
Præfectus Vrbis Petrus Arnoldum Brixiēsem hæreticum igne cremauit, 132. c.
Præfectus Vrbis Petrus in Consistorio iurat Papæ Innocentio III. fidelitatem, & ab eo inuestiturā per mantū recipit, 136. d.
Præfecti Vrbis Officium, munusque quale, 256. c. d e. 257. 259. e.
PRAENESTINI à Pontifice Nicolao II. rebellantes domiti, 124. c.
Præneste à Paschali II. deficit, 127. e. Deinde ab Innocentio II, 131. b.
PRAESIDENTES ANNONAE, & Portionarij Ripæ Vrbis à quo instituti; & de ipsorum munere, ac priuilegijs, 239. d. e. 240. a. b. c. Prouētus annui pro eorundē emolumētis vnde exigēdi, 239. e, 240. a.
PRAESIDIS CAMERAE APOSTOLICAE Officium quale; ac de ipsius preeminentijs, & facultatibus, 269. a. b. c.
PRAESIDIS CARCERVM in Vrbe preeminentiæ, & facultates quales, 280. d e. 281.
PRAESIDIS GRASCIAE munus in Vrbe quale sit; ac de ipsius facultatibus, preeminentijsque, 282. c. d. e 283. 284. 285. 286 287. a. b. e.
PRAESES ZECCARVM fuecessit in locum Triumuirorum monetalium, 278. c.
Præsidis Zeccarum preeminentiæ, ac facultates, 278. c. d. e. 279.
PRESBYTERI creantur Apostoli à Christo Redemptore in suprema Cœna, 8. e.
Presbyteri consecrati à Diuo Petro, 9. a. Ipsorum munus quale, 9. a. Eorundem Tituli, seu Parochiæ, 9. 10 11. 12.
Presbyteri Cardinales. Vide in verb. Cardinales.
PRIMICERIVS vnde dictus; & de eius munere, 302. c. d. e.
PRINCIPES boni Ecclesias, ecclesiasticasque personas defendere, ac venerari tenentur, 49. b. c. d.
Princeps etsi quācumq; det alteri potestatē, maiorem tamen penes se retinet, 73. d.
Princeps pius esse debet, 77. e. 78. a.
PRIVILEGIVM meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, 156. d.
PROCVLI CASTRVM Vrbanus IV. recuperat, 139. d.

PROCVRATOR FISCI. Vide in verb. Fisci Procurator.
PROCVRATOR PAVPERVM. Vide in verb. Aduocatus Pauperum.
PROSPER MVTVS, 77.b.
PROTHONOTARII APOSTOLICI participantes primum locum inter Romanæ Curiæ Officiales tenent, 119.a.
Prothonotarij aliquando Scriniarij dicti, 199 a.b.c.d 200.b.
Prothonotarij quando instituti, 199.b.c.
Prothonotariorum munus quale, antiquitùs fuerit, quale modernioribus temporibus, 199.b.c.200.201,202.
Prothonotarij antiquitùs dicti Notarij Regionarij, 199.c.
Prothonotarij sic dicti, quasi primi inter alios Notarios, 199.d.
Prothonotarij tam in Bullis, quàm in alijs Dispositionibus Apostolicis vocantur Notarij, 199.d.
Prothonotariorum species tres, 199.c. 200.a.
Prothonotarij extraordinarij præferuntur quibuscumque clericis sæcularibus, 200.a.
Prothonotarij extraordinarij rocchettum deferre possunt; ante vigesimum annum hanc Dignitatem assequi quis non valet, & elapso anno à die adeptæ Dignitatis ad Subdiaconatus Ordinem promouendus est, 200.a.
Prothonotarij participantes ab initio septem numero fuerunt, 200.a. Deinde ad duodenarium numerum aucti, ibid.
Prothonotariorum antiquiori, qui Protoscriniarius, vel Primicerius dicebatur, commissa erat antiquitùs datandi facultas, 200.b, 242.b.
Prothonotariorum Dignitas in Ecclesia Dei excellens, 200.b c. Vide 202. b.c.d.
Prothonotarij cedere debent Episcopis, præsertim in Capella Pontificia; at in Consistorijs publicis Sedi Pôtificiæ proximiores Prothonotarij assideant, 200. b.
Prothonotarij assimilantur Euangelistis, 200.c.
Prothonotarij sunt exempti ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione, 200.c.201.b.
Prothonotariorum priuilegia qualia, 200. 201.202.
Prothonotarij duo antiquiores lateri Pontificis incedentis assistendo, Fimbrias vestimentorum regunt, 202.c.
PVELLAE per Vrbem vagantes, Dispersæ nuncupatæ, in Xenodochio inclusæ opera Cardinalium Rusticuccij, & Baronij, ac Leonardi Siculi vulgò dicti Literati, 302.a.b.c.
PVERI per Vrbem vagantes, ac mendicâtes in Xenodochio inclusi opera Leonardi Siculi, vulgò nuncupati Literati, 302.b
PVRPVRAE differentia apud Romanos, 28. a.
Purpura Cardinalium quid significet, 28. d.

Q

QVAESTORIS Officium quale, 194. b.c.260.c.d.
Quæstorum species diuersæ, 260. d. e.
Quæstorum Collegium apud antiquos. 276.a.
QVINTILIANI MANDOSII lapsus, 28. c. 34 b.40.d.
S. QVIRICVS restituitur Cœlestino III. 136.b.

R

RADICOFANVM ab Hadriano IV. munitum, 132.c.133.a.
Radicofanum restituitur Cœlestino III. 136,b.
Radicofani Arx à Gregorio IX. munita, 138.c.
Radicofanum de iure S. R. E. ex Gregorij IX. Sanctione, 138. e
Radicofanum confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141.c.
RAPHAEL VOLATERRANVS reprehenditur à Tholosano, 4. a. Defenditur ab Authore, ibid.
RAVENNA confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 118.c. ab Othone Imperatore, 120. c.
Rauennæ Ducatus de iure S.R.E. 136. a.b.
Rauenna confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Rauennam à Venetis detentâ Iulius II. recuperat, 146.d.
Rauenna à Pio IV. munita, 148.d.
Rauennatenses Archiepiscopi spatio annorum 224. Diuinitùs per aparitionem Columbæ creati fuere, 35. e. Reliqua in verb. Exharcatus.
REATINI se fidelitatis sacramento Romano Pontifici obstringunt, 117. d.
Reate donatur S. R. E. ab Othone Imperatore, 121. a.
Reatini ad Innocentij III. obedientiam redeunt, 137. a.

Re-

RECTORIS STVDII VRBIS facultates, 108. c d. e.
Rector Studij Vrbis eligitur à Collegio Aduocatorum Consistorialium vnus ex ipsis Aduocatis, 109 a.
REFERENDARII cur sic appellati, 304 c.
Referendariorum origo antiquissima, 305. a b. c.
Referendariorum munus quale sit; ac de ipsorum preeminentijs, 305. c d. e 306. 307. 308. 309. 310. 311.
Referendariorum duo genera, gratiæ nempe, ac iustitiæ, 305. d.
Referendariorum numerus qualis, 305. b. d.
Referendarij quomodo admittantur, 305. e 306. a. b. c.
Referendarij non sunt admittendi ad Signaturam gratiæ, qui saltem triennio in Signatura iustitiæ laudabiliter versati non fuerint; nonnullis tamen exceptis, 306. a. 309. c.
Referendarij ab Imperatore Spectabiles dicti, à Summo autem Pontifice Magistri, 307. c.
Referendarij, ex opinione Gambari, sunt, quos prisci Canones Sedis Apostolicæ Consiliarios vocant, 307. d
Referendariorum indumentum quale 307. d. e. 308. a. b.
REGENTIS CAMERAE APOSTOLICAE officium quale fuerit, 267. e 268. a.
REGENTIS CANCELLARIAE officium quale; ac de illius preeminentijs, & iurisdictione, 211.
Regens Cancellariæ quomodo, & in quibus causis iudices deputet, 211 c d.
Regens Cancellariæ acquirit iurisdictionem à Card. Vicecancellario, 211. d.
Regens Cancellariæ sedet in Parco maiori cum Abbreuiatoribus; quidque ibi peragat, 211. d. e. 212. a.
Regentatus Cancellariæ officium precio nummario comparatur, 212 a.
Regens Cancellariæ quomodo antiquitùs vocaretur, 212. b.
Regentes nonnulli Cancellariæ recensentur, 212. a. b. e.
IN REGIO iura S R. E. 120. d.
REGIONES VRBIS ante Neronianum incendium quatuordecim numerabantur, septem autem tantùm post incendium, 13. d. Restitutæ ad numerum decimumquartum, 14. a.
Regionum Capita, seu Curatores septem, 13. d.
REGISTRATORVM Literarum Apostolicarum officium quale, 225.
REGVLARIVM laudes, 61. c.
Regularium causæ vbi cognoscantur, 61. d. e. 62. a. b.
REGVM officium proprium est facere iudicium, & iustitiam, ac liberare de manu calumniantium vi oppressos, 304. b.
ROBERTVS BELARMINVS S.R.E. Card. laudatur, 51. e
ROCCA ANTIQVA de iure S.R.E. 138. d
ROCCA PAPAE à Tusculanis inhabitata, 135. d.
ROCCA PRIOR (antiquitùs Rocca peritura) à Tusculanis inhabitata, 135. d.
RODVLPHI IMPERATORIS donatio fauore S R. E. confirmatur à Principibus Electoribus, 140. c. 141.
ROMANA Prouincia qualis, 45. e.
Romæ status deploratur à Solone, 106. d. e. 107 a.
Romani aliquando contra Summos Romanos Pontifices, 107. a. 131. d. e. & alibi.
Roma donatur à Constantino Imperatore S. Syluestro Papæ, ac successoribus Romanis Pontificibus, 144 b. c. d.
Roma à Mauritio Imperatore deuastata, 115. d.
Roma à Luitprando Longobardorum Rege obsessa, 116. e.
Romana mœnia à Gregorio III. Pontifice multis in locis restituta, 116. e.
Roma cum Ducatu, & suburbanis suis confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e.
Roma occupatur à Crescentio Nomentano, 122. b. Restituitur Ioanni XV. ibid.
Romani contra Pontificem tempore Lucij II. & Eugenij III. 131. d. e. Pacem petunt, certisque conditionibus obtinent, e.
Romani contra Lucium III. Pontificem, 134. d. e. 135. a.
Romani dissenserunt cum diuersis Pontificibus circa Vrbis administrationem, 135. a.
Romani pacem firmant cum Clemente III. 135. a. b.
Romanorum lex contra Pontificiam auctoritatem, 138. a.
Roma confirmatur Nicolao III à Rodulpho Imperatore. 141, c.
ROMANORVM REGIS eligendi auctoritas à Sede Apostolica in Germanos Principes emanauit, 140. e 141.
RONCILIO in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.
ROSELLAS confirmatur S. R. E à Carolo Magno Imperatore, 117. c. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Impe-

Imperatore, 120 d.
ROTAE ROMANAE votum aliquando à Congregatione Sacri Concilij Tridentini in arduis exquiritur, 56. c.
Rotæ Romanæ Auditorum Decanus defert, & custodit Mitram Papæ in Capellis Pontificijs, 324. c. Reliqua in verb. Auditores Rotæ.
RVSTICORVM fauore specialia nonnulla constituta, 289. a.

S

SABINENSE PATRIMONIVM recuperatum à Zaccharia Pontifice de manu Luitprandi Regis Longobardorum, 117. a. Confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e.
Sabinense Territorium confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.
Sabinus Tractus à Paschali II. deficiens, 127. c.
Sabina recuperatur à Gregorio IX. 138. b.
Sabina cum omnibus Castris, & Villis de iure S. R. E. 138. d.
Sabinæ Comitatus in parte alienatus recuperatur tempore Ioannis XXII. 142. c.
SACRATI ROCCA de iure S. R. E. 138. d.
SALIS apud Romanos cura qualis, 286. d. e. 287. a. b.
Sal est amicitiæ symbolum, 287. a.
Sal quare hospitibus apponatur ante cibos alios, 287. a.
SALARIVM non conuentum quando debeatur, 190. d.
Salarium petendi quanto tempore detur actio, 191. c.
SALERNITANVM PATRIMONIVM cōfirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a.
SARDINIA confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e. à Ludouico Imperatore, 119. a. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Sardiniam à Saracænis occupatam Pisani recuperant, sibique retinent, Ioannis XVIII. permissu, 122. d.
Pro Sardiniæ Regno Iacobus Rex Aragonum fidem præstat Clementi V. 142. a.
DE SAXO ROCCA de iure S. R. E. 138 d.
SCHOLARIS. Vide in verb. Studium.
SCIENTIAE summoperè exoptandæ, ac perquirendæ, 104 b. c. d.
SCOTIAE REGNVM suscipitur sub protectione Sedis Apostolicæ ab Honorio III. 137. e.
SCRIBARVM, seu Scriptorum origo antiquissima, 220. c. d.
SCRINIARIIS à Clemente III. Presbyteria promittuntur, 135. b.
Scriniarij aliquando Prothonotarij dicti, 199. a. b. c. d. 200. b.
Scriniarij quinam hodie dici possint, 217. e. 220. c.
Scrinia qualia apud Imperatores: & de Magistris Scriniorum, Proximis sacrorum Scriniorum, ac Scriniarijs, 311. b. c. d. e.
SCRIPTORES in Vrbe in quadruplici differentia, Apostolici nempe, Breuium-Archiuij, Minoris Gratiæ, 223. & pag. præcedd.
Scriptores Apostolici quando instituti, 220 d. e. 221. a. De ipsorum munere, ac priuilegijs, 221. 222. 223.
Scriptorum Apostolicorum numerum ad octuaginta auxit Alexander VI. 221. a.
Scriptores Archiuij à Iulio II. instituti, 221. a. b. ac de ipsorum munere, & priuilegijs, 221. 222. 223.
Scriptores Apostolici sunt præferēdi scriptoribus Archiuij, 222. b. c.
Scriptores Literarum Apostolicarum sub plumbo, & Scriptores Breuium differunt, 222. d. e.
Scriptores Literarum Minoris Gratiæ quinam sint, 223. a.
SCRIPTVRA. Vide in verb. Archiuium.
SCVTIFERORVM CANCELLARIAE munus quale; ac de illorum priuilegijs, 228. 229. 230. 231.
Scutiferi Cancellariæ à Leone X. instituti, 228. e. 229. a. b. c.
SECRETARII APOSTOLICI Cardinalem Vicecancellarium tanquam eorum caput agnoscunt, 216. a.
Secretarij dictio vnde originem habuerit; ac de varia Secretariorum denominatione, 216. 217.
Secretarij Apostolici à quo instituti, 217. b.
Secretariorum Apostolicorum munus quale; ac de ipsorum priuilegijs, 217. c. d. e. 218. 219. 220.
Secretarij domestici Pontificij qualitates, ac munus, 217. c. d.
Secretarios duos domesticos hodie Pontifex habet; ac de ipsorum officio, 217. d. e.
Secretarij sacræ Consultæ munus exoptabile, etiam à S. R. E. Cardinalibus retentum, 77. a. b.
SEDES APOSTOLICA cui assimiletur, 40. a.
Sedes Apostolica nunquam moritur, 171. c.

De

De Sede vacante. Vide in verb. Pontifex, & in verb. Cardinales.
SENATORES, & Consules purpureis vestimentis vtebantur, 28. a.
Senatoribus, & Consulibus æquales esse Cardinales sanciuit Constantinus Imperator. 28. a.
Senatores à Romanis Pontificia auctoritate habendi, 132. a. 135. a.
Senatoribus à Clemente III. Presbyteria permittuntur, 135. b.
Senatoris Vrbis, ac Romanorum lex contra Pontificiam auctoritatem, 138. a.
Senatoria Vrbis Dignitate priuatus Carolus Rex Siciliæ à Nicolao III. 140. c.
Senatoria Vrbis Dignitas quibus prohibita à Nicolao III. 140. c.
Senator Vrbis vltra annum non admittendus, 140. d.
Senatorem Vrbis perpetuum se Nicolaus III. constituit. 140. d. Et sui loco Prosenatores duos creauit. ibid.
Senatus Romanus quam potestatem haberet, 159. b.c.
Senatorum, & clarissimorum virorum lites coram Imperatore antiquitùs decidendæ, 172. a.c.
Senatus Romanus restituebat famæ, 180. a.
Senatus Romani iura sunt extincta ex Nicolai III. Sanctione, 180. a.b.c.
Senator Vrbis eburneum Scipionem à Pontifice recipit, 259. c.
Senatus Thebani descriptio, 29. c.
SENESCALCHI, siue Custodis Cancellariæ munus quale, 227. d. e. 228. a.b.
Senescalchi officium multis ab hinc annis magna in existimatione consistit, 228. b.
SENOGALLIA occupatur à Desiderio Rege Longobardorum, 117. c.
Senogallia confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.
SEPVLTVRAE honor neque hostibus denegandus est, 33. b.
SERRAVALLE de iure S. R. E. 138. d.
SERRONIS CASTRVM de iure S. R. E. 138. e.
SERVORVM species triplex, 175. d. e.
SETIA recuperatur ab Eugenio Tertio, 132. a.
S. SEVERA in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.
SICILIA confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e.
Sicilia confirmatur S R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. e.
Siciliæ Ducatus confirmatur à Nicolao Secundo Roberto (Guiscardo) 124. b. 125. a.
Sicula Monarchia debilibus, ac vanis innixa fundamentis. remissiuè, 126. d.
Siciliæ Regnum conceditur ab Innocentio II. Rogerio, recepto fidelitatis iuramento, 131. a.
Siciliæ Rex Vvillelmus, Dux Apuliæ, & Calabriæ, ac Princeps Capuæ ab Hadriano IV. ligium recipiente homagium, comprobatur, 132. b.
Siciliæ Regnum conceditur ab Alexandro III. Vvillelmo alterius Vvillelmi filio, 133. b.
De Siciliæ Regno, dispositio Henrici Imperatoris, 136. a
Sicilia restituitur Cœlestino III. 136. b.
Siciliæ Reges ab Innocentio III. constituuntur Constantia Imperatrix, & Fridericus eius filius, 137. a.
Siciliæ Regnum à Gregorio IX. Friderico Imperatori, præter Ecclesiæ Vrbes, concessum, 138. a.
Siciliæ vtriusque Rex creatur à Clemente IV. Carolus Dux Andegauensis, 139. e.
Siciliæ Regnum confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Siciliæ Rex Carolus fidem præstat Clementi V. pro dicto Regno, 141. a.
Siciliæ Regnum dare, vel adimere ad Papam spectat, 142. a
Siciliæ Rex à Clemente V. Robertus coronatur, 142. a. Reliqua in verb. Neapolitanum Regnum.
SIGILLVM quam fidem faciat, 161. a
SIGNATVRAE Gratiæ institutio, & facultates, 73. 74. Officiales quinam in ea interueniant, 74. b c.
Signatura Gratiæ aliquando habita absente Romano Pontifice; & quibus verbis tunc Cardinales supplices libellos sub signauerint, 74. d.
Signaturæ Gratiæ exercitium quiescit Sede vacante, 74. d.
Signaturæ Gratiæ Commissiones an per verbum *Placet*, siue per verbum *Fiat* sint signandæ, 74. e.
De Signatura Gratiæ plura. remissiuè. 74. e.
Signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ Præfecti cuiusnam antiqui Magistratus simulachrū habeant, 311.
Signatura Iustitiæ non rescribit in causis Cameralibus, 254. a.
Signaturæ Iustitiæ Tribunal rectissimo iudicio à Summo Pontifice institutum, 304. c. d e.
Signa-

Signaturæ Iustitiæ Præfectorum nomenclatura, 310 b.c.d.e.
Signatura Iustitiæ anteactis temporibus non distincta à Signatura Gratiæ: quis autem eas distinxerit, 310. e. 311. a. Alia de Signatura Iustitiæ vide cap 57. de Referendarijs.
SIGNIA confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. e.
Signia acquisita S. R. E. ab Honorio II. 130. d.
SOANA confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.
SOLICITATORVM, & Iannizerorum munus idem: in quo autem versetur: ac de ipsorum priuilegijs, 224.
SORA à Gisulpho Beneuentano Duce occupata. 115. e.
Sora confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. e.
SPOLETINI se Romano Pontifici fidelitatis sacramento obstringunt, 117. d.
Spoletanus Ducatus confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e. ab Othone Imperatore, 120. d. Vide, 121. a. b.
Spoletanus Ducatus restituitur S. R. E. à Conrado, 137. a.
Spoletanus Ducatus confirmatur Nicolao III. à Rodulpho Imperatore. 141. c.
Spoletini rebelles ad Ecclesiæ obedientiam redeunt tempore Sixti IV. 145. c.
SPOLIORVM Commissarij quid seruare debeant remissiuè, 263. d.
STRVNCONIS CASTRVM de iure S. R. E. 138. d.
STVDIA publica in vnaquaque benè disposita Republica adinuenta, 104. d.
Studij Romani Vniuersitatem Sixtus V. ab ære alieno subleuauit; & pro eiusdem Vniuersitatis recta administratione Congregationem instituit; cuius facultates vide pag. 104. e. & paginis seqq.
Studij Romani Vniuersitas antiquissima, 105. c. 106.
Studium Romanum adeuntes quid antiquitùs obseruare deberent, 105. d. e.
Studij Romani Magistri quot, & quales antiquitùs, 106 a. b.
Studium Romanum, quod hodie Sapientiam vocant, antiquitùs in Capitolio extabat, 106 b.
Studium Romanum Innocentius IV. instituit, siue restituit, 107. b.
Studium Romanum nobilius, ac magis antiquum alijs vniuersalibus Studijs, 107. b.
Studij Romani Professoribus soluuntur stipendia ex Gabella vini, Leone X. ita mandante, 107. e.
Studium Romanum Bonifacius VIII. priuilegijs adauxit, tam fauore Professorum, quàm scholarium, 107. c. d. e.
Studium Firmanum Bonifacius VIII. instituit, 107. c. 110. e.
Studentes Romæ habent priuilegium percipiendi fructus Beneficiorum suorum, non obstante Statuto Ecclesiæ, quòd per annum faciant residentiam, 107. e. 108. a.
Studij causa an dicatur pia, 108. a.
In Studio Romano Hebraica, Arabica, & Chaldæa Linguæ edocendæ sunt, 107. a. b.
In Studijs Regularium Hebraica, Græca, & Latina Lingua, & in maioribus Arabica edoceri debet, ex Pauli V. Sanctione, 108. b. c.
Studij Vrbis incremento, rectæque administrationi Leo X. mirificè inuigilauit, 108. c. d. e.
Studij Vrbis Rectoris facultates, 108. c. d. e.
In Studio nullus ad legendum admittitur, nisi prius Catholicæ Fidei professionem emiserit, 109 a.
Studij Romani Professores actu legentes singularitèr recensentur, 109. 110.
Studium Bononiæ antiquissimum, 110 e.
Studium Auenionense à Bonifacio VIII. institutum, 110. e.
Studium Perusinum à Clemente V. erectũ, 110. e.
Studium Ferrariense à Bonifacio IX. institutum, 110. e.
Studium Maceratense à Paulo III. erectum 110. e.
Studium Vrbeuetanum ab Vrbano VI. institutum, 110. e.
SVMMATORIS LITERARVM APOSTOLICARVM Officium quale, 240, d. e. Et de ipsius munere, ac priuilegijs, 241.
Summatoris Literarum Apostolicarum officium à tempore Sixti V. est annexum Cardinali Vicecancellario, 240. e.
Summatoris officium si pater emat pro filio Cardinali, an sit imputandum in legitima, & pro quo pretio, 241. d.
SVBDIACONATVS Dignitas quandoque etiam S. R. E. Cardinalibus adscripta, 295. c.
IN SVRIANO iura S. R. E. 220 d.
SVTRINI Agri Vallis, magna vocata donatur S. R. E. 117 a.

Su-

Sutrium confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118. c. ab Othone Imperatore, 120 c.
Sutrium à Gregorio Pseudopontifice occupatum, 129. à Recuperatum à Calixto II. 129 a.b.
SYMMACHVS Pontifex prohibuit alienationem bonorum Ecclesiæ nedum Presbyteris, sed Romanis quoque Pontificibus successoribus, 115.a.b.

T

TABELLA Communitatum. Vide in verb. Vniuersitas.
TARQVINIENSES Populi quales, 103. c. 104.a.
TARRACONENSIS CIVITAS à Berengario Comite Barchinonensi Vrbano II. donata, 126.d.
TERRACINA recuperatur ab Eugenio III. 132 a
Terracina de iure S.R.E. 138.c,
THEANVM confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 119.a.
Theanum de iure S R.E, 120 c.
THEOLOGIAE laudes, 111,a.
THESAVRARII PAPAE nomen etiam initio nascentis Ecclesiæ receptum, 260.a.
Thesaurarij officium antiquissimum, 262. c.
Thesaurarius dignior est in Camera post Card. Camerarium, 260.b.
Thesaurarij officium quale antiquitùs apud Romanos, 260. c.d e.
Thesaurarij Prouinciales antiquitùs dicti Susceptores: & de ipsorum munere, 260 e.261.a.b c.
Thesaurarij Papæ preeminentiæ, ac facultates recensentur, 261. c. d. e. 262. 263. 264.265.266.267.
Thesaurarius Papæ decursis temporibus laicus erat, 261.d. 265. b. Hodie tamen clericus est: & quare, d.e 262.a.b.
Thesaurarius si aliquid cum pecunijs Cameræ acquirit, non sibi, sed Cameræ acquirit, 263 b.
Thesaurarius nõ debet habere decimas ex spolio, nisi pretiũ inde redactũ fuerit, sed ad successorem spectant, 263.c.
Thesaurario splendorem Sixtus V restituit, 265 b.
Thesaurarius non potest interesse in Camera, in qua agitur de interesse coniunctorum ipsius, 267.a.
THVSCIAE loca confirmantur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118.e.ab Othone Imperatore, 120. b.
Thusciam Comitissa Mathildis donat S.R. E. 127.c.
Thuscus Ducatus Longobardorum confirmatur S.R.E. à Carolo Magno Imperatore, 117.e. à Ludouico Imperatore, 119 à. ab Othone Imperatore, 120. d. Vide 121.a.b.
Thuscus Ducatus Longobardorum quæ loca comprehendat, 117.e. 119.a.
Thusciæ Ducatus ad ius, & dominium S R.E. pertinens Innocentij III. assertione, 136. c. Reliqua in verb. Hetturia.
TIBVR confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118, e.
Tiburtini tanquam Crescentio Nomentano adhærentes ab Othone Imperatore puniti, 122.c
Tiburtes ab Innocentio II. defecerunt, 131.b.
Tiburtini à iurisdictione S,R E. subtrahere se cupientes, Friderico Imperatori claues Ciuitatis exhibent, at Imperatoris iussu Ciuitas eadem Sedi Apostolicæ redditur, 132.d.
TIPHERNATES à Pontifice Gregorio XI. deficiunt, 143.e.
Tiphernum ad S. R. E. obedientiam redit tempore Sixti IV. 145 c.
TITVLI quid significent, 12. c. 13. a. 58. c.
Tituli Cardinalium. Vide in verb. Cardinales.
TREBARVM CASTRVM recuperatum ab Vrbano IV. 139. e.
TVDERTVM confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 118 e. ab Othone Imperatore, 120. c.
Tudertini ad Innocentij III. obedientiam redeunt, 137. a.
Tudertini rebelles ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam redeunt tempore Sixti IV. 145.c.
TVLPHA quæ hodie dicitur, antiquitus Forum Claudij dicebatur, 88. b.
TVRRIN. DE PARMA de iure S. R. E. 138.d.
TVSCANIA confirmatur S.R.E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120.d.
TVSCVLANI à Pontifice rebellantes domiti, 124 c.
Tusculanũ à Paschali II. deficiens, 127. c.
Tusculani ab Innocentio II. defecerunt, 131. b.
Tusculum à Romanis dirutum, 135.c.d.
Tusculum nouum cur Frascatum nuncupatum, 135.d.

TYBERIS alueum laxauit Augustus Imperator; quem imitatus est Vrbanus VIII. 98.d e.

TYPOGRAPHIAE arte adhuc non adinuenta, quomodo doctorum virorum monumenta diuturnitati consignarentur, 111. b.c.

Typographiæ ars quando inuenta, 111. c. d.

Typographi quid obseruare debeant, antequam volumina imprimant tam secularium, quàm Regularium, 111. c. 112 a.

Typographia Vaticana à Sixto V. erecta, illiq; Congregationem idem Pontifex præfecit, & facultates attribuit, 112.

Typographia Vaticana Pauli V iussu Typographiæ Camerali vnita, 112.c.

V

VALENTANI CASTRVM Vrbanus IV. recuperat, 139. d.

VALLIS PETRI CASTRVM recuperatum ab Vrbano IV. 139 e.

VASA Ecclesiæ, etiam initiata, an, & quando confringere, conflare, & vendere liceat, 295. b.

VATICANA BASILICA à Constantino Imperatore extructa, 65.c.

Vaticanam Basilicam quinam Pontifices restaurauerint, ac exornauerint, 65 e. 66. 67. 68 De Fabrica huius Basilicæ, vide in verb Fabrica S. Petri.

Vaticana Basilica Romanorum tantùm Pontificum cadauera recipit, 189.b. Reliqua in verb. Basilica Vaticana.

VELITERNENSIS Ecclesia adiuncta Ostiensi, & S.Rufinæ ab Eugenio III. 7. d. 132 a.

VENAYSINVS COMITATVS tempore Honorij III. Romana Sedes obtinuit, 137.e.

Venaysinus Comitatus tempore Gregorij X. ad S.R.E. immediatum dominium peruenit, 140. a. b.

IN VENETIARVM Prouincia iura S.R.E. 120. d.

Veneti occupatores Ferrariæ, eiusdemque deinde restitutores à Clemente V. absoluuntur à Censuris, 142. b.

Veneti restituunt Iulio II. Rauennam, Fauentiam, Cesenam, & Ceruiam, 146. d.

Veneta Respublica literas Ducales sub plūbo firmat, 227. b. Aliquando bulla aurea, ibid.

VERBA eò ipso incorporata &c. quid importent, 149. d.

Verborum Fiat, & Placet in supplicibus libellis differentia, 308.e.

VETRALLA quæ nunc dicitur, antiquitùs Forum Cassium dicebatur, 88. a.

Vetralla in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.

VIANVM in potestate Comitum Anguillariæ, 145. a.

VIARVM curationes antiquis Romanis maximè cordi fuerunt, 86. b.c.

Viarum curandarum munus primò Censoribus, postremò Curatoribus viarum demandatum fuit, 86.d.

VIA Appia ab Appio Romanorum Censore structa, 86.d.e.

Via Flaminia à C. Flaminio strata, 87. a. b.

Viam Cassiam Cassius strauit, 88.a.b.

Via Claudia qualis, 88 a.b.

Via Aurelia qualis, 88.d.e. 89.a.

Viarum, aquarum, & pontium Congregatio à Romanis Pontificibus instituta, & aucta; ac de illius facultatibus, 94. d. e. 95. 96. 97. 98.

Viæ publicæ inter Regalia connumerantur, 96. b.

Viarum Magistri semper in Romana Republica extiterunt; & ipsorum facultates recensentur, ijsdem à Romanis Pōtificibus attributæ, 96. c. d. e. 97. 98.

De viarum materia quis pertractauerit, 96. a b.

VICARII APOSTOLICI à quo eligantur, 61. b.

VICARIVS PAPAE an possit cognoscere de causis familiarium, & subditorum Cardinalium, 176. b. vide d.

Vicarij Papæ munus quale sit, ac de ipsius facultatibus, & preeminentijs, 301. d e. 302. 303. 304 a.

Vicarius Papę an cognoscat de causis subiectorum Titulis Cardinalium, 302. c. d, 322.b.c.

Vicarius perpetuus Papæ quis primus de Collegio Cardinalium fuerit, 302.e. 303. a.vide b.c.

Vicarij Papæ an anteactis temporibus essent Episcopi, non autem Cardinales, 303.b.c.

Vicariorum Papæ cathalogus à Virgilio Card. Rosario ad Martium Card. Ginettum, 303.a.b.c.d.

Vicarius Papæ deputat sibi Coadiutorem Episcopum, sub nomine Vicesgerentis, 303.d.

Vicarius Papæ, quando Cardinalis non erat, quos præcederet, 303.e.

Vicarij Papæ officium an expiret Sede vacan-

cante , 303. e. 304. a.
VICARIVS VRBIS antiquitùs loco Præfecti Vrbis fuit, 301 e.
VICECANCELLARII PAPAE attestationi an sit standum, 161.a.
Vicecancellarius in Romana Curia, & apud Summum Pontificem primum obtinet locum, 193 d. 194 e. 198. a. Quâmuis Mandosius Camerarium præferat, ibid.
Vicecancellarius hodie, multisque ab hinc annis ex Collegio S.R.E. Cardinalium eligitur, 193. e. Quare, 194.a.
Vicecancellariatus officium vsque ad Bonifacij VIII. tempora priuatis etiam viris concessum, 194. a. 196 a.
Vicecancellarius, & Cardinalis fuit S. Hieronymus, 194. b. 245. e.
Vicecancellarius antiquitùs dictus Bibliothecarius, 194 b.e. 245. & seqq.
Vicecancellario adaptari quoque potest nomen Quæstoris, 194. b.
Vicecancellarij qualitates quales, 194.c.d. Eiusque prærogatiuæ, e. 195.a.
Vicecancellarius sedere potest cum Auditoribus Rotæ in decisionibus causarum, 195. a.
Vicecancellarius similis Præfecto Prætorio, 195.a.
Vicecancellarij nomen vnde processerit, cum priùs Cancellarius vocaretur, 195. 196. a. 247.c. 248. a.
Vicecancellarij iurisdictio maxima est. Et in quibus potissimùm consistat, 196. b.c. d. e. 197 198.
Vicecancellarius habet titulum, curam, iurisdictionem, & administrationem Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso, 197. b. 251.a.
Vicecancellarium appellat Clemens VII. oculum Romani Pontificis dexterum, 197. b.
Vicecancellarius agnoscendus in superiorem à Capitulo, & Clero Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso, & ab omnibus Cancellariæ Apostolicæ Officialibus, 197. b. e. Vide 199 a.
Vicecancellarius Officia nonnulla sub sua dispositione habet, quorum pretium, ac emolumenta in ipsius commodum cedunt; & quænam sint, recensentur, 197. c.d.e. 251. a.b.
Vicecancellarius an possit per longum tempus extra Vrbem degere; & an Papa possit illum ad redeundum cogere sub pœna priuationis Officij, ac Dignitatis, 198. a. b.
Vicecancellarij Officium, mortuo Pontifice, & Sede vacante, silet, 198. e.
Vicecancellarius quid agere debeat, mortuo Pontifice, 198. c.
Vicecancellarius quare hodie per se ipsum Commissiones non signet, 211.b.
Vicecancellariorum, & Cancellariorum copiosa nomenclatura ab anno 370. vsque ad annum 1653. 245.246.247. 248. 249. 250. 251.
Vicecancellarij Officium perpetuum est, 251. b.
Vicecancellario ab Vrbe absente, Prouicecancellarius deputatur, 251. d.
VICEDOMINVS quid significet, 8.c.
VINI apud Romanos cura qualis, 286. d. e. 287 a.
VIRGILIVS ROSARIVS S. R. E. Card. Vicarius Papæ, 302. e. 303. a.
VISITATORES Apostolici à quo eligantur, 61. a.
VITERBIVM confirmatur S.R.E. à Carolo Magno Imperatore, 117 e. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d.
VNIVERSITATI quod debetur, singulis non debetur, nec quod debet Vniuersitas, singuli debent, 79. c
Vniuersitatum Status Ecclesiastici commodo consuluit Clemens VIII. dum Boni Regiminis Cõgregationem instituit, 79. c. d e. Huius Congregationis facultates, 79. 80. 81 82.83.84. 85.
Vniuersitatum superuacaneos sumptus Imperatores quoque vetuerunt, 79 d.
Vniuersitates omnes Status Ecclesiastici quolibet anno Tabellam introitus, ac exitus ad Vrbem transmittere tenentur, 79. d. e. 80.
Vniuersitatum Officiales dimisso Officio de administratis syndicentur, 80. c.d.
Vniuersitatum bona, ac iura alienari prohibentur, 80. e 81. a. Et in Ecclesiastica Ditione Congregationis Boni Regiminis licentia in scriptis requiritur. 81. a.
Vniuersitatum, & vassallorum obligationes, quæ sub alienationis vocabulo continentur, dominorum contemplatione celebratæ, sunt nullæ, 81. a.b.
Vniuersitates Legatos, & Oratores, etiam sumptibus proprijs ad Vrbem transmittere non valent, nisi de licentia Congregationis Boni Regiminis, 81. b. Ratio adducitur, b c.
Vniuersitates extraordinarios Agentes in Vrbe retinere non debent, 81. b. c.
Vniuersitatum Agentes ad negotia, non ad lites sunt constituti, 81. c.
Vniuersitates prohibentur munera largiri, 81. d.e. Quare, 82. a. Vide 83. e. 84. a.
Vniuersitates an possint eleemosynas tribue-

buere, quas dare solebant Ecclesijs, & Religiosis viris, quæ in Tabella sint omissæ, attenta dispositione Bullæ Boni Regiminis, 82. b. c. Et de stilo d. Congregationis, 82. d.
Vniuersitatum debitores, vel cum illis litem habentes, seu qui rationem administrationis non reddiderint, ad Officia publica non admittuntur, 82. d.
Vniuersitatum bona locari debent cum idoneis fideiussoribus, cum prohibitione defalcationis, 82. e.
Vniuersitatum bona in Ecclesiastica Ditione locantur accensa candela, 83. a. Et an liceat locare auctionibus promissis, ibid.
Vniuersitatum Depositarij debent idoneã præstare cautionem, 83. b.
Ab Vniuersitatibus concessæ exemptiones reuocantur, 83. c. Quid de exemptione ob numerum duodecim filiorum, ibidem.
Vniuersitatum debitores manu regia ad soluendum cogendi, 84. b.
Vniuersitates an vẽdere possint stabilia, ac census imponere; & à quo debeant impetrare licentiam, 254. d.
VOLATERRA declaratur Imperio subiecta à Ludouico Imperatore, 119. a.
VRBANVS VIII. à fundamentis Ecclesiam S. Caij in Vrbe excitauit, Titulumque eidem restituit, 12. b. c. d. Instituit Congregationẽ Immunitatis Ecclesiast. 53. d. 61. b. Trãsferri iussit sepulchrum, ac cineres Pauli III. 66. c. Mortis memor sepulchrum sibi in Vaticana Basilica elegit, 66. c. Vaticeanam Basilicam exornauit, 67. d. e. Inuigilauit viæ Flaminiæ præseruationi, Tyberisque aquas eandem deuastantes compressit, 87. c. d. e. 91. d. Viam Cassiam restituit, 88. a. b. Centumcellarum portum restituit, viãque Aureliam strauit, & complanauit, 89. a. In cohibendis Tyberis exundationibus inuigilauit, 90. c. d. Pontem Aelium coarctatum dilatauit, arcum obstructum reseruit, laxioremque Tyberis alueum fecit, 90. d. e. 98. c. Comitissæ Matildis ossa ex Mantuano Cœnobio translatari iussit, in Vaticana Basilica collocari, ipsique celeberrimæ fœminæ marmoreum extrui monumentum, 128. c. Recuperauit Ducatum Vrbini, 150. b. c. Congregationem confinium instituit, 151. Locum Tribunali Rotæ in Vaticano Palatio assignauit, 207. a. b. Nouum Archiuium in Vrbe erexit, de suo nomine Vrbanum nuncupandum, 221. d. 291. b. c.
VRBINVM occupatur à Desiderio Rege Longobardorum, 117. c.
Vrbinum confirmatur S. R. E. à Ludouico Imperatore, 119. a. ab Othone Imperatore, 120. d. à Rodulpho Imperatore, 141. c.
Vrbini Ducatũ recuperat Vrbanus VIII. subsequuto Francisci Mariæ Roborei obitu, 150. b. c.
VRBS VETVS confirmatur S. R. E. à Carolo Magno Imperatore, 117. e. à Ludouico Imperatore, 119. a vide 119. a. in fin. ab Othone Imperatore, 120. d.
Vrbis Veteris Respublica Syluestri II. Pontificis salutaribus legibus iuncta, 122. d.
Vrbeuetana Ciuitas ab Hadriano IV. priuilegijs decorata, 132. e. Item à Cœlestino III. 135. e.
Vrbeueteri ferè per biennium Vrbanus Quartus, cum Curia residentiam habuit, 139. a.

Z

ZAGAROLVM Paschalis II. Petro à Columna ademit, 127. a. b.
Zeccarum Præses. Vide in verb. Moneta, & in verb. Præses Zeccarum.

FINIS.

ERRATA POTIORA SIC CORRIGENDA:

Primus numerus paginam, fecundus lineam indicat.

Pag. 29.58. *err.* altra, *corr.* vltra 61.26. inftructionem, inftitutionem. 65. 38. dictus, dictis. 65. 54. etiam, etenim. 68.10 Tempi, Templi. 81. 7. præfidijs, prædijs. 83.10. acere, facere 92 15. ffacc. ffau. 94.26. fed, fex. 109.13 detogatum, derogatum. 135.58 Monfpolitanus, Monfpoliuanus. 137.51. Hennicus, Heuricus. 143.25. fubtulit, fubftulit. 145. 59. Cruitas, Ciuitas. 146 17. poft verb. *aqvis.* adde, *per foluerint.* 146. 48. defentatas, detentas 152. 51. poft verb *magis*, adde, *oritur.* 153. 2. emptione, impofitione. 23. præterea, propterea. 30. colere, colore. 154. 4. poft vèr. *vr*, adde, *ad.* 32. & in apoftil. f. 796.769 pag.157. 34. vt.ait. 159.10. vifis, viris. 160. poftil.d 254.354. pag 183. 18. geftum fuerit, gefta fuerint. 226 52. Iuftinæ, Iuftine. 227. poftil.b. 1. ʋ. fin. 250.24. Epifcopos, Epifcopus. 262.12. Thefaurariatus, Quintò Thefaurariatus. 285. 23. atticoru, atticorum. 305. 37. paruuis, paruus. 313. 37. præft, præeft. poftil. a. 64.94. pag. 315. 44. fporulas, fportulas.

Leuiora, fi quæ funt, tua corrigat Lector humanitas.

REGESTVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf

a b c d e

Omnes ſunt Duerniones.

R O M AE.

Typis Ignatij de Lazaris. M.DC.LIII.

SVPERIORVM PERMISSV.